BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
23 A
3

M
J 267

13-9. a. 18

IO. ARNOLDI
CORVINI
INSTITVTIONVM
IMPERIALIVM
Erotemata. 4:

Digitized by Google

IO. ARNOLDI CORVINI
I. C.
ENCHIRIDIVM
SEV
INSTITVTIONES IMPERIALES.

Insertis latioribus materijs, theoricè ac practicè digestæ, & explicatæ per

EROTEMATA.

Ad clarissimum, & excellentissimum

D. ALEXANDRVM SYNCLYTICVM

IN ANTENOREO LYCÆO

I. C. Primarium Interpretem.



VENETIIS, Apud Baleonium. M DC XLIII.

Superiorum permissu & priuilegio.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE





Clariſſimo & Excellentiſſimo Viro

D. ALEXANDRO SYNCLYTICO

IN ANTENOREO LYCÆO

I. C.

Primario Interpreti

Paulus Baleonius Bibliop. S. P.

VEl legum dignitatem, vel earum interpretandarum munus arduum conſiderem, non occurrit, cui dicanda ſint hæc Iuris Erotemata alij, quàm Tibi, & ſignata cognomento dignitate, & celebrata omnibus ſapientia digniſſimo, vt doctis viris clariſſimo tuo nomine commendentur. Id enim in cauſa eſſe creditur, vt huiuſcemodi vota & nuncupationum

officia nec ſcriptoribus autoritatem, nec nuncupatoribus gratiam concilient, quòd ad eos dirigantur, qui dicata non norint, & omnia potiùs alia deſiderent. Conſultum itaque mihi iam eſt exiſtimationi IO. ARNOLDI CORVINI, einſque *ENCHIRIDIO*, cum te & natalibus, & doctrina inclytum Erotematum commendatorem, & quaſi patronum elegerim. Conſultum credo & ſtudio obſeruantiæ meæ erga te ſingularis, quando tibi Prothomyſtæ Legum à me Legalia dicantur. Eximiæ tuæ humanitatis erit deditiſſimi mei reuerentiam animi inſpicere, maiora & propriora daturi, ſi par deſiderio facultas, & vires ſuppeterent. Vale. Venetijs IV. Idus Aprilis. MDCXLIII.

Legum

Legum cupidæ Iuuentuti

S.

ACcipitis hoc Enchiridio digestas per πυσματικὰς φωτήσεις *Institutionum imperialium breues expositiones, cum insertarum ex ipso iuris corpore latiorum materiarum augmento; vt felicius vobis sit studiorum initium, & tutior progressio. Nempe quomodo ex Institutionibus constare possit Iurisconsultus, docere studemus, scopo ante nos prædicato. Si iura nouissima minus nouis, etiam municipalia, licet adhuc quidem parcè, practica theoricis miscemus; facimus id, vt, in tanta variatione, vasti studij cunabula ex ista coniunctione habeatis. Ordinem iudicij tradimus, ne fori planè ignari ex scholis prodeatis. Erotematica vtimur doctrina, vt vobis respondentes non modò ipsi vos erudire, sed & de profectu vestro arbitrari possitis. Alueare damus cum legum quibus responsiones nituntur, & Doctorum à quibus eas mutuauimus indicio. Nec erubescimus.*

Etenim nouum hodie nihil dicitur ; & fatuissimus si primam legum doctrinam nobis arrogare audeamus. Vndique hæc in vnum comportauimus, vt vos leuaremus tædiosa lectione laxarum expositionum. Quibus si benè vtimini, vix alius restabit labor quam vnde ea sint collecta cognoscere. Ausum quo post eruditissima præstantissimorum Iurisconsultorum Breuiaria, & nuperum quidem Doctissimi Perezij hoc nostrum edimus, debetis propenso in studia vestra affectui. Sed & prodest Reip. literariæ, si studijs prouecti methodum quæ ea solida, breuiaque iuxta reddidere certatim reuelent. Palma est publica. Nec tam librorum nocet numerus, quam κακοζηλίας affectata moles. Nos ab humo nitimur, vt alios ad æmulationem excitemus, & hoc Enchiridio promissa meditamur. Nec ignorare debetis scholasticis plane inhærere infra senectutem esse. Valete.

IN-

INDEX.

Cum materiarum ab Imperatore in ſuis Inſtitutionibus tractatarum ſecundum ordinem Inſtitutionum, tum latiorum à nobis inſertarum.

LIBRO I.

Titul. I. De iuſtitia & iure. pag. 1.
II. De iure naturali gentium & ciuili. 5
III. De iure perſonarum. 10
IV. De Ingenuis. 11
V. De libertinis. 12
VI. Qui ex quibus cauſſis manumittere non poſſint. 13
VII. De lege Fuſia Caninia tollenda. 14
VIII. De his qui ſunt ſui, vel alieni iuris. eod
IX. De patria poteſtate. 15
X. De Nuptijs. 16
De legitimatione. 23
XI. De Adoptionibus. 25
XII. Quot modis ius patriæ poteſtatis ſoluitur. 27
XIII. De tutelis. 30
XIV. Qui teſtamento tutores dari poſſunt. 31
XV. De legitima adgnatorum tutela. 32
XVI. De capitis deminutione. 33
XVII. De legitima patronorum tutela. 34
XVIII. De legitima Parentum tutela. 35
XIX. De Fiduciaria tutela. eod.
XX. De Attiliano tutore, & eo qui ex lege Iulia & Titia dabatur. 36
XXI. De Authoritate tutorum. 38
XXII. Quibus modis tutela finitur. 39
XXIII. De Curatoribus. 40
XXIV. De ſatiſdatione Tutorum, vel Curatorum. 41
XXV. De excuſatione Tutorum & Curatorum. 44
XXVI. De ſuſpectis Tutoribus, & Curatoribus. 47

LIBRO. II.

Titul. I. De rerum diuisione & acquirendo earum dominio. 49
II. De rebus Corporalibus & incorporalibus. 64
III. De seruitutibus vrb. & rustic. prædiorum. 65
IV. De vsufructu. 71
V. De vsu & habitatione. 74
VI. De vsucapionibus, & longi temporis præscriptione. 76
VII. De donationibus. 80
De donatione mortis causâ. 84
De donatione inter viuos. 86
De iure dotium. 88
VIII. Quibus alienare licet vel non licet. 93
IX. Per quas personas nobis acquiritur. 96
X. De Testamentis ordinandis. 99
XI. De militari testamento, 104
Alia priuilegiata testamenta. 108
XII. Quibus non est permissum facere testamentum. 111
XIII. De Exheredatione liberorum. 114
XIV. De heredibus instituendis. 119
XV. De vulgari substitutione. 124
XVI. De pupillari substitutione. 129
XVII. Quibus modis Testamenta infirmantur. 136
XVIII. De inofficioso Testamento. 139
XIX. De heredum qualitate & differentia. 142
XX. De legatis. 148
XXI. De ademtione & translatione legatorum. 165
XXII. De lege Falcidia. 166
XXIII. De fideicommissarijs hereditatibus & ad SC. Trebellianum. 169
XXIV. De singulis rebus per fideicommissum relictis. 179
XXV. De Codicillis. 181

LIBRO III.

Titul. I. De hereditatibus quæ ab intestato deferuntur. 185
De iure Hollandico circa successionem. 191
II. De legitima adgnatorum successione. 197
III. De SC. Tertylliano. 200
IV. De SC. Orphitiano. eod.
V. De Successione cognatorum. eod.
VI. De gradibus cognationum. 201
VII. De seruili cognatione. 206
VIII. De successione libertorum. eod.
IX. De Assignatione libertorum. 209
X. De bonorum possessionibus. 210
XI. De acquisitione per arrogationem. 211
XII. De eo cui libertatis caussa bona addicuntur. eod.
XIII. De successionibus sublatis quæ fiebant per bonorum venditiones, & ex SC. Claudiano. 218
XIV. De Obligationibus. 219
XV. Quibus modis re contrahitur obligatio. 224
De mutuo. 225
Indebiti solutio. 229
De commodato. 231
De precario. 232
De deposito & sequestratione. 233
De pignore. 238
XVI. De verborum obligationibus. 249
XVII. De duobus reis stipulandi & promittendi. 254
XVIII. De stipulatione seruorum. 256
XIX. De diuisione stipulationum. 257
XX. De inutilibus stipulationibus. 258
XXI. De fidefussoribus. 263
XXII. De literarum obligationibus. 268
XXIII. De Obligationibus ex consensu. 270
XXIV. De Emtione & venditione. 271
De Redhibitione & Quanti minoris. 280
De Euictione. 281

De iure retractus. 283
V. De locatione & conductione. 287
XXV. De Emphyteusi. 291
XXVI. De Societate. 298
XXVII. De Mandato. 302
XXVIII. De obligationibus quæ ex quasi contractu nascuntur. 305
De contractibus innominatis. eod.
De quasi contractibus. 310
Negotiorum gestio. 311
Tutelæ administratio. 313
Rerum communio. eod.
Familiæ erciscundæ. 314
Aditio hereditatis. 316
Indebiti solutio. 317
XXIX. Per quas personas nobis acquiritur. 318
XXX. Quibus modis tollitur obligatio. eod.
De solutione. 319
De acceptilatione. 323
De nouatione. 325
De delegatione. 327
De mutuo consensu. 330
De confusione. eod.
De compensatione. 331
De transactionibus. 334
De Interitu Rei. 338
Oblatione, & obsignatione. eod.
Modi dissoluendæ obligationis ope exceptionis. 339

LIBRO IV.

Titul. I. De obligationibus quæ ex delicto nascuntur. 342
De furto. 344
II. De vi bonorum raptorum. 350
III. De lege Aquilia. 352
IV. De iniurijs. 355
V. De obligationibus quæ ex quasi delicto nascuntur. 360

VI. De Actionibus; earum puta definitione & diuisionibus. 363
De actionibus realibus, earumque sub diuisione. 364
De rei vindicatione. 365
De Actione confessoria. 369
De Negatoria. 371
Diuisio Actionum in ciuiles & prætorias. 373
Actio publiciana. eod.
Rescissoria. 375
Actiones reuocatoriæ. 378
Auocatoriæ. 382
Actiones prætoriæ personales. 384
De constituta pecunia. eod.
De peculio. 386
Actio de iureiurando. 388
De iuramento. 390
Actiones prætoriæ personales. 400
Præiudiciales. 404
Tertia actionum diuisio in rei pœnæ persecutorias, & mixtas, vbi. 408
Actio ex mutuo. 409
Commodato. 410
Deposito. 412
Mandato. 414
Pro socio. 416
Emti venditi, & contra. 418
Locati, conducti, & contra. 422
Ex contractu emphyteutico. 425
Furti. 426
Vi bonorum raptorum. 427
Legis Aquiliæ. 428
Ex testamento pro relictis locis venerabilibus. 429
Familiæ erciscundæ. 431
Communi diuidundo. 433
Finium regundorum. 434
Quarta actionum diuisio à quantitate in eas deducta. vbi. 435
Actio serui corrupti. 437

Quod

Quod metus causſa. 438
In factum de calumniatoribus. 439
Quinta diuiſio actionum in bonæfidei & ſtricti iuris. vbi. 441
Petitio hereditatis. 443
Actio negotiorum geſtorum. 446
Tutelæ. 447
Pignoratitia. 449
Actiones arbitrariæ. 450
Sexta actionum diuiſio, vbi 455
De ceſſione bonorum. 457
VII. Quod cum eo qui in aliena poteſtate eſt negotium geſtum dicitur, vbi actio 459
Quod iuſſu. 460
Exercitoria. eod.
Inſtitoria. 461
Tributoria. 462
De peculio, ſed remiſſiuè, vt de qua tit. 6. actum. 463
De in rem verſo. 464
VIII. De Noxalibus actionibus. 466
IX. Si quadrupes pauperiem feciſſe dicatur. 468
X. De ijs per quos agere poſſumus. vbi 470
De perſonis quæ in iudicijs conſiderantur, in ſpecie de Procuratoribus. 471
De Aduocatis. 474
XI. De ſatiſdationibus. 476
XII. De perpetuis & temporalibus Actionibus. 478
XIII. De Exceptionibus. 481
XIV. De Replicationibus. 486
XV. De interdictis. vbi 487
De operum bonorum nuntiatione. 498
Quod vi, aut clam. 499
De damno infecto. 500
De poſſeſſione. eod.
XVI. De pœna temere litigantium, vbi 503
De Infamia. 504
De ordine iudicij. 506
De citatione. 507

De Arreſtatione. 509
De contumacia eiuſque pæna. 510
De libello. 513
De dilationibus. 514
De ferijs. 515
De reconuentione. 516
De Interuentione. 517
De laudatione & nominatione authoris. 518
De litis conteſtatione. 519
De poſitionibus. 520
De interrogationibus & reſponſionibus. 521
De Articulis. 522
De probationibus. 522
De præſumtionibus. 524
De teſtibus. 525
De inſtrumentis. 529
De confeſſione. 531
De concluſione. 532
De ſententia, eiuſque effectu. 533
Modi ſententiæ impugnandæ, vbi 536
De nullitate. 536.
De appellationibus. 537
De inhibitione. 540
De ſupplicatione. 541
XVII. De officio iudicis. 542
De collationibus. 546
De fructibus & acceſſionibus, & vſuris preſſiùs. 547
De impenſis. 551
De in integrum reſtitutione. 553
De executione. 554
XVIII. De iudicijs publicis. 555
Iudiciorum publicorum generalia. eod.
De publicorum iudiciorum ſpeciebus. 559
De raptu. 564
De homicidio. 565
De veneficio. 566
De Patricidio. 566
De falſo. 567

De

De peculatu. 569
De plagio. 570
Repetundarum crimine. 571
Annonæ. 571
Reſiduorum. 571
De iudiciorum concurſu. 572
De fiſci iure. 573

INSTITVTIONES IMPERIALES

Per Erotemata digeſtæ.

LIBER PRIMVS.

TIT. I.

De Iuſtitia & Iure.

CVr Imperator primum titulum formauit de Iuſtitia & iure?

R. Quia ſtatuit in principio finem artis, & ipſam artis Iuridicæ definitionem proponere.

Quid igitur hic ius ſignificat?

R. Ipſam iuris artem. *Vult.* hic. *Pac. in Notis.*

Quomodò alias accipitur, Vox iuris?

R. Accipitur etiam. 1. Pro iuris obiecto. *l. pen. ff. eodem.* 2. Pro loco in quo ius dicitur. *l. eadem.* 3. Pro eo quod in iure conſiſtit. 4. Pro neceſſitudine. *l. Vltima.* 5. pro poteſtate. 6. Denique pro arte iuris: vt hic. *l. 1. ff. eod.*

Quid eſt Iuſtitia?

R. Eſt conſtans & perpetua voluntas ius ſuum cuique tribuendi. *Pr. hic.*

Quid significat in definitione voluntas?

R. Accipitur pro habitu animi, per quem volumus iuſtè agere, & ſuum cuique tribuere, ac reipſa, & promtè quidem, (niſi impediamur,) tribuimus. *Pac. in notis hic.*

Cur dicis conſtans & perpetua voluntas?

R. Quia intelligitur habitus talis, quo ad id agendum, quod perpetua & conſtans præſcribit ratio, firmiter & conſtanter mouemur: Nec enim eſt iuſtus, niſi qui conſtanter, & firmo animi proposito quod iuſtum eſt agit. *Pac. notis ibidem ex Ariſtotele.*

Qualis ergo iuſtitia hic definitur, diuina, an humana?

R. Humana; Quia illa, non diuina, finis iuris eſt. Sed definitur, non vt in homine eſt, ſed vt in ſe eſt. *Nou. 69.*

Quotuplex eſt Iuſtitia humana?

R. Duplex: Vniuerſalis, & particularis.

Quæ eſt Iuſtitia vniuerſalis?

R. Obedientia vniuerſalis erga omnes leges; diuinas & humanas, naturales & ciuiles. *Vveſ. Par. hic n. 3.*

Quæ eſt particularis?

R. Ea ipſa, quæ hic definitur. *Perez. hic.*

Vnde probas particularem hic definiri?

R. Quia vniuerſalis iuſtitia ad Theologiam potius pertinet; Iurisprudentiæ autem finis Iuſtitia eſt, quatenus virtus eſt ciuilem ſpectans conuerſationem: Ideoque ſola hic ab Imp. & I.C. vbique deſignatur.

Quotuplex eſt Iuſtitia particularis?

R. Duplex; diſtributiua, & commutatiua.

Quid eſt Iuſtitia diſtributiua?

R. Eſt æqualis rerum omnium publicarum, munerum, præmiorum, pœnarum &c. inter perſonas, pro ſingularum merito, congruentia, & dignitate diſtributio. *Vveſ. Par. n. 12. l. vlt. Cod. de ſtatu & Imag.*

Quid eſt commutatiua?

R. Eſt iuſta commutationis rerum in contractibus priuatorum ordinatio. *Perez. hic.*

Vtra hic definitur?

R. Vtraque: illa tanquam ad ius publicum; hæc, tanquam ad priuatum pertinens.

Qualis

Qualis proportio seruatur in vtraque Iustitia?

R. In distributiua Geometrica; quæ tum rerum in se, tum personarum, pro ratione meriti, dignitatis &c. proportionem simul spectat. In commutatiua Arithmetica; quæ solam rerum æqualitatem considerat. *Vvef. Par. hic. n. 11.*

Cur dicis in definitione: suum cuique tribuendi?

R. 1. Vt à liberalitate Iustitia distinguatur speciatim; quæ non tribuit alteri quod suum est, sed quod ei non debetur. 2. Quia natura Iustitiæ, qua communiter ab alijs virtutibus distinguitur, est ad alium referri.

Quid est Iuris prudentia?

R. Est rerum diuinarum atque humanarum notitia, iusti atque iniusti scientia. Vel (secundum Celsum) Ius (Iuris prudentia) est ars æqui & boni. *l. 1. ff. hoc Tit.*

Cur dicis, scientia & ars?

R. Scientia dicitur, non secundum accurationem Philosophicam, qua scientia ab arte distinguitur, contemplatiua existens, ac in necessarijs versans; sed accepta scientiæ voce pro effectiua seu practica. Ars dicitur, non quod mechanica sit, sed eo ipso, quod practica est, & vsus eius non in mera contemplatione, sed in praxi (forensi puta) consistit.

Cur dicis rerum diuinarum atque humanarum notitia?

R. Quia de rebus diuinis & humanis agit Iurisprudentia; puta, quatenus circa illas de iure quæritur.

Cur dicis scientia Iusti atque iniusti?

R. Vt hoc ipsum, quod modo dictum, doceatur; puta, eatenus tantum de rebus hic agi, quatenus ad ius & iniuriam referuntur.

Quomodo Celso dicitur ars aqui & boni?

R. Æqui artem Celsus quasi iusti dixit, priuatum ius maximè spectans. Boni autem, iuris publici ratione, cuius suprema lex est salus populi & vtilitas Reip. licet aliquando in speciem videatur ab æquitate naturali recedere.

Qualia præcepta Iuris hic tradit Imperator?

R. Non particularia, quæ passim traduntur toto Iuris corpore: sed vniuersalia, particularium principia.

Quæ sunt illa?

℟. Honeſte viuere, alterum non lædere, ſuum cuique tribuere.

Quæ eſt inter illa præcepta relatio?

℟. Primum vniuerſaliſſimum eſt, totam rectè viuendi in conuerſatione ciuili normam dirigens. Ideoque & duo reliqua præcepta ſub ſe continens.

Quid docet præceptum honeſtè viuendi?

℟. Nihil eſſe iuſtum quod non ſit honeſtum.

Quid vetat ſecundum?

℟. Omnem ſiue alterius, ſiue ſui ipſius in corpore & bonis læſionem.

Quid docet tertium?

℟. Non ſufficere ſi nihil in alium, vel in nos ipſos committamus, niſi etiam, non nobis tantùm, ſed & alijs, quod iuſtum eſt, præſtemus.

Cur dicitur non omne quod licet honeſtum eſſe?

℟. Significatur omnia quæ ſunt inhoneſta, non eſſe nominatim legibus ciuilibus prohibita: non harum vero ſimpliciter, ſed & naturalis iuris normam, vt viri boni ſimus, ſequendam eſſe.

Cur ergo, & quatenus αὐτοχειρία. id eſt, *ſui ipſius læſio legibus Romanis permiſſa fuit?*

℟. Ita vt facti ſceleritas non eſſet quidem obnoxia, agnoſceretur tamen, & conſcientia metus teneretur. *l. 3. de bonis eor. qui mortem ſibi conſc.*

Quatenus vim vi licet repellere?

℟. Ad defenſionem, non ad vindictam. *l. 3 ff. hic.*

Quotuplex eſt ius?

℟. Duplex: publicum & priuatum. §. 4. *hic.*

Quid eſt publicum?

℟. Quod ad ſtatum Reip. Romanæ, vel cuiuſque Reipublicæ vtilitatem per ſe & principaliter ſpectat. §. *eod.*

Quid eſt priuatum?

℟. Quod per ſe & principaliter ſpectat ad vtilitatem priuatorum. *eod.*

Cuius ratione ius publicum hic definitur?

℟. Boni ſeu vtilitatis ratione. Nam alias ius publicum duplici ratione dicitur: vel vtilitatis tantum, vt hic; vel

authoritatis. Quo modo etiam ius priuatum publicum est, Quia non est ius nisi publica authoritate. Sic tutela & testamenti factio dicuntur esse iuris publici.

De quo iure agit Imperator?

R. De priuato tantum. §. *eod.*

Quæ sunt istius Iuris principia?

R. Collectum est ex præceptis naturalibus, aut Gentium, aut ciuilibus. §. *vlt. hic.*

An ex ijsdem collectum & publicum ius?

R. Collectum quidem est ex præceptis gentium aut ciuilibus; non autem ex naturalibus, pura ijs, quæ ipsa bruta natura docuit. §. *eod.*

Cur non?

R. Quia versatur circa sacra, sacerdotes, magistratus &c. quæ inter bruta non existunt.

De quibus, Deo volente, etiam aliquando agemus per compendium. Imperatorem equidem sequentes & philosophos, faciliora præmittimus.

TIT. II.

De Iure naturali, Gentium, Ciuili.

Quotuplex ergo est ius secundum priora principia?

R. Triplex. Naturale, Gentium, Ciuile. *Rub. hic.*

Quid est ius naturale?

R. Ius Naturale est, quod natura omnia animalia docuit. *Text. Princ. l. pen. ff. de Iust. & Iure.*

Da exempla huius Iuris.

R. Exempla sunt, Maris atque fœminæ coniunctio, liberorum procreatio, atque educatio. *ibid.*

Quomodo ius adscribitur brutis?

R. Brutis in definitione ius non tribuitur: Sed docetur tantum, id ius naturale vocari, cuius principia, vel præcepta natura omnia animalia docuit: quæ in homine ratio, vt ius sint, facit.

Quot modis ergo ius naturale accipitur?

℟. Duobus modis. Vel pro eo quod effloreſcit ex inclinationibus, quæ hominibus cum brutis ſunt communes: vel quod conſiſtit in præceptis & communibus notionibus, homini peculiariter naturâ inſitis; viuendi rectam rationem continentibus. Quod etiam ius gentium dicitur. *Infra §. ſingulorum de rerum Diuiſ.*

Ius gentium ergo quotuplex?

℟. Primæuum, vel ſecundarium.

Quid eſt primæuum ius?

℟. Quod naturalis (& ſimplex quidem ac incorrupta) ratio, nudo honeſtorum ac turpium intuitu, conſtituit; & apud omnes populos peræque cuſtoditur. §. 1. *hic.*

Quid ſecundarium?

℟. Quod per ratiocinationem (ex intuitu neceſſitatis & vſus) in conuerſatione ciuili gentes humanæ, (inter duo mala minus eligentes) ſibi conſtituere. §. 2. *hic.*

Da vtriuſque exempla.

℟. Ad primæuum ius gentium pertinent tria præcepta præcedentia generalia: item in Deum religio; pietas in parentes & patriam. *l. 2. ff. de Iuſt. & iur.* Ad ſecundarium, bella, captiuitates, ſeruitudes, dominiorum diſtinctio, contractus ferè omnes. §. 2. *hic.*

Quid eſt ius ciuile?

℟. Ius ciuile eſt, quod quiſque populus ſibi conſtituit. §. 1. *hic.*

Quomodo hæc tria Iura inter ſe diſtinguuntur hic ſecundum Imperatorem?

℟. Vt naturale ius omnibus quidem hominibus, non tamen ſolis competat. Ciuile ſolis quidem, non tamen omnibus. Gentium & omnibus competat hominibus, & ſolis. *Pac. Analyſ. hic.*

Quomodo ius ciuile à iure gentium diſtinguitur?

℟. Quod ius ciuile ſit proprium ciuitatis à qua conditum eſt; gentium Iure omnes gentes vtuntur. Ideoque ius ciuile multiplex ſit, ſecundum ciuitates à quibus conditum eſt; Gentium vnum ſit omnium hominum cõe. §. 1. & 2. *hic.*

Quãdo ſimpliciter ius ciuile nominatur, quod ius intelligitur?

℟. Ro-

℟. Romanum, tanquam iudicatum præſtantiſſimum §. 2. *eod.*

Quotuplex eſt ius ciuile Romanum?

℟. Scriptum & non ſcriptum. §. 3.

Quid eſt ius ſcriptum?

℟. Ius ſcriptum dicitur, quod publica authoritate, eius qui legum ferendarum habet poteſtatem; non priuata, literis eſt mandatum.

Quot Iuris Romani ſcripti ſpecies recenſet Imperator?

℟. Sex. Legem, Plebiſcitum, Senatuſconſultum, Principũ placita, Prætorum edicta, Reſponſa prudentũ. §. 3. *eod.*

Quid eſt hic Lex?

℟. Quam Pop. Rom. Senatorio magiſtratu interrogante, veluti Conſule, conſtituebat. *Text. hic.*

Quid Plebiſcitum?

℟. Quod plebs, Plebeio magiſtratu interrogante, veluti Tribuno, conſtituebat. *Text. hic.*

Quid Senatus conſultum?

℟. Quod Senatus iubet atque conſtituit. *Text. hic.*

Quæ dicuntur Principum placita?

℟. Conſtitutiones principum, eorumque decreta & edicta, poſtquam in eos Imperium & poteſtatem Pop. Romanus contulit, pro lege propoſita, ac lata. *Text.* §. 6. *hic.*

Quæ ſunt Prætorum edicta?

℟. Quæ Prætores pro ſua Iuriſdictione propoſuerunt. Ad quæ pertinent quædam ſingularia, quæ Ædiles Curules de quibuſdam cauſis ad ipſorum notionem pertinentibus tulerunt. §. 7. *hic.*

Quæ ſunt Reſponſa Prudentum?

℟. Sententiæ & opiniones eorum, quibus à Cæſare permiſſum erat de iure reſpondere. § 8. *hic.*

Quomodo ſecundum has ſex ſpecies ius ciuile ſcriptum aliàs diuiditur?

℟. Diuiditur in ius ciuile in ſpecie dictum, & complectitur omnes iſtas ſpecies præter Prætorum edicta; & prætorium, quod & honorarium dicitur, quod Prætorum & Ædilium Curulium edictis conſtat. §. 7. *hic. l. 7. primi ff. de Iuſt. & iur.*

Vox legis *an nunquam aliter quam sic accipitur?*

R. Imo pluribus modis accipitur. 1. Latissimè pro quouis iure. 2. Pro iure positiuo. *l.2. & 1. ff. de Leg.* 3. Pro iure scripto specialius. *l.9. ff. de Iust. & Iur.* 4. Specialissimè pro lege. 12. Tab.

Quis habet legis condendæ potestatem?

R. Is, penes quem est summum Imperium. *l.1. §.12. C. de leg. 1. ff. de Const. Princ.*

Quæ est vis legis?

R. Legis virtus est imperare, vetare, permittere, punire. *l.6. ff. de Legibus.*

Quis potest legem interpretari?

R. Interpretari leges, ita vt interpretatio omnes teneat, potest tantum is qui legem ferre potest. *l.12. §.1. C. de leg.* Non Iudex. Qui tamen eatenus eam explicat, vt interpretatio eius valeat inter partes, vt sententia.

Quotuplices sunt leges?

R. Duplices; vel generales, vel personales. Generales sunt, quę omnes tenent; Personales, quæ priuilegia dicuntur, & personas quibus conceduntur, vel res circa quas conceduntur, non egrediuntur, nec in exemplum aliarum siue personarum, siue rerum trahi possunt. §.6. *hic.*

An & populus, superiorem agnoscens, legem ferre potest?

R. Potest. Sed non aliter, quam si potestatem habeat à Principe concessam, vel præscriptam. Quæ leges Statuta dicuntur. *Schneid. hic n.14.*

An ipse Princeps legibus à se latis obligatus est?

R. Imo solutus est legibus. *l.31. ff. de Leg.* pœnarijs puta. Dignum tamen Principe legibus se alligatum profiteri. *l. Digna vox. Cod. de Leg.*

Quæ sunt regulæ præcipuæ legũ & statutorũ interpretandorũ?

R. 1. Leges per interpretationem producuntur ad casus omissos; vt vbi eadem est ratio, licet verba legis cessent, idem tamen sit ius. *lib.11. & 13. ff. de leg.* 2. Lex quæ præterita facta condonat, eadem in futurum prohibet *l.22. ff. eod.* 3. Si duæ leges sunt sibi inuicem contrariæ, posterior priore est potior; *l. vlt. ff. de const. princ.* Si non sunt con-

contrariæ; hæ ex illis, & illæ ex his accipiunt interpretationem. *l.26. & seqq. ff. de leg.* 4. In dubio benignior interpretatio, quæ vitio caret, nec Iuris inducit correctionem, est accipienda. *l.* 18. *ff. eod.* 5. Leges nouæ ita sunt explicandæ, vt quæ in ijs manifesta ratione non inueniuntur decisa, durare in sanctione veterum legum intelligantur. *l.26. & 27. ff. eod.* Verba statutorum, vbi id ratio æquitatis admittit, amplissime quidem: *Bart. in l.1. C. de sum. Trinit. Dd.* sed vbi derogant Iuri communi, stricte sunt accipienda. *c.cum dilect. De consuet.* Quibus plures addi obseruationes possunt.

Quæ est interpretandarum legum norma?

R. Æquitas, rectaque ratio; quæ anima legis dicitur. *Everard. loc. à rat. legis & ad restrict. ipsius legis & seqq.*

Quomodo æquitas explicat legem?

R. 1. Eam ad rectam sententiam accommodando. 2. Extendendo ad casus similes lege non expressos. 3. Vbi lex obscura est, ipsa æquitas iudicij ratio ac regula est. *l. placuit, Cod. de Iudicijs.*

Quod est Ius non scriptum?

R. Diuturni mores consensu vtentium approbati. Consuetudinem vocant. §. 9.

Quotuplex est consuetudo?

R. Duplex: 1. Generalis, quæ est instar legis; 2. Specialis, quæ est instar statuti, & iuris municipalis.

Quis potest consuetudinem introducere?

R. Idem qui legem potest condere. Qui superiorem agnoscit, eam non introducit, sine istius superioris patientia. *Schneid. hic.*

Quæ requiruntur ad eam introducendam?

R. Tria: 1. Principium rationale. Id est si ratio fuerit eius inducendæ, & ipsa rationalis sit. 2. Longi temporis præscriptio: id est, secundum plerosq; decennij. *In Rub. C. quæ sit longa consuetudo.* 3. Actuum, ad minimum duorum, pluriumue consensu populi approbatorum, iudicialium maximè, frequentia. *l.1. C. quæ sit longa cons. & c. Ext. de consuet. Schneid. eod.*

Quis est consuetudinis effectus?

R. 1.

R. 1. Ius nouum introducit, vbi ſcriptum deficit §. 3. *hic.* 2. Interpretatur legem. *l.* 37. *ff. de leg.* 3. Corrigit legem vetuſtiorem. *l.* 32 *ff. deleg. cum ſeqq.*

Quomodo diuidit Imperator Ius ex accidenti?

R. In mutabile, vt ius ciuile & gentium ſecundarium: vtpotè quod conſuetudine, vel alia lege poſtea lata mutatur: & immutabile, vt ius naturale, & ius gentium primæuũ, quod apud omnes gentes peræque obſeruatur. §. 11.

Quod eſt generale obiectum Iuris?

R. Iudicia. Quippe quæ tanquam organa ſunt & media iuſtitiæ conſequendæ. *Pac. Analyſi ad §. vlt. hic.*

Qua ſunt obiecta ſpecialia?

R. Tria: Primo perſonæ; puta tum litigantes, tum iudicantes. 2. Res, de quibus iudicatur. 3. Actiones, per quas de rebus iudicium mouetur. §. 12. & *Pac. eod.*

Quot modis iſta hic ſpectantur?

R. Duobus: primò per ſe ſingula: deinde vt ſunt iudiciorum partes. *Pac. Epitome diſp. 1. thef. 24.*

TIT. III.

De Iure Perſonarum.

Perſonarum diuiſio vnde ſumitur?

R. Sumitur. 1. à Natura. 2. à Gentium. 3. à Ciuili iure.

Quomodo diuiduntur perſona ſecundum naturam?

R. Ratione ſexus: & quidem in mares & feminas. Qui vt plurimum eodem, interdum diuerſo, & quidem vel meliore, vel deteriore iure vtuntur, *l.* 7. *de ſtatu hominum.* Hermaphroditis ad ſexum relatis in ipſis præualẽtem. *l.* 10. *eod.*

Quomodo diuiduntur ſecundum ius gentium?

R. In liberos & ſeruos. *Princ. hic.*

Qui dicuntur liberi?

R. Qui vel mãſere in libertate naturali, vel ad eã rediere.

Qui ſunt ſerui?

R. Qui dominio alterius vel per violentiam contra naturam ſunt ſubiecti; aliàs mancipia, quaſi manu capti, dicti. §. 3. *hic.* vel per culpam lege ciuili in eam damnati. §. 4. *hic.*

Quid

Quid est libertas?

R. Naturalis facultas eius quod cuique facere libet, nisi siquid vi aut iure prohibetur. §. 1. *hic.*

Quid est seruitus?

R. Constitutio iuris gentium, (& partim iuris ciuilis) qua quis dominio alieno contra naturam, id est naturalem libertatem, subijcitur. §. 2. *hic.*

Quot modis fiunt serui?

R. Aut iure gentium; & primitus quidem captiuitatis iure, quo, quæ ab hostibus capimus, statim nostra fiunt. *l. 2. tit. 1.* §. 17. Deinde per natiuitatem accessionis iure; quo, quod ex ancilla nostra nascitur, nostrum est. *Ibid.* §. 37. Aut iure ciuili. 1. Per venditionem; cum quis liber homo maior viginti annis ad pretium participandum se venundari patitur, cõditionem eius liberam emptore ignorante. §. 4. *hic.* 2. Per coniunctionem impudicam dominæ cum alieno seruo ex Senatusconsulto Claudiano, quod ab Imperatore abrogatum. *infra lib. 3. Tit. 13. de successionibus sublatis. &c.* 3. Damnatione ad metallum; quæ pœnæ seruitus dicitur. *Tit. 16. lib. 1.* §. 1. 4. Per retractionem in seruitutem ob ingratitudinem in patronum manumissorem. *Nou. 78. c. 2.*

Quæ inter seruos & liberos homines est differentia?

R. In seruorum conditione, vel qualitate (licet alij vilioribus, alij honestioribus addicantur operis, *l. 15. ff. de Vsufr.*) nulla est differentia. Quia omnes æque sunt serui, nullumque habent statum, & pro mortuis in Rep. habentur. Inter liberos multæ sunt differentiæ, & prima quidem quod sunt, aut ingenui, aut libertini. §. 5. *hic.* Sublata tamen & ipsa est, *Nouella.* 78. Ex qua omnes liberi sunt ingenui.

TIT. IV.

De Ingenuis.

Quis est ingenuus?

R. Qui statim ac natus est, liber est.

Quid requiritur vt quis liber nascatur?

R. Matrem aliquo saltem tempore dum vterum gestauit,

uit, siue conceptus, siue medio, siue partus, liberam habuisse; patris hic nulla habita ratione. *Quia quoad naturam partus ventrem sequitur. Princ. hic.*

Quid si natus ingenuus ab hostibus captus in seruitutem redigatur & postea manumittatur, an sit libertinæ conditionis?

R. Non officit eius natalibus talis captiuitas aut manumissio; omnino autem iusta seruitus. §. 1. *hic. Pac. in notis.*

TIT. V.

De Libertinis.

Qvi sunt Libertini?

R. Libertini sunt, qui ex iusta seruitute sunt manumissi, id est, è seruis liberi facti. *Text. Princ.*

Quid est manumissio?

R. Est de manu, id est, de potestate datio, seu dimissio, h.e. datio libertatis. *Text. ibid.*

Quot modis procedebat, & vbi?

R. Vel fiebat inter viuos; idque tum solenniter apud Magistratum vindicta, id est, virga prætoria qua caput serui manumittendi percutiebatur; vel postmodum, ex constitutionibus Imperatorum, in Ecclesijs, teste populo, & signatore Episcopo, tum minus solenniter, aut inter amicos, aut per Epistolam, aut etiam per adoptionem, & filij nominationem. *Text. hic & infra de adoptionibus.* Vel mortis causa, in testamento, item codicillis testamento confirmatis; idque siue directa, siue fideicommissaria, vel per aliam quamlibet vltimam voluntatem fideicommissaria sola. *Vult. hic.*

Vbi expediri poterat manumissio?

R. Vbique & quouis tempore expediti poterat. *Text.* §. 2. *Quia voluntaria erat iurisdictionis.*

Quotuplices erant olim Libertini?

R. Triplices; alij erant ciues Romani, & perfectam habebant libertatem; Alij liberi quidem erant, sed non ciues, Latini dicti; Alij Dedititij, seu, vt vult Cuiacius, Deditiorum numero; qui ita consequebantur libertatem,

tem, vt morte demum à seruitute liberarentur. Hodie, noua Iustiniani constitutione, omnes libertini sunt ingenui & ciues Romani; saluo tamen iure patronatus. *Text. hic. §. 3. & Nou. 78. cap. 1.*

TIT. VI.

Qui & ex quibus causis manumittere non possint.

AN licet cuique volenti manu mittere?

Bz. Licet, vt dictum, manumissio sit voluntariæ iurisdictionis; non licet tamen cuique volenti, seu pro libitu, & quacunque ratione, manumittere. *Princ. hic.*

Qua lege itaque modus manumissioni constitutus?

Bz. Gemina. primo Ælia Sentia; secundo Fusia Caninia. *Princ. hic, & seq. Tit.*

Quis lege Ælia Sentia?

Bz. 1. Vt non liceat ei qui non est soluendo in fraudem creditorum manumittere. *Text. princ.* Nisi testamento vnum modo seruum quem heredem, alium non habens, instituat cum libertate, vti creditoribus hæreditarijs satisfaciat, vel subhastationem bonorum defuncti suo nomine patiatur, pro libertatis lucro. 2. Vt minori annis viginti non aliter, quam iusta causa manumissionis apud consilium dicta approbataque, liceat manumittere.

Nihil ne hic posterioribus legibus mutatum?

Bz. In primo capite mutatum, vt procedat manumissio, quoad seruum, etiam sine libertate institutum, §. 2. *hic.* Quoad alterum, ex constitutione Iustiniani, *hic.* §. 7. vt liceat minori, dicto modo, siquidem annum decimum septimum expleuerit, vel decimum octauum attigerit, manumittere, &, nouissimo iure, anno decimo quarto, id est eodem quo testamentum condere potest. *Nou. 119. cap. 2.*

Quis dicitur in fraudem creditorum manumittere?

Bz. Qui vel eo tempore quo manumittit iam est, vel ex manumissione fit non soluendo. Si quidem fraudandi animo manumittit. Sine quo animo, etsi bona manumit-

ten-

tentis non ſufficiant creditoribus, libertas non impeditur. §. 3.

Quæ ſunt iuſta manumittendi cauſa, ob quas licet minori manumittere?

Bz. Si patrem, matrem, filium filiamue, fratrem, ſororem naturalem, pædagogum, nutricem, educatorem, alumnum alumnamue, aut collactaneum, aut ſeruum, non minorem decem & ſeptem annis, procuratoris habendi, vel ancillam in matrimonium habendi gratia manumittat. Modo hanc intra ſex menſes, citra iuſtum impedimentum, in vxorem ducat. *Tex.* §. 5.

Quid ſi hæ cauſæ prætextus modo ſint, non veræ cauſſæ?

Bz. Si allegatæ ſemel probentur, ſiue veræ, ſiue falſæ ſint, manumiſſio non retractatur. §. 6.

TIT. VII.

De lege Fuſia Caninia tollenda.

QVis modus manumiſſioni conſtitutus fuit lege Fuſia Caninia?

Bz. Vt plures ſeruos habenti de familia à duobus vſque ad decem, partem dimidiam; à decem ad triginta, partem tertiam; à triginta vſque ad centum, partem quartam; à centum vſque ad quingentos partem quintam; plures autem quam centum ex maiori numero ſeruorum, manumitere non liceret. *Caius Inſtitutionum lib. 1. Tit. 2. Paulus lib. 4. Sent. Tit. 14.*

Duratne hæc lex?

Bz. Non; ſed tanquam inuida & libertates impediens, nec morientibus idem, quod viuis permiſſum, concedens, à Iuſtiniano ſublata eſt. *Text. hic.*

TIT. VIII.

De his qui ſunt ſui iuris, vel alieni.

STatus ſecundum ciuitatem & familiam ex quo iure cenſetur?

Bz. Ex iure ciuili.

Quo-

Quomodo itaque secundum ius ciuile personæ diuiduntur?

R. Secundum statum ciuitatis in ciues & peregrinos; secundum familiam in personas quæ sunt sui, vel alieni iuris.

Cur de priori diuisione in ciues & peregrinos hic non agit Imperator?

R. Quia ad ius publicum pertinet; de iure autem priuato tantum agere instituit. *Suprà §.4. Tit.1,*

Qui sunt sui iuris, vel alieni?

R. Sui iuris sunt patres familiarum; alieni, qui vel sunt in potestate dominorum, vt serui, vel in potestate patris, vt filij familias.

Cur dicitur hæc diuisio esse ex iure ciuili?

R. Quia, licet potestas dominica sit ex iure gentium secundario, patria ex iure naturæ seu gentium primario; vtraque tamen iure ciuili informata, & variè mutata est. *Schneid. n.1. hic.*

Quæ fuit potestas iure gentium dominorum in seruos?

R. 1. Vt in ipsos ius haberent domini vitæ & necis, 2. Vt quicquid serui acquirebant, dominis acquirerent, nec ipsi bona haberent, sed in bonis essent. §.1. & 2. *hic.*

Quatenus hæc potestas iure ciuili limitata est?

R. Vt non liceret domino seruum proprium sine iusta causa magis quam alienũ occidere, & si eum durius quam ferri posset tractasset, cogeretur bonis conditionibus, id est iusto pretio, eum vendere. *Text. hic.* §.2. Deinde vt seruus interdum fructuario, interdum bonæ fidei possessori acquireret. *Infr. per quas personas; lib.2. Tit.9. §.3.4.5.*

TIT. IX.

De patria potestate.

QVi sunt in potestate parentum?

R. Sunt liberi nostri, quos ex iustis nuptijs procreauimus, vel qui postmodum in potestatem nostram legitimo modo transeunt. *Princ. hic. l.19 & 24 ff. de stat. hom.*

Quibus modis constituitur patria potestas?

R. Tribus; Iustis Nuptijs, Legitimatione, Adoptione.

Quo-

Quotuplex eſt poteſtas patria?

R. Duplex; vel naturalis ex iure gentium primæuo deſcendens, vtrique parenti communis; vel ciuilis & legibus Romanis informata, patri, non qua pater eſt; ſed qua paterfamilias eſt, peculiaris.

Qualem hic poteſtatem intelligis?

R. Ciuilem; ſecundum quam non mater, ſed pater in poteſtate liberos habet.

In quo conſiſtit poteſtas patria?

R. Naturalis quidem in reuerentia obſequioque filiali iniungendis & præſtandis; ciuilis olim quidem eadem erat cum poteſtate dominorum in ſeruos; hodie ſimiliter ita coarctata, vt, quoad filij perſonam, in pietate potius, quam atrocitate conſiſtat; quoad bona caſtrenſia vel quaſi caſtrenſia, liberi pleno dominio, aduentitia quo ad proprietatem acquirant, ſolum in ijs vſumfruct. pater. *l. in ſuis. ff. de liberis & poſthum. §. 1. l. per quas perſ. nob. acq.*

Qui ſunt ſub poteſtate patris?

R. Non ſolum filij & filiæ primi gradus ſub patris ſui, ſed & vlterioris gradus liberi ſub aui & proaui ſunt poteſtate; puta ex filio, non ex filia nati. §. 3. *hic.*

Cur non ex filia nati?

R. Quia ipſa filia per nuptias tranſit in familiam viri. Ideo familiæ ſuæ (quam propagat) caput: in qua nata eſt, & quæ per eam non propagatur, finis dicta. *Vlt. in §. 3. hic.*

TIT. X.

De nuptijs.

NVptiæ, (primus modus conſtituendæ patriæ poteſtatis,) quomodo definiuntur?

R. Nuptiæ, ſiue matrimonium eſt coniunctio viri & mulieris, individuam vitæ ſocietatem continens *Tit. 9. §. 1.* Modeſtino ſic: Nuptiæ ſunt coniunctio maris & fœminæ, & conſortium omnis vitæ, diuini & humani iuris communicatio. *l. 1. ff. de Ritu Nuptiarum.*

Qualis coniunctio & conſuetudo in definitione ineelligitur?

R. Non

℟. Non corporum (quæ extra matrimonium esse potest) sed animorum. Quia nuptias non concubitus, sed consensus facit. *l. Nuptias. ff. de regulis iuris.*

Qualem consensum intelligis?

℟. Non in futurum, sed in præsens tempus collatum.

Quod in futurum tempus collatus consensus sponsalia faciat; non nuptias.

Quid sunt sponsalia de iure ciuili?

℟. Sunt mentio & repromissio, seu mutua promissio futurarum nuptiarum. *l. 1. ff. de sponsal.*

Quatenus locum habent sponsalia?

℟. Apud Romanos tanquam contractus præparatorius, pro solennitate requirebantur; hodie præcedunt, vt vel tollatur nuptiarum impedimentum, vel, si tolli non possit, ipsæ nuptiæ inhibeantur.

Quotuplicia sunt sponsalia?

℟. Iure ciuili vnum tantum genus est sponsalium. Canonico iure duplicia faciunt sponsalia; vel de futuro, (vt vocant) quasi concepta per verba futuri temporis (quæ sunt ipsa modò ex iure ciuili definita) vel de præsenti; sic dicta quasi concepta per verba præsentis temporis, (quæ sunt, quas definiuimus; nuptiæ.)

Quid differunt vtraque sponsalia quoad effectum?

℟. Quod eorum quæ sunt de futuro effectus sit tantum spes nuptiarum, & ius matrimonij ineundi, ideoque dissensu solui possint: sponsalia autem de præsenti pro vero matrimonio habeantur, & solui non possint.

Cur dicis nuptias continere indiuiduam vitæ consuetudinem?

℟. Quia nuptiæ iure ciuili stante matrimonio thori separationem non admittunt. Quæ iure canonico licet admittatur; tamen indiuidua illa vitę consuetudo nuptiarum est intentio.

Cur nuptias dicis consortium esse omnis vitæ?

℟. Quod eadem fortuna coniuges vtantur.

Cur diuini & humani iuris communicationem?

℟. Humani quidē, quia iure mariti vxor vtitur, domicilium eius & forū sequitur, dignitates participat: Diuini vero,

quòd ſacrorum priuatorum viri (quæ Romani olim habebant præter publica) fiat particeps.

Quæ ſunt neceſſaria vt nuptiæ ſint iuſtæ ſeu legitimæ?

R. Duo; 1. vt contrahentes, ſecundum leges, ſint matrimonij capaces. 2. vt contrahant legitimo modo.

Quo omnino iure capacitas ad nuptias conſideratur?

R. 1. Secundum ius naturale ex potentia coeundi. 2. Secundum ius gentium ex potentia conſentiendi. 3. Secundum ius ciuile ex iuris ciuilis communione.

Qui ergò rectè contrahunt nuptias?

R. Mas & fœmina. Puta 1. Ij ſoli qui generare poſſunt; vt arceantur caſtrati, quibus ſpes generationis eſt præciſa, non ſpadones ob frigiditatem ad coitum inepti; vt quibus ob eam ſpem nuptiæ iure ciuili conceduntur. 2. Qui conſentire poſſunt; non furioſi, (licet furor ſuperueniens non vitiet præcedentes nuptias.) 3. Iure quidem Romano ſoli ciues Romani, non peregrini, non ſerui. Qui tamen omnino iure gentium & canonico nuptias rectè contrahunt.

Quot perſonæ nuptias contrahunt?

R. Nuptias contrahunt iure ciuili, itidemque diuino, ſinguli. §. 6. 7. *hic.*

Qua ætate rectè ſponſalia & nuptiæ contrahuntur?

R. Nuptias rite quidem contrahunt mares puberes, & fœminæ viri-potentes; in ſponſalibus vero, modo infante maior contrahat, ætas non eſt definita. *l.* 14. *ff. de Sponſal.*

An omnes vxores promiſcue licet ducere?

R. Non; prohibita quippe eſt coniunctio nuptiarum. 1. Ratione cognationis ſiue naturalis, ſiue ciuilis, id eſt, adoptionis. 2. Ratione affinitatis. 3. Publicæ honeſtatis. 4. Ratione delicti. 5. Ratione poteſtatis, & officij.

Quomodo ratione cognationis naturalis, & ciuilis?

R. Inter aſcendentes & deſcendentes in linea recta in infinitum, etiam ſoluta adoptione ex qua erat ciuilis cognatio. §. 1. *hic.* 2. In linea tranſuerſali, rurſus inter eos qui ſiue ex cognatione naturali, ſiue ex ciuili ſeu adoptione parentum & liberorum ſunt loco, §. 5. *hic.* Inter fratres & ſorores ſiue germanos, ſiue vterinos ſemper; inter adoptiuos quamdiu durat adoptio. §. 2. *& ſeq. hic.*

Quo-

Quomodo prohibentur nuptiæ ratione affinitatis?

R. Ratione affinitatis (quæ de iure ciuili est coniunctio inter virum & consanguineos vxoris; inter vxorem & consanguineos viri) eædem locum habent prohibitiones, quę ratione cognationis naturalis, etiam dissoluta affinitate. §. 6. *hic. l.* 15. *ff. de Ritu Nup.*

Ad quotum gradum prohibitæ sunt nuptiæ?

R. In linea transuersa æquali ad quartum; ita vt duorum fratrum vel sororum, vel ex fratre & sorore liberi iungi possint; vltra gradum quartum linea inæquali. §. 4. & 5. *hic.*

Quid dicis de duobus compriuignis?

R. Duo etiam compriuigni, id est, mariti filius ex alia vxore, & vxoris filia ex alio uiro, uel contra, recte contrahunt. §. 8. *hic.*

Inter quos prohibentur nuptiæ ratione publicæ honestatis?

R. Inter uirum senatorij ordinis eiusq; filium, & libertinam, uel uilem mulierem. Inter patronum eiusq; filium & libertam. *l.* 44. *ff. de Rit. nupt.* Quod sublatum *Nou.* 78. 2. Inter sexagenarium & quinquagenariam quod sublatum. *l. pen. C. de nuptijs.* 3. Inter patrem quondam adoptiuum & filiam adoptiuam emancipatam. 4. Inter uirum & filiam uxoris post diuortium ex alio procreatam. §. 9. *hic. l.* 12. §. *si vxor. ff. de rit. Nupt.* 5. Inter susceptorem, & eam quam de sacro fonte suscepit, *l.* 26. *C. h. t.* Quę iuris Canonici prohibitio est.

Quomodo ratione delicti nuptiæ prohibentur?

R. Inter raptorem & raptam & eam cum qua deliquit. *l. unicâ* §. 1. *C. de raptu virgin.* Quod iure Canonico quoad raptorem, acta ab eo pœnitentia, & per redditionem mulieris purgato uitio, cessat; etiam quod ad adulterum, purgato similiter uitio. Nisi adfuerit promissio nuptiarum, & machinatio in prioris mariti necem. *cap. pen. & fin. Ext. de raptoribus.*

Quomodo prohibentur nuptiæ ratione potestatis & officij?

R. Inter administrantem in aliqua prouincia & indeotiundam, uelibi domicilium habentem, nisi uel ante desponsata fuerit, uel finitum sit officium. *l. si quis officium* 37. *ff. eod.* Quę prohibitio hodie non obseruatur. 2. Inter tutorem eiusue filium, & pupillam quondam ipsius, nisi redditis rationibus, & tempore, quod ad restitutionem in inte-

grum tributum, effluxo. Quod ad omnes reddendis rationibus obnoxios extenditur. *l. 62. ff. eod.*

Conueniuntne omnes hæ prohibitiones cum iure Canonico?

R. Ius Canonicum in linea descendenti cum iure ciuili conuenit. In transuersali peculiares habet prohibitiones. 1. Ratione cognationis naturalis prohibet nuptias vsque ad quartum gradum, sed secundum istius iuris computationem (de cuius a computatione ciuili differentia infra dicendum sub titulo de gradibus) incluſiuè. 2. Ratione affinitatis (cuius tria faciunt genera) prohibitæ ibi sunt nuptiæ; in primo quidem genere, similiter secundum eandem computationem, ad quartum gradum incluſiue. Secundum & tertium genus olim quidem habuit prohibitionem, licet non tantam; hodie nullam habet. *Vvesp. par ff. hic. nu. 4.* 3. Ratione ordinis, eodem iure prohibentur nuptiæ sacris initiatis, etiam Subdiaconis, & religionem solenniter professis. *Tot. tit. Ext. de Clericis coniugatis.*

Quæ est triplex ista affinitas?

R. Prima est, secundum ius ciuile, modo definita; altera, quando primo generi additur persona altera. Tertia, quando secundo generi persona additur. E. gr. Primum genus affinitatis est inter prioris vxoris cognatos, & virum; & inter vxorem primam & cognatos viri. Secundum genus est inter cognatos primæ vxoris & secundam vxorem: item inter eam quam duxit frater vxoris meæ, & me. Tertium inter cognatos primæ vxoris, & cognatos viri cui secunda nupsit. *Vult. Iust. hic. num. 10.*

Quæ præterea ius Canonicũ circa affinitatẽ habet singularia?

R. 1. Computat gradus affinitatis eodem modo, quo consanguinitatis; quos in eo non agnoscit ius ciuile. 2. Affinitatem constituit ex quolibet coitu illicito, ius ciuile solum ex iustis nuptijs. *ibid.*

Quid circa prohibitas nuptias præterea vtroq; iure peculiare est?

R. Quod vtroque iure nullo modo admitti possunt nuptiæ quæ naturali iure prohibentur; quæ ciuili solummodo prohibentur, Magistratus officio admitti possunt; quæ sola canonica institutione prohibentur Pontificis Romani venia.

Quæ

Quæ requiruntur vt nuptiæ legitimo contrahantur modo?

R. Requiritur ad id. 1. Consensus contrahentium, isque plane liber; olim tam in sponsalibus quam nuptijs, stipulatione tantum, hodie pacto saltem expressus. 2. Si contrahentes sunt in potestate parentum, eorum præterea consensus requiritur: in filio, etiam milite, sine ætatis distinctione; in filia vsque ad annum vigesimum quintum. *Principio hic. Nou. 115. §. Aliud.*

Quatenus requiritur vterque consensus?

R. Contrahentium quidem ita, vt sit de substantia, etiam ante copulam, iure ciuili. Modo fœmina sit deducta in domum viri, & habeatur affectione maritali. Eorum qui habent contrahentes in potestate, consensus similiter iure ciuili est de necessitate, & quidem vt vel præcedat, vel in ipso actu (taciturnitate patris scientis quid agatur pro consensu habita) interponatur: nisi pater sit mente captus, aut ab hostibus, vt vbi sit per integrum triennium ignoretur. De iure canonico volunt vulgo (non tamen sine contradictione) hunc consensum magis esse honestatis, quam necessitatis. *Vult. eod. hic. late n. 13. & seq.*

Quo tuplex potest interponi cõsensus in sponsalibus, & nuptijs.

R. Duplex: vel purus, per verba de præsenti, (qui statim habet consummandi necessitatem) vel conditionalis, eam necessitatem non habens, nisi post euentum conditionis: nisi copula accedat, perquam purificetur conditio, quamuis vir ab illa se nolle recedere expresse protestetur. *Schneid. de Nupt. licit. n. 36. per c. cum tuas. 6. Ext. de cond. appos.*

Quales debent esse conditiones, vt suspendant matrimonium?

R. 1. Honestæ (puta si pater consenserit.) 2. Possibiles. 3. Non aduersantes substantiæ matrimonij; puta ne generetur proles. Hæ enim vitiant matrimonium: inhonestæ & impossibiles habentur pro non adiectis. *Schneid. eod. n. 35. per cap. fin. Ext. eod.*

Quis est effectus legitimo modo contractarum nuptiarum?

R. Quod nuptiæ dicantur iustæ, & legitimæ, liberi iusti, legitimi, & in potestate patria. Contra ea contractæ, si veniunt simpliciter contra præcepta iuris purè ciuilis, (puta contractæ cum peregrinis,) illegitimæ, inutiles,

imò nullæ quidem sunt iure Romano; non tamen desinunt esse nuptiæ iure gentium. Contractæ contra ius naturæ, vel gentium, aut ipso iure nullæ sunt: puta si error in persona, non in aliquo accidenti interueniat: aut incestæ dicuntur, aut nefariæ. §. 12. *hic. Tit. in C. de incest. & inutil. Nup. & Nou. de incest. & nef. Nup.*

Quæ pœnæ sunt illegitimarum nuptiarum?

R. Nuptiarum, etiam Romano iure solo illegitimarum, pœnæ sunt, quod eodem iure nec vir, nec vxor, nec nuptiæ, nec dos intelligatur, nec eius repetendæ locus sit dissoluto matrimonio; nec liberi sint in potestate patris; sed, quo ad eam, spurij: nisi adsit alterius è contrahentibus ignorantia. Incestas & nefarias nuptias contrahentes infamia, publicatione bonorum (quæ liberis, si exstant, vsque ad patris alimenta applicantur) exilio, priuatione dignitatis, & si viles sunt, etiam castigatione corporis multantur. Nisi & hic error sit, eumque ętatis lubrico lapsu agnitum corrigant. §. *eod. hic. Schneid. de Nupt. illicitis hic n. 55. & seqq.*

Sponsalia & nuptiæ quomodo soluuntur de iure ciuili?

R. 1. Morte naturali vnius è contrahentibus. 2. Ciuitate cum libertate amissa, nisi cum liberta sint contractę nuptiæ. Vxores tamen captiuorum alteri nubere temerè non possunt. 3. Deportatione sponsalia quidem, sed non nuptiæ iure gentium soluuntur. Licet quod ad effectum iure Quiritio nuptiæ non sint. 4. Sponsalia inter viuos repudijs soluuntur; nuptiæ diuortijs. *Vult. Iurisp. lib. 1. cap. 21.*

Quatenus repudijs sponsalia, nuptiæ diuortijs soluuntur?

R. Iure ciuili repudia olim fiebant liberè, altera parte pœnitente; nouissimo ita, vt pœnitens sponsus arrhas amittat, sponsa duplicatas reddat. Diuortia etiam ipsa olim lege duodecim tabularum fiebant liberè: quibus postea modus constitutus est: & cum prius causæ eorum essent arbitrariæ, postea legibus sunt definitæ. *Vult. eod. latè.*

Quod ius in considerandis diuortiorum causis & modo sequimur?

R. Iure quidem Codicis plures, Nouellarum pauciores, diuortiorum sunt causæ; quorum vtrumque in iure ciuili præferimus iuri Digestorum, & antiquiori: sed, cum admodum,

dum, tum ad causas diuortij ius Pontificium & Noui testamenti imprimis considerauimus. *Schneid. Instit. de diuortio n.* 13. 14.

Quæ sunt causa diuortij ex Nouo Testamento & Canonibus?

℟. Nouum testamentum meminit tantum. 1. adulterij. 2. & malitiosę desertionis, quando coniunx infidelis à fideli inuita discedit. Quibus addunt Canones, inimicitias capitales, & insidias, in alterius necem. Ob quas, vtpote Nouo testamento non expressas, habitatio potius separatur, quam matrimonium dissoluitur. Quin etiam ob perpetuam naturalem Impotentiam potius nullę declarantur nuptię, quam soluuntur. *Schneid. eod.*

DE LEGITIMATIONE.

Quis est secundus modus constituendæ patriæ potestatis?

℟. Legitimatio. *Text.* §. 13. *hic.*

Quid est legitimatio?

℟. Est legis actio, qua liberi qui natiuitate non sunt in potestate patris, post eam fiunt legitimi.

Quos licet legitimare?

℟. Iure ciuili quidem liberos tantum naturales ex tali fœmina conceptos, quam in vxorem habere licet: iure canonico omnes ex solutis natos. *Leg. 2. Cod. de Naturalib. liberis.*

Qui possunt legitimare?

℟. 1. Legitimandi potestas concessa est iure ciuili patri, non matri (quia non habet liberos in potestate.) 2. Principi (qui & Comiti palatino eam potest concedere.) 3. Curiæ. 4. Iure canonico etiam Pontifici competit, *Vult. Iurisp. c. 23.*

Quomodo legitimat pater?

℟. 1. Contrahendo nuptias cum ea ex qua prolem suscepit. Qui modus omnino obtinet. 2. In publico instrumento, aut chirographo, habente trium testium subsignationem; aut testamento; aut apud acta filium nominando, vel heredem instituendo. *l. 7. C. de nat. lib. collata cum l. præced. Anast.*

Quomodo Principes

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

R. Vel per ſe; vel per reſcriptum legitimum declarãdo, vel confirmando teſtamentum patris, quo filium naturalem heredem inſtituit; (ſine qua confirmatione legitimatio patris eſt ſine effectu) vel per Comitem Palatinum, conceſſa ei legitimandi poteſtate. Nou. 74. c. 2. & Nou. 89. c. 9. Trent. de iur. perſ. th. 6. lit. g.

Quomodo Curia?

R. Curia teſte populo, & actis interuenientibus filium quidem legitimat, ſi vel ipſum pater, vel ipſe ſe muneribus & functionibus curiæ, ex qua eſt oriundus, offert. Filiam vero, ſi in vxorem datur viro conditionis curialis. Nou. 89. c. 2. Vult. Inſt. §. 12. hic.

Quomodo Pontifex legitimat?

R. Pontifex legitimat quo ad effectum ſæculatem, in terris Eccleſiæ, non alijs, niſi ex cauſis valdè arduis, vel in ſpiritualibus. *Cap. per venerabilem. Ext. Qui filij ſunt legitimi.*

Quomodo procedunt ſinguli legitimandi modi?

R. Modus legitimandi per ſubeſquens matrimonium, (licet aliud intermedium ſit) procedit, ſiue pater alios habeat liberos legitimos, ſiue non habeat. Modus per nominationem filij, à Iuſtiniano. Nou. 117. c. 2. introductus, ex cõmuniori Doctorum ſententia, hodie non procedit; vt nec qui eſt per oblationem curiæ, (cui hodie comparatur ingreſſus in monaſterium.) Procedebat verò olim, etſi alij eſſent filij legitimi, Patre filium, non filio ſeipſum offerente. Per reſcriptum principis, & maximè per comitem Palatinum, quæ fit legitimatio, requirit. 1. vt nulli ſint patri filij naturales, & legitimi. 2. vt ſubſit legitimãdi cauſa iuſta, eaq; cognoſcatur. 3. vt citentur ad legitimationẽ videndã quorũ intereſt. 4. vt legitimatus ſubſit Imperio principis. *Vide Dd.*

Quis ſingulorum modorum effectus.

R. Communis eſt omnium, quod legitimati fiunt legitimi, & poteſtati patris ſubijciuntur. Per ſubſequens matrimonium legitimati in omnibus naturalium ac legitimorum iure fruuntur. Per reſcriptum legitimati ſimiliter: niſi quod in feudo, & emphiteuſi ciuili non ſuccedant (niſi id in reſcripto contineatur) & ſtatuto excludente fæminas, exiſtentibus maſculis, non contineantur. Per oblationem

curiæ

curiæ legitimati ſoli patri, non alijs (quibus dicuntur facti cognati) ſunt legitimi. Pontificis legitimatio interris Eccleſiæ omnimodo, extra eas tantum quoad ſpirituales actus prodeſt. *Trent. eod. Theſ. 7. per ibi alleg.*

TIT. XI.

De Adoptionibus.

Quis eſt tertius modus conſtituendæ patriæ poteſtatis.

℟. Adoptio.

Quid eſt adoptio.

℟. Eſt actus legitimus, per quem is qui natura non eſt, fit filius electione. *gl. in princ. hic. l. 4. ff. de adopt. l. 3. C. eod.*

Quot ſunt adoptionis ſpecies.

℟. Duę; 1. Arrogatio, (ſic dicta, ſiue quod olim fiebat per rogationem populi, ſiue eius rogationis reſpectu, qua arrogans, an hunc in filium habere vellet, *l. 2. ff. hic.* arrogatus, an eſſe vellet filius arrogatoris rogabatur. *Pac. Analyſ. hic.)* 2. Adoptio in ſpecie dicta. §. 1. *hic.*

Quæ ſunt vtrique ſpeciei communia?

℟. Conuenit vtraque ſpecies 1. Reſpectu perſonarum quæ adoptare, vel adoptari poſſunt, in hoc quod neutra adoptio conſtat niſi inter eos qui per naturam poſſunt eſſe parentum & liberorum loco; nec niſi inter eos qui habere poſſunt liberos, vel ipſi eſſe in poteſtate parentum. §. 4. *hic Vveſ. par. hic. n. 4.* 2. Reſpectu modorũ quibus procedit adoptio, idque quadruplici ratione. 3. Reſpectu effectus, quem parit adoptio.

Quæ ſunt rationes quibus conuenit vtraque adoptio reſpectu modi quibus adoptio procedit?

℟. Quod quis poteſt vel arrogare, vel adoptare non tantum in locum filij & filiæ, ſed etiam nepotis, vel neptis, & deinceps, & quidem ſiue filium ipſe habeat, ſiue non. §. 5. *hic.* 2. Quod quis poteſt adoptari in alium locum, quam quo eſt apud patrem naturalem; puta filius in locum nepotis, nepos in locum filij. §. 6. *hic. l.* 10. *ff. hic. Vveſ. eod.* §. 3. Quod adoptio nec ab abſente per alium poſſit expediri.

l. 25. ff. eod. nec ad tempus filius adoptari. 24. *ff. de Hered. Inſt. & ibi nota marginales.* 4. Quod vtriuſque tam adoptati, quam adoptantis conſenſus requiritur; illius ſemper expreſſus, huius non ſemper.

Quibus modis conuenit vtraque adoptio reſpectu effectus?

R. 1. Quod vtraque adoptio adoptanti confert ius patriæ poteſtatis, & ex ea ius dandi filium adoptiuum in adoptionem. §. 1. *hic.* 2. Quod confert ius agnationis, non ſanguinis. *l. 23. ff. eod.* 3. Quod adoptio in locum filij in ſpecie (non ea quę eſt in locum nepotis) confert adoptato ius ſuitatis. 4. Quod onera adoptati transfert in patrem adoptiuum. *l. penult. hic.* 5. Dignitatem item patris adoptiui in filium adoptatum, ſed non diminuta propria.

Qui ſecundum conuenientiam vtriuſque adoptionis, ſecundum perſonas, prohibentur adoptare, vel adoptari?

R. Prohibentur adoptare 1. Qui vitio inſanabili non poſſunt generare, vt caſtrati. §. 10. *hic.* 2. Impubes 3. Minor ætate maiorem, vel æqualis æqualem; ſed debet adoptans adoptatum plena pubertate, id eſt, octodecim annis præcedere. §. 4. *hic.* 4. Furioſus, dum eſt in furore. 5. Fœmina, niſi indultu principis. 6. Peregrini. §. 8. 7. Denique rationibus reddendis obnoxij eos, quibus tenentur. Sed nec adoptari poteſt filius naturalis, ad hoc vt legitimetur, nec ab adoptiuo patre emancipatus.

Quæ ſunt ſingularia arrogationi?

R. 1. Reſpectu perſonarum; quod arrogatio ſit eorum qui ſunt ſui iuris, ſiue ſint maiores, ſiue minores; adoptio in ſpecie dicta eorum ſit, qui ſunt ſub poteſtate patria. 2. Reſpectu modi; quod arrogatio olim fiebat in comitijs per populum, & quidem Romæ tantum; poſtea vel immediate per principem, vel eius auctoritate per magiſtratum; & quidem conſentiente ſolo arrogato ſi maior eſſet, ſi minor & pubes, curatoris conſenſu, ſin impubes, tutoris auctoritate accedente; & quidem præterea cauſa cognita in arrogatione impuberis, item præſtita ab arrogatore ſatisdatione. §. 3. *hic.* 3. Reſpectu effectus; quod arrogatus non tantum ipſe, ſed cum omnibus liberis, & bonis tranſiret in arrogantis poteſtatem, ita vt eorundem vſufructus ſtatim,

pro-

proprietas non nisi post mortem arrogati, puberis facti, acquiretur. §. 3. *eod. hic*.

Qualis cognitio causa hic intercedit in arrogatione impuberis?

℟. 1. Quoad personam arrogantis, de eius ætate, probitate, an coniunctus, an extraneus sit arrogator; an alios habeat liberos. 2. Quoad causam arrogationis; an honesta, nec ne. 3. Quoad facultates pupilli comparatas inter se; eũ in finem, vt consideretur an arrogatio expediat pupillo. Quo tendit tota hæc cognitio.

Qualis cautio, & quis effectus præstatur ab arrogatore?

℟. Cauet arrogotor personæ publicæ. 1. De bonis arrogati, intra pubertatẽ decedentis, legitimis heredibus restituẽdis. 2. de eo nõ emancipando, vel exheredando, sine legitima causa. 3. De relinquẽda ipsi arrogato, præter propria ipsius bona, quarta parte omniũ bonorum suorũ. §. *eod. hic.*

Qua sunt specialia adoptionis in specie dicta?

℟. 1. Respectu personarum; quod sit eorum qui sunt sub potestate. 2. Respectu modi quo procedit; quod præter adoptantis & adoptati consensum, requiratur etiam consensus expressus patris in adoptionem dantis; & siquidem in locum nepotis fiat adoptio, etiam filij patris adoptantis. §. 7. *hic*. Deinde quod fit coram magistratu tali, apud quem legis est actio; seu solennitates legibus introductæ peragi possunt; & quidem actis interuenientibus. §. 1. *hic.* & 8. *Tit. seq.* 3. Respectu effectus; quod 1. hic filius solus transit in potestatem patris adoptiui, non, siquos forte habet, liberi ipsius. 2. Quod licet olim procederet in omni adoptione; iure nouo tamen transitus iste non fiat, nisi quando pater filium suum auo, vel proauo materno dat in adoptionem: Si extraneo, adoptio tantum confert ius succedendi ab intestato in bonis patris adoptantis. §. 2. *hic.*

TIT. XII.

Quibus modis ius patriæ potestatis soluitur.

Quot modis soluitur patria potestas?

℟. Tribus modis; vel vt qui sub ea sunt fiant sui iuris;

Quotuplex eſt poteſtas patria?

R. Duplex; vel naturalis ex iure gentium primæuo deſcendens, vtrique parenti communis; vel ciuilis & legibus Romanis informata, patri, non qua pater eſt; ſed qua paterfamilias eſt, peculiaris.

Qualem hic poteſtatem intelligis?

R. Ciuilem; ſecundum quam non mater, ſed pater in poteſtate liberos habet.

In quo conſiſtit poteſtas patria?

R. Naturalis quidem in reuerentia obſequioque filiali iniungendis & præſtandis; ciuilis olim quidem eadem erat cum poteſtate dominorum in ſeruos; hodie ſimiliter ita coarctata, vt, quoad filij perſonam, in pietate potius, quam atrocitate conſiſtat; quoad bona caſtrenſia vel quaſi caſtrenſia, liberi pleno dominio, aduentitia quo ad proprietatem acquirant, ſolum in ijs vſumfruct. pater. *l. in ſuis. ff. de liberis & poſthum. §. 1. l. per quas perſ. nob. acq.*

Qui ſunt ſub poteſtate patris?

R. Non ſolum filij & filiæ primi gradus ſub patris ſui, ſed & vlterioris gradus liberi ſub aui & proaui ſunt poteſtate; puta ex filio, non ex filia nati. §. 3. *hic.*

Cur non ex filia nati?

R. Quia ipſa filia per nuptias tranſit in familiam viri. Ideo familiæ ſuæ (quam propagat) caput: in qua nata eſt, & quæ per eam non propagatur, finis dicta. *Vlt. in §. 3. hic.*

TIT. X.

De nuptijs.

NVptiæ, (*primus modus conſtituendæ patriæ poteſtatis,*) *quomodo definiuntur?*

R. Nuptiæ, ſiue matrimonium eſt coniunctio viri & mulieris, individuam vitæ ſocietatem continens *Tit. 9. §. 1.* Modeſtino ſic: Nuptiæ ſunt coniunctio maris & fœminæ, & conſortium omnis vitæ, diuini & humani iuris communicatio. *l. 1. ff. de Ritu Nuptiarum.*

Qualis coniunctio & conſuetudo in definitione ineelligitur?

R. Non

℟. Non corporum (quæ extra matrimonium esse potest) sed animorum. Quia nuptias non concubitus, sed consensus facit. *l. Nuptias. ff. de regulis iuris.*

Qualem consensum intelligis?

℟. Non in futurum, sed in præsens tempus collatum.

Quod in futurum tempus collatus consensus sponsalia faciat, non nuptias.

Quid sunt sponsalia de iure ciuili?

℟. Sunt mentio & repromissio, seu mutua promissio futurarum nuptiarum. *l. 1. ff. de sponsal.*

Quatenus locum habent sponsalia?

℟. Apud Romanos tanquam contractus præparatorius, pro solennitate requirebantur; hodie præcedunt, vt vel tollatur nuptiarum impedimentum, vel, si tolli non possit, ipsæ nuptiæ inhibeantur.

Quotuplicia sunt sponsalia?

℟. Iure ciuili vnum tantum genus est sponsalium. Canonico iure duplicia faciunt sponsalia; vel de futuro, (vt vocant) quasi concepta per verba futuri temporis (quæ sunt ipsa modò ex iure ciuili definita) vel de præsenti; sic dicta quasi concepta per verba præsentis temporis, (quæ sunt, quas definiuimus; nuptiæ.)

Quid differunt vtraque sponsalia quoad effectum?

℟. Quod eorum quæ sunt de futuro effectus sit tantum spes nuptiarum, & ius matrimonij ineundi, ideoque dissensu solui possint: sponsalia autem de præsenti pro vero matrimonio habeantur, & solui non possint.

Cur dicis nuptias continere indiuiduam vitæ consuetudinem?

℟. Quia nuptiæ iure ciuili stante matrimonio thori separationem non admittunt. Quæ iure canonico licet admittatur; tamen indiuidua illa vitę consuetudo nuptiarum est intentio.

Cur nuptias dicis consortium esse omnis vitæ?

℟. Quod eadem fortuna coniuges vtantur.

Cur diuini & humani iuris communicationem?

℟. Humani quidē, quia iure mariti vxor vtitur, domicilium eius & forū sequitur, dignitates participat: Diuini vero,

quòd sacrorum priuatorum viri (quæ Romani olim habebant præter publica) fiat particeps.

Quæ sunt necessaria vt nuptiæ sint iustæ seu legitimæ?

R. Duo; 1. vt contrahentes, secundum leges, sint matrimonij capaces. 2. vt contrahant legitimo modo.

Quo omnino iure capacitas ad nuptias consideratur?

R. 1. Secundum ius naturale ex potentia coeundi. 2. Secundum ius gentium ex potentia consentiendi. 3. Secundum ius ciuile ex iuris ciuilis communione.

Qui ergò rectè contrahunt nuptias?

R. Mas & fœmina. Puta 1. Ij soli qui generare possunt; vt arceantur castrati, quibus spes generationis est præcisa, non spadones ob frigiditatem ad coitum inepti; vt quibus ob eam spem nuptiæ iure ciuili conceduntur. 2. Qui consentire possunt; non furiosi, (licet furor superueniens non vitiet præcedentes nuptias.) 3. Iure quidem Romano soli ciues Romani, non peregrini, non serui. Qui tamen omnino iure gentium & canonico nuptias rectè contrahunt.

Quot personæ nuptias contrahunt?

R. Nuptias contrahunt iure ciuili, itidemque diuino, singuli. §. 6. 7. *hic.*

Qua ætate rectè sponsalia & nuptiæ contrahuntur?

R. Nuptias rite quidem contrahunt mares puberes, & fœminæ viri-potentes; in sponsalibus vero, modo infante maior contrahat, ætas non est definita. *l.* 14. *ff. de Sponsal.*

An omnes vxores promiscuè licet ducere?

R. Non; prohibita quippe est coniunctio nuptiarum. 1. Ratione cognationis siue naturalis, siue ciuilis, id est, adoptionis. 2. Ratione affinitatis. 3. Publicæ honestatis. 4. Ratione delicti. 5. Ratione potestatis, & officij.

Quomodo ratione cognationis naturalis, & ciuilis?

R. Inter ascendentes & descendentes in linea recta in infinitum, etiam soluta adoptione ex qua erat ciuilis cognatio. §. 1. *hic.* 2. In linea transuersali, rursus inter eos qui siue ex cognatione naturali, siue ex ciuili seu adoptione parentum & liberorum sunt loco, §. 5. *hic.* Inter fratres & sorores siue germanos, siue vterinos semper; inter adoptiuos quamdiu durat adoptio. §. 2. *& seq. hic.*

Quo-

Quomodo prohibentur nuptiæ ratione affinitatis?

R. Ratione affinitatis (quæ de iure ciuili est coniunctio inter virum & consanguineos vxoris; inter vxorem & consanguineos viri) eædem locum habent prohibitiones, quę ratione cognationis naturalis, etiam dissoluta affinitate. §. 6. *hic. l.* 15. *ff. de Ritu Nup.*

Ad quotum gradum prohibitæ sunt nuptiæ?

R. In linea transuersa æquali ad quartum; ita vt duorum fratrum vel sororum, vel ex fratre & sorore liberi iungi possint; vltra gradum quartum linea inæquali. §. 4. & 5. *hic.*

Quid dicis de duobus compriuignis?

R. Duo etiam compriuigni, id est, mariti filius ex alia vxore, & vxoris filia ex alio uiro, uel contra, recte contrahunt. §. 8. *hic.*

Inter quos prohibentur nuptiæ ratione publicæ honestatis?

R. Inter uirum senatorij ordinis eiusq; filium, & libertinam, uel uilem mulierem. Inter patronum eiusq; filium & libertam. *l.* 44. *ff. de Rit. nupt.* Quod sublatum *Nou.* 78. 2. Inter sexagenarium & quinquagenariam quod sublatum. *l. pen. C. de nuptijs.* 3. Inter patrem quondam adoptiuum & filiam adoptiuam emancipatam. 4. Inter uirum & filiam uxoris post diuortium ex alio procreatam. §. 9. *hic. l.* 12. §. *si vxor. ff. de rit. Nupt.* 5. Inter susceptorem, & eam quam de sacro fonte susceperit, *l.* 26. *C. h. t.* Quę iuris Canonici prohibitio est.

Quomodo ratione delicti nuptiæ prohibentur?

R. Inter raptorem & raptam & eam cum qua deliquit. *l. vnicâ* §. 1. *C. de raptu virgin.* Quod iure Canonico quoad raptorem, acta ab eo pœnitentia, & per redditionem mulieris purgato uitio, cessat; etiam quod ad adulterum, purgato similiter uitio. Nisi adfuerit promissio nuptiarum, & machinatio in prioris mariti necem. *cap. pen. & fin. Ext. de raptoribus.*

Quomodo prohibentur nuptiæ ratione potestatis & officij?

R. Inter administrantem in aliqua prouincia & indeotiundam, uel ibi domicilium habentem, nisi uel ante desponsata fuerit, uel finitum sit officium. *l. si quis officium* 37. *ff. eod.* Quę prohibitio hodie non obseruatur. 2. Inter tutorem eiusue filium, & pupillam quondam ipsius, nisi redditis rationibus, & tempore, quod ad restitutionem in inte-

grum tributum, effluxo. Quod ad omnes reddendis rationibus obnoxios extenditur. *l. 62. ff. eod.*

Conueniuntne omnes hæ prohibitiones cum iure Canonico?

℟. Ius Canonicum in linea descendenti cum iure ciuili conuenit. In transuersali peculiares habet prohibitiones. 1. Ratione cognationis naturalis prohibet nuptias vsque ad quartum gradum, sed secundum istius iuris computationem (de cuius a computatione ciuili differentia infra dicendum sub titulo de gradibus) incluſiuè. 2. Ratione affinitatis (cuius tria faciunt genera) prohibitæ ibi sunt nuptiæ; in primo quidem genere, similiter secundum eandem computationem, ad quartum gradum incluſiue. Secundum & tertium genus olim quidem habuit prohibitionem, licet non tantam; hodie nullam habet. *Vvesp. par ff. hic. nu. 4.* 3. Ratione ordinis, eodem iure prohibentur nuptiæ sacris initiatis, etiam Subdiaconis, & religionem solenniter professis. *Tot. tit. Ext. de Clericis coniugatis.*

Qua est triplex ista affinitas?

℟. Prima est, secundum ius ciuile, modo definita; altera, quando primo generi additur persona altera. Tertia, quando secundo generi persona additur. E. gr. Primum genus affinitatis est inter prioris vxoris cognatos, & virum; & inter vxorem primam & cognatos viri. Secundum genus est inter cognatos primæ vxoris & secundam vxorem: item inter eam quam duxit frater vxoris meæ, & me. Tertium inter cognatos primæ vxoris, & cognatos viri cui secunda nupsit. *Vult. Iust. hic. num.* 10.

Quæ præterea ius Canonicũ circa affinitatẽ habet singularia?

℟. 1. Computat gradus affinitatis eodem modo, quo consanguinitatis; quos in eo non agnoscit ius ciuile. 2. Affinitatem constituit ex quolibet coitu illicito, ius ciuile solum ex iustis nuptijs. *ibid.*

Quid circa prohibitas nuptias præterea vtroq; iure peculiare est?

℟. Quod vtroque iure nullo modo admitti possunt nuptiæ quæ naturali iure prohibentur; quæ ciuili solummodo prohibentur, Magistratus officio admitti possunt; quæ sola canonica institutione prohibentur Pontificis Romani venia.

Qua

Qua requiruntur vt nuptiæ legitimo contrahantur modo?

R. Requiritur ad id. 1. Consensus contrahentium, isque plane liber; olim tam in sponsalibus quam nuptijs, stipulatione tantum, hodie pacto saltem expressus. 2. Si contrahentes sunt in potestate parentum, eorum præterea consensus requiritur: in filio, etiam milite, sine ætatis distinctione; in filia vsque ad annum vigesimum quintum. *Principio hic. Nou.115. §. Aliud.*

Quatenus requiritur vterque consensus?

R. Contrahentium quidem ita, vt sit de substantia, etiam ante copulam, iure ciuili. Modo fœmina sit deducta in domum viri, & habeatur affectione maritali. Eorum qui habent contrahentes in potestate, consensus similiter iure ciuili est de necessitate, & quidem vt vel præcedat, vel in ipso actu (taciturnitate patris scientis quid agatur pro consensu habita) interponatur: nisi pater sit mente captus, aut ab hostibus, vt vbi sit per integrum triennium ignoretur. De iure canonico volunt vulgo (non tamen sine contradictione) hunc consensum magis esse honestatis, quam necessitatis. *Vult. eod. hic. late n.13. & seq.*

Quotuplex potest interponi cõsensus in sponsalibus, & nuptijs.

R. Duplex: vel purus, per verba de præsenti, (qui statim habet consummandi necessitatem) vel conditionalis, eam necessitatem non habens, nisi post euentum conditionis: nisi copula accedat, perquam purificetur conditio, quamuis vir ab illa se nolle recedere expresse protestetur. *Schneid. de Nupt. licit. n.36. per c. cum tuas. 6. Ext. de cond. appos.*

Quales debent esse conditiones, vt suspendant matrimonium?

R. 1. Honestæ (puta si pater consenserit.) 2. Possibiles. 3. Non aduersantes substantiæ matrimonij; puta ne generetur proles. Hæ enim vitiant matrimonium: inhonestæ & impossibiles habentur pro non adiectis. *Schneid. eod. n.35. per cap. fin. Ext. eod.*

Quis est effectus legitimo modo contractarum nuptiarum?

R. Quod nuptiæ dicantur iustæ, & legitimæ, liberi iusti, legitimi, & in potestate patria. Contra ea contractæ, si veniunt simpliciter contra præcepta iuris purè ciuilis, (puta contractæ cum peregrinis,) illegitimæ, inutiles,

imò nullæ quidem ſunt iure Romano; non tamen deſinunt eſſe nuptiæ iure gentium. Contractæ contra ius naturæ, vel gentium, aut ipſo iure nullæ ſunt: puta ſi error in perſona, non in aliquo accidenti intercueniat: aut inceſtæ dicuntur, aut nefariæ. §. 12. *hic. Tit. in C. de inceſt. & inutil. Nup. & Nou. de inceſt. & nef. Nup.*

Quæ pœnæ ſunt illegitimarum nuptiarum?

R. Nuptiarum, etiam Romano iure ſolo illegitimarum, pœnæ ſunt, quod eodem iure nec vir, nec vxor, nec nuptiæ, nec dos intelligatur, nec eius repetendæ locus ſit diſſoluto matrimonio; nec liberi ſint in poteſtate patris; ſed, quo ad eam, ſpurij: niſi adſit alterius è contrahentibus ignorantia. Inceſtas & nefarias nuptias contrahentes infamia, publicatione bonorum (quæ liberis, ſi exſtant, vſque ad patris alimenta applicantur) exilio, priuatione dignitatis, & ſi viles ſunt, etiam caſtigatione corporis multantur. Niſi & hic error ſit, eumque ætatis lubrico lapſu agnitum corrigant. §. *eod. hic. Schneid. de Nupt. illicitis hic. n. 55. & ſeqq.*

Sponſalia & nuptiæ quomodo ſoluuntur de iure ciuili?

R. 1. Morte naturali vnius è contrahentibus. 2. Ciuitate cum libertate amiſſa, niſi cum liberta ſint contractę nuptiæ. Vxores tamen captiuorum alteri nubere temerè non poſſunt. 3. Deportatione ſponſalia quidem, ſed non nuptiæ iure gentium ſoluuntur. Licet quod ad effectum iure Quiritio nuptiæ non ſint. 4. Sponſalia inter viuos repudijs ſoluuntur; nuptiæ diuortijs. *Vult. Iuriſp. lib. 1. cap. 21.*

Quatenus repudijs ſponſalia, nuptiæ diuortijs ſoluuntur?

R. Iure ciuili repudia olim fiebant liberè, altera parte pœnitente; nouiſſimo ita, vt pœnitens ſponſus arrhas amittat, ſponſa duplicatas reddat. Diuortia etiam ipſa olim lege duodecim tabularum fiebant liberè: quibus poſtea modus conſtitutus eſt: & cum prius cauſæ eorum eſſent arbitrariæ, poſtea legibus ſunt definitæ. *Vult. eod. latè.*

Quod ius in conſiderandis diuortiorum cauſis & modo ſequimur?

R. Iure quidem Codicis plures, Nouellarum pauciores, diuortiorum ſunt cauſæ; quorum vtrumque in iure ciuili præferimus iuri Digeſtorum, & antiquiori: ſed, cum admodum,

dum, tum ad causas diuortij ius Pontificium & Noui testamenti imprimis considerabamus. *Schneid. Instit. de diuortio n.* 13. 14.

Quæ sunt causæ diuortij ex Nouo Testamento & Canonibus?

℟. Nouum testamentum meminit tantum. 1. adulterij. 2. & malitiosę desertionis, quando coniunx infidelis à fideli inuita discedit. Quibus addunt Canones, inimicitias capitales, & insidias, in alterius necem. Ob quas, vtpote Nouo testamento non expressas, habitatio potius separatur, quam matrimonium dissoluitur. Quin etiam ob perpetuam naturalem Impotentiam potius nullę declarantur nuptię, quam soluuntur. *Schneid. eod.*

DE LEGITIMATIONE.

Quis est secundus modus constituendæ patriæ potestatis?

℟. Legitimatio. *Text.* §. 13. *hic.*

Quid est legitimatio?

℟. Est legis actio, qua liberi qui natiuitate non sunt in potestate patris, post eam fiunt legitimi.

Quos licet legitimare?

℟. Iure ciuili quidem liberos tantum naturales ex tali fęmina conceptos, quam in vxorem habere licet: iure canonico omnes ex solutis natos. *Leg.* 2. *Cod. de Naturalib. liberis.*

Qui possunt legitimare?

℟. 1. Legitimandi potestas concessa est iure ciuili patri, non matri (quia non habet liberos in potestate.) 2. Principi (qui & Comiti palatino eam potest concedere.) 3. Curiæ. 4. Iure canonico etiam Pontifici competit, *Vult. Iurisp. c.* 23.

Quomodo legitimat pater?

℟. 1. Contrahendo nuptias cum ea ex qua prolem suscepit. Qui modus omnino obtinet. 2. In publico instrumento, aut chirographo, habente trium testium subsignationem; aut testamento; aut apud acta filium nominando, vel heredem instituendo. *l.* 7. *C. de nat. lib. collata cum l. præced. Anast.*

Quomodo Principes

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

℟. Vel per ſe; vel per reſcriptum legitimum declarãdo, vel confirmando teſtamentum patris, quo filium naturalem heredem inſtituit; (ſine qua confirmatione legitimatio patris eſt ſine effectu) vel per Comitem Palatinum, conceſſa ei legitimandi poteſtate. Nou. 74. *c.* 2. & *Nou.* 89. *c.* 9. *Trent. de iur. perſ. th.* 6. *lit.* g.

Quomodo Curia?

℟. Curia teſte populo, & actis interuenientibus filium quidem legitimat, ſi vel ipſum pater, vel ipſe ſe muneribus & functionibus curię, ex qua eſt oriundus, offert. Filiam vero, ſi in vxorem datur viro conditionis curialis. *Nou.* 89. *c.* 2. *Vult. Inſt.* §. 12. *hic.*

Quomodo Pontifex legitimat?

℟. Pontifex legitimat quo ad effectum ſęculatem, in terris Eccleſiæ, non alijs, niſi ex cauſis valdè arduis, vel in ſpiritualibus. *Cap. per venerabilem, Ext. Qui filij ſunt legitimi.*

Quomodo procedunt ſinguli legitimandi modi?

℟. Modus legitimandi per ſubeſquens matrimonium, (licet aliud intermedium ſit) procedit, ſiue pater alios habeat liberos legitimos, ſiue non habeat. Modus per nominationem filij, à Iuſtiniano. *Nou.* 117. *c.* 2. introductus, ex cõmuniori Doctorum ſententia, hodie non procedit; vt nec qui eſt per oblationem curiæ, (cui hodie comparatur ingreſſus in monaſterium.) Procedebat verò olim, etſi alij eſſent filij legitimi, Patre filium, non filio ſeipſum offerente. Per reſcriptum principis, & maximè per comitem Palatinum, quæ fit legitimatio, requirit. 1. vt nulli ſint patri filij naturales, & legitimi. 2. vt ſubſit legitimãdi cauſa iuſta, eaq; cognoſcatur. 3. vt citentur ad legitimationẽ videndã quorũ intereſt. 4. vt legitimatus ſubſit Imperio principis. *Vide Dd.*

Quis ſingulorum modorum effectus.

℟. Communis eſt omnium, quod legitimati fiunt legitimi, & poteſtati patris ſubijciuntur. Per ſubſequens matrimonium legitimati in omnibus naturalium ac legitimorum iure fruuntur. Per reſcriptum legitimati ſimiliter: niſi quod in feudo, & emphiteuſi ciuili non ſuccedant (niſi id in reſcripto contineatur) & ſtatuto excludente fœminas, exiſtentibus maſculis, non contineantur. Per oblationem

curiæ

curiæ legitimati ſoli patri, non alijs (quibus dicuntur facti cognati) ſunt legitimi. Pontificis legitimatio interris Eccleſiæ omnimodo, extra eas tantum quoad ſpirituales actus prodeſt. *Treut. eod. Theſ. 7. per ibi alleg.*

TIT. XI.

De Adoptionibus.

Quis eſt tertius modus conſtituenda patria poteſtatis.

℟. Adoptio.

Quid eſt adoptio.

℟. Eſt actus legitimus, per quem is qui natura non eſt, fit filius electione. *gl. in princ. hic. l. 4. ff. de adopt. l. 3. C. eod.*

Quot ſunt adoptionis ſpecies.

℟. Duę; 1. Arrogatio, (ſic dicta, ſiue quod olim fiebat per rogationem populi, ſiue eius rogationis reſpectu, qua arrogans, an hunc in filium habere vellet, *l. 2. ff. hic.* arrogatus, an eſſe vellet filius arrogatoris rogabatur. *Pac. Analyſ. hic.*) 2. Adoptio in ſpecie dicta. §. 1. *hic.*

Quæ ſunt vtrique ſpeciei communia?

℟. Conuenit vtraque ſpecies 1. Reſpectu perſonarum quæ adoptare, vel adoptari poſſunt, in hoc quod neutra adoptio conſtat niſi inter eos qui per naturam poſſunt eſſe parentum & liberorum loco; nec niſi inter eos qui habere poſſunt liberos, vel ipſi eſſe in poteſtate parentum. §. 4. *hic Vveſ. par. hic. n. 4.* 2. Reſpectu modorū quibus procedit adoptio, idque quadruplici ratione. 3. Reſpectu effectus, quem parit adoptio.

Quæ ſunt rationes quibus conuenit vtraque adoptio reſpectu modi quibus adoptio procedit?

℟. Quod quis poteſt vel arrogare, vel adoptare non tantum in locum filij & filiæ, ſed etiam nepotis, vel neptis, & deinceps, & quidem ſiue filium ipſe habeat, ſiue non. §. 5. *hic.* 2. Quod quis poteſt adoptari in alium locum, quam quo eſt apud patrem naturalem; puta filius in locum nepotis, nepos in locum filij. §. 6. *hic. l.* 10. *ff. hic, Vveſ. eod.* §. 3. Quod adoptio nec ab abſente per alium poſſit expediri.

l. 25.

proprietas non nisi post mortem arrogati, puberis facti, acquiretur. §. 3. *eod. hic*.

Qualis cognitio causa hic intercedit in arrogatione impuberis?

℟. 1. Quoad personam arrogantis, de eius ætate, probitate, an coniunctus, an extraneus sit arrogator; an alios habeat liberos. 2. Quoad causam arrogationis; an honesta, nec ne. 3. Quoad facultates pupilli comparatas inter se; eũ in finem, vt consideretur an arrogatio expediat pupillo. Quo tendit tota hæc cognitio.

Qualis cautio, & quis effectus præstatur ab arrogatore?

℟. Cauet arragotor personæ publicæ. 1. De bonis arrogati, intra pubertatẽ decedentis, legitimis heredibus restituẽdis. 2. de eo nõ emancipando, vel exheredando, sine legitima causa. 3. De relinquẽda ipsi arrogato, præter propria ipsius bona, quarta parte omniũ bonorum suorũ. §. *eod. hic.*

Quæ sunt specialia adoptionis in specie dicta?

℟. 1. Respectu personarum; quod sit eorum qui sunt sub potestate. 2. Respectu modi quo procedit; quod præter adoptantis & adoptati consensum, requiratur etiam consensus expressus patris in adoptionem dantis; & siquidem in locum nepotis fiat adoptio, etiam filij patris adoptantis. §. 7. *hic*. Deinde quod fit coram magistratu tali, apud quem legis est actio; seu solennitates legibus introductæ peragi possunt; & quidem actis interuenientibus. §. 1. *hic*. & 8. *Tit. seq.* 3. Respectu effectus; quod 1. hic filius solus transit in potestatem patris adoptiui, non, siquos forte habet, liberi ipsius. 2. Quod licet olim procederet in omni adoptione; iure nouo tamen transitus iste non fiat, nisi quando pater filium suum auo, vel proauo materno dat in adoptionem: Si extraneo, adoptio tantum confert ius succedendi ab intestato in bonis patris adoptantis. §. 2. *hic*.

TIT. XII.

Quibus modis ius patriæ potestatis soluitur.

Quot modis soluitur patria potestas?

℟. Tribus modis, vel vt qui sub ea sunt fiant sui iuris;

nis, vel vt ea modo ſuſpendatur; vel vt in aliũ transferatur.

Qui ſunt modi transferendæ patriæ poteſtatis?

R. Transfertur. 1. per adoptionem. Olim omnimodo; hodie ſpeciatim, quando pater filium, vel nepotem dat in adoptionem auo, vel proauo materno. §. 8. *Inſtit. hic.* 2. Per mortem aui habentis nepotem cum filio proprio ſub poteſtate, eamq; ſiue naturalem, ſiue ciuilem, id eſt, per aui maximam, vel mediã capitis deminutionem. Vt pote per quã mortem; filio facto ſui iuris, nepos à poteſtate aui tranſit in patris ſui poteſtatem. *Vide ſuprà.*

Quomodo ſuſpenditur?

R. Captiuitate modò patris habentis, modò filij exiſtentis ſub poteſtate, donec alteruter viuit. Idque propter ius poſtliminij, quo ex captiuitate eam perditam, recuperant reuerſi, vt & omnia iura ciuilia. §. 6. *hic.*

Quibus modis planè ſoluitur?

R. Reſpectu patris, 1. Delicto; puta ſi filium infantem exponit. *Tit. de infantibus expoſitis C. lib. 8. tit. 52.* vel ei iniuſtè alimenta negat. *l. 4. ff. de lib. agnoſ.* 2. Neglientia; ſi per decennium pater patitur filiũ ſe gerere tanquam ſi eſſet ſui iuris. *Dd.* Reſpectu filij; dignitate eiuſdem, non modo patriciatus, ſeu ſi fiat conſiliarius principis, vt hic, ſed & omni alia liberante à curia *ex Nou. 80. hic.* conſulatu, conſulari, præfectura prætoria, vrbicaria, magiſterio militum, Epiſcopatu. Reſpectu vtriuſque. 1. morte naturali, 2. maxima capitis deminutione, & media quę eſt per deportationem, niſi indulgentia principis in integrum per omnia reſtituantur. 3. Emancipatione. Quod vtriuſque & patris & filij fiat libertate. §. 6. & 10.

Quid eſt Emancipatio?

R. Eſt actus legitimus, quo pater filium de poteſtate dimittit. *d.* § 6. *hic.*

Quomodo fit?

R. Olim, ex legis xij. Tab. præſcripto, fiebat ſolenniter per imaginirias venditiones & manumiſſiones; hodie, iſtis abolitis, duplex eſt; Anaſtaſiana & Iuſtinianea.

Quæ eſt Anaſtaſiana, & vnde dicta?

R. Eſt ea, qua per reſciptum principis impetratum iudex com-

competens de emancipatione siue præsentis, siue absentis docetur. Sic dicta, quod fiat ex præscripto Imperatoris Anastasij. *l. pen. C. eod.*

Quæ est Iustinianea, & vnde dicta?

R. Dicta quod ex Imp. nostri fiat præscripto; ea est, qua parentes via recta iudices competentes, vel magistratus aditos de filij, præsentis tantum, emancipatione docent. *d. l. fin. De emanc. lib.*

Vbi & quando expediri potest emancipatio?

R. Iam explicatum, actis interuenientibus apud competentem iudicem expediri debere. Permittunt tamen eam, vt & adoptionem, fieri extra acta & locum iudicij. *Vsef. par. de Adopt. n. 5.*

Quis est emancipationis effectus?

R. Effectus emancipationis respectu emancipantis est, ita liberare à patria potestate, vt filius inuitus in eam, nisi ob ingratitudinem, redigi non possit; nec pater aduersus eam, quasi non rite factam, controuersiam mouere; licet id possit alius. 2. Legitima ius familiæ & agnationis mutabat, vt & (nisi, id vt maneret, emancipans in rescripto impetrasset) Anastasiana. 3. In Iustinianea vtrumque ius ita manet, vt retentione opus non sit. *Vult. Iurisp. c. 24. n. 28.* 1. Respectu patris effectus est successio; quod in bonis emancipati succedit vt patronus in bonis liberti. 2. Tutelæ emancipati filij impuberis legitima.

In cuius persona emancipatio parit effectum liberationis?

R. In eo solo, qui nominatim emancipatur, non tacitè in liberis ita emancipati, etsi nondum natis; modo ante emancipationem sint concepti; quod secus est in conceptis post emancipationem: *§. 6. hic.*

Quæ est ratio huius diuersitatis?

R. Quia an quis nascatur in potestate patris non ex partus, sed conceptus tempore iudicandum. *eod.*

Quid hic iuris hodie circa solennitates de consuetudine?

R. Hodie de consuetudine non requiruntur in emancipatione solennitates iudiciales; adeo vt præsumatur fieri tacitè, cum pater permittit filium res suas sibi habere, eumque dat in matrimonium. *Schneid. hic.*

TIT.

TIT. XIII.

De tutelis.

Qui sunt sui iuris, an omnes eadem sunt conditione?

Bz. Non; verum vel sunt ea conditione, vt nec sibi, nec suis rebus; vel ea vt sibi quidem, non verò suis rebus, vel vt plane & sibi & rebus suis possint prouidere.

Quæ, secundum diuersam istam conditionem, personarum sui iuris est ratio?

Bz. Primi sunt sub tutela, vt pupilli; Secundi sub cura, vt adolescentes; Tertij neutro iure tenentur, vt viri ætatis perfectæ. *Princ. hic.*

Quid est tutela?

Bz. Est vis & potestas in capite libero (seu *in caput liberum*) ad tuendum eum (seu *tale caput liberum*) qui per ætatem se defendere nequit, iure ciuili data & permissa. §. 1. *hic.*

An igitur qui sunt sub tutela sunt sui iuris, & sub potestate?

Bz. Potestas hæc non est talis qualis dominica est & patria (quarum illa solum eam habenti, hæc etiam ei qui subest, est vtilis) sed onus potius tutoribus & curatoribus impositum, ipsis modo pupillis & minoribus vtile. *Pac. Analys. hic. Princ.*

Cur dicis in definitione, iure ciuili data vel permissa?

Bz. Per ius ciuile lex XII. Tab. strictissima significatione intelligitur, & significatur, secundum eam duplicem esse tutelam; legitimam, ea lege ordinatam; & testamentariam, eiusdem legis permissu parentibus concessam. *Pac. in Notis hic.*

An præter has duas non est tertia tutelæ species,

Bz. Imo datiua; quæ non tam prioris legis permissu, quàm posteriorum auctoritate confertur à magistratu. *de Attil. Tut. &c.*

Qui sunt tutores?

Bz. Qui eam vim ac potestatem habent; sic ab officio personam pupilli tuendi dicti. §. 2. *hic.*

Qui-

Quibus dantur tutores?

Rz. Impuberibus cuiuſcunque conditionis, etiam perſonis illuſtribus, item naturalibus liberis, & ſpurijs, & quidem vſque ad pubertatem.

Quis eſt ordo inter hæc tria tutelarum genera?

Rz. Quod prima ſit teſtamentaria, ea deficiente ſuccedat legitima, legitimæ datiua.

Quale munus eſt tutela?

Rz. Eſt munus publicum, ita vt ius eius imponendi, niſi vel lege, vel legis autoritate nominatim conceſſum, non competat alicui: ſiue iure magiſtratus, imperij, vel iuriſdictionis; licet vtilitate ſit priuatum, atque virile, non competens fœminis; §. 1. *de excuſ. tut. hic. l.* 18. *ff. hic.* niſi quod ſpeciali priuilegio matri & auiæ concedatur. *Nou.* 118. *cap.* 5.

Qui poſſunt eſſe tutores?

Rz. 1. Ij ſoli qui munerum publicorum ſunt capaces; ſiue patres ſint, ſiue filij familiarum. 2. Qui perſonæ & rebus pupilli poſſunt prouidere, nec prohibentur. *Vide Inf. tit.* 20. *hoc lib. quæſt. vlt.*

TIT. XIV.

Qui teſtamento tutores dari poſſunt.

Quali teſtamento conceditur tutores dare?

Rz. Vel perfecto; vel codicillis teſtamento confirmatis, ſiue magiſtratus authoritate. *l.* 3. *ff. de Teſtam.*

Qui poſſunt tutores teſtamento dare?

Rz. Parentes; pater quidem abſolute, §. 3. *Tit. prox.* (quia liberos habet in poteſtate, cuius poteſtatis effectus eſt tutelæ datio) mater tantum, ſi vel inſtituat liberos, vel ijs aliquid relinquat; vt & extraneus ijſdem caſibus; ita vt talis tutor à magiſtratu ſit confirmandus. §. 3. *hic.*

Quibus poſſunt teſtamento tutores dari?

Rz. Poſſunt parentes teſtamento tutores dare liberis impuberibus quos habent in poteſtate; filiabus omnimodo, tam viuis, quam poſthumis; modo in viui poteſtate naſcerentur; ſimiliter nepotibus & neptibus quidem; ſed ijs

tan

tantum qui post mortem aui non sunt recasuri in patris potestatem §.3. *Tit. præced.*

Quid si emancipato tutor detur?

R. Per se non valet datio, sed confirmatur à præside sine inquisitione in idoneitatem tutoris; modo de voluntate patris constet, & tutor non sit per errorem, quasi idoneus, datus. §.5. *prat. Tit.*

Qui possunt testamento tutores dari?

R. 1. Qui alioqui ad tutelam supra admittuntur, & quibuscum testamenti factio est. 2. Seruus, tum proprius (qui eo ipso tacite libertatem accipit) tum alienus. Sed ea conditione cum liber erit, id est, vt liber factus tutelam suscipiat. §.1. *hic.*3. Furiosus, ea conditione, si desinat furor.4. Minor, conditione, vt maior factus tutelam suscipiat. §.2. *hic.*

Quomodò vero omnino testamento tutores dari possunt?

R. 1. Non tantum absolutè & purè, sed etiam (quod peculiare in hac specie est) ex certo tempore, ad certum tempus, & sub conditione. 2. Non tantum post, verum etiam ante heredis institutionem §.3. *hic. tit.*

An certa rei, vel causæ tutor dari potest?

R. Non; quia tutela, vt indiuiduum munus, est ad vniuersum patrimonium, vtpote personam potius, quam bona pupilli spectans. §.4. Ex accidenti tamen rebus pupilli sub diuersis prouincijs sitis gubernandis alius tutor adiungitur. §.17. *Infr. tit.*25. *de Excus. tut. Text. hic.*

TIT. XV.

De legitima adgnatorum Tutela.

Quot modis defertur tutela legitima?

R. Legitima tutela (quæ est secunda) defertur, vel ex verbis legis, Tab. XII. vel ex eius mente & interpretatione, vel ex moribus. *Pac. Analys. hic.*

Quibus casibus defertur?

R. Defertur ab intestato; id est, si defunctus vel omnino non fecit testamentum; vel fecit quidem, sed in eo quo-

ad

ad tutelam nihil disposuit: vel si eo ordinatus tutor ante testatorem mortuus fuerit. *Princ. & §. 2. hic.*

Quibus defertur tutela ex verbis legis xij. *Tab.?*

R. Agnatis, & quidem gradu proximis. Qui si plures sunt eiusdem gradus, omnibus: ipsque maioribus: *Tit. 16. §. 7.* Postmodum vero, ex constitutione Iustiniani, etiam cognatis. *Nou. 118. & Princ. hic.*

Quæ est ratio deferendæ huius tutelæ.

R. 1. Proximitas sanguinis, quæ est naturalis. 2. Ius successionis, quod est ciuile: & agnatis solis primitus ex lege duodecim Tab. competebat, delatum postea ex constitutione Iustiniani etiam cognatis. *d. Nou. 118.*

Quo ordine ad tutelam vocantur agnati, & cognati?

R. Vt pro ratione proximitatis vocantur ad successionem: ita quo ordine vocantur ad successionem, eodem vocantur ad tutelam. *Nou. 118.* nisi agnata, fœmina sit, & hæc non sit aut mater, aut auia. *Sec. iam dicta.*

TIT. XVI.

De capitis Deminutione.

Agnatio & cognatio quomodo distinguuntur?

R. Cognationis vox duobus modis accipitur; vel generaliter, & complectitur agnationem & cognationem strictè acceptam; vel strictè significat coniunctos per fœminas: agnati vero dicuntur coniūcti per mares. *§. 1. Tit. 15.*

Ex quo iure est distinctio inter agnationem & cognationem?

R. Ex iure ciuili, ad conseruandas familias olim introducta, & hodie in successionibus feudorum inter nobiles obseruata; vt, cum cognatio sit naturalis, siue in genere accepta, siue in specie considerata, agnatio quatenus à cognatione distinguitur, sit iuris ciuilis. *3 tit. prox. §. vlt.*

Quid sequitur ex hac distinctione?

R. Vt iura agnationis, ita ipsam agnationem plerumque (puta excepta Iustinianea emancipatione) omni capitis deminutione tolli: ipsam vero cognationem nulla tolli capitis deminutione; licet iura cognationis tollat maxima

& media capitis deminutio, & sola quidem. §. 3. *Tit.* 15.

Quid est capitis deminutio?

R. Prioris status mutatio. *Text. princ.*

Quotuplex est?

R. Pro triplici statu, libertatis, ciuitatis, familiæ, triplex est, maxima, media vel minor, minima. *ibidem.*

Quomodo definuntur singula species?

R. Maxima capitis deminutio est, qua libertas, ciuitas, & familia simul amittuntur; vt cum quis fit seruus. Media, qua amissa ciuitate & familia, sola libertas retinetur, vt per deportationem. Minima, qua retenta libertate & ciuitate, sola familia amittitur; vt per arrogationem, & emancipationem. §. 1. 2. 3. *hic.*

Quid hic iuris in manumissione, sola dignitatis amissione, & infamia?

R. Manumissus seruus, quia caput ante non habuit, sed id manumissione modo consequitur; Senatu moti; vt & ad opus publicum damnati; fustibus cæsi; relegati (quia quæ ad statum pertinent seruant) quamuis infamia notentur, capite minui non dicuntur. §. 4. 5. *hic.*

TIT. XVII.

De legitima patronorum Tutela.

Qva est legitima tutela ex mente legis 12. Tab introducta?

R. Patronorum tutela in libertos & manumissos impuberes. *Text. hic.*

Quomodo hic mens legis elicitur:

R. Quia lex patronos ad libertorum successionem expresse vocat, censetur eos tacite, ex identitate rationis in agnatis supra obseruata, ad tutelam vocasse. *Text. Pr.* Ideoque recte legitima dicta est. *arg. l. 6. §. 1. ff. de verborū significat.*

An hac ratio non fallit.

R. Fallit in patrona; quæ heres quidem liberti, sed non tutrix est; quia tutela virile munus est. *Text hic. in fine.*

TIT.

TIT. XVIII.

De legitima Parentum Tutela.

QVa tutela legitima moribus introducta est?

R. Duplex; vna parentum in liberos impuberes emancipatos, altera fratrum in fratres tales post patris mortem. *Text. hic.*

Qua est legitima parentum tutela, & qua ratione introducta?

R. Legitima parentum tutela est, quæ defertur patri in liberos impuberes emancipatos; olim ea ratione introducta, quod iure Romano, pater liberis suis emancipatis ficbat patronus, in illos idem ius acquirens, quod patroni acquirebant in libertos suos; successionis iure cessante secundum agnationem (vnde etiam vice legitima hæc tutela dicta est.) Postmodum vero, iure agnationis & cognationis ex constitutionibus (vt dictum) confuso, etiam ex ratione ipsius successionis, tanquam post emancipationem manentis, cœpit esse hæc tutela. *l. 3. ff. de legit. Tut. Text. hic.*

TIT. XIX.

De Fiduciaria Tutela.

QVa est fratrum in fratres impuberes emancipatos tutela, & quomodo defertur?

R. Fratrum tutela defertur in fratres vel sorores, eorum earumque liberos, impuberes, emancipatos; atque defertur fratri, siue vni, siue pluribus adultis, patre ante liberorum emancipationem defuncto. *Text. hic.*

Cur Fiduciaria dicitur?

R. Dicitur hæc tutela specialiter fiduciaria, à fiducia diligentiæ & fidei fraternæ, cum alias etiam à contracta fiducia, seu ritu quo fiebat ipsa emancipatio, ipsa parentum tutela fiduciaria dicatur. *Vlpian. in Frag. tit. 11.*

TIT. XX.

De Attiliano tutore, & eo, qui ex lege Iulia & Titia dabatur.

Quæ tutela defertur à lege per officium magistratus?

R. Tutela quæ à lege per officium magistratus defertur, & tertiam speciem constituit, datiua appellatur.

A quo magistratu defertur Tutela?

R. Olim deferebatur à magistratu, cui de ea datio lege competebat; hodie iure magistratus, vt ex consuetudine omnes municipales Magistratus & ciuitatum iudices dent Tutores. *Bart. in l.1. hic. Schneid. §.5. hic.*

An olim id ius eidem magistratui semper datum apud Romanos?

R. Non; Sed primo hoc ius ex lege Attilia datum in vrbe Prętori vrbano, & maiori parti Tribunorum plebis; ex lege Iulia & Titia, in Prouincijs Præsidibus. *Pr. hic.* Secundò ex constitutionibus ante Iustinianum, Consulibus & Prætoribus absq; Tribunis; sed vt tutelam deferrent ex inquisitione. §.3. *hic.* Tertiò tempore Iustiniani Romæ Præfecto vrbis, vel Prætori secundum suam iurisdictionem; in Prouincijs Præsidibus, & eorum iussu, (si exiguæ essent pupilli facultates) etiam Magistratibus. §.4. *hic.* Quartò, ex constitutione ipsius Iustiniani, si quidem pupilli facultates essent vsque ad quingentos solidos, data illa potestas fuit defensoribus ciuitatum, vna cum Episcopo, vel alijs magistratibus, etiam Iuridico Alexandrino. §.5. *hic.*

Quomodo dabantur tutores?

R. Ex legibus quidem ita, vt tutores, neque ad rem pupilli saluam fore cauendum, neque ad tutelæ administrationem sub tali cautione suscipiendam, compellerentur; quæ causa etiam fuit eum modum abrogandi. §.3. *hic.* Postmodum, (maxime ex Iustiniani constitutione,) non, nisi sub ista cautione præstita tutela suscipiatur; quod hodieque obtinet. §.4. *hic.*

Quibus dabantur & dantur hodie tutores à magistratu?

R. Iis, quibus vel plane non esset ex cognatione legitimus,

tinus, vel ex teſtamento purè datus tutor, ſed datus quidem teſtamento, verum ſub conditione, vel die certo. Itē quibus tutor purè datus, vel ob non aditam hereditatem, vel ab hoſtibus captus deficiebat. *Princ. & §. 1. hic.*

Quomodo iſtis caſibus dabatur tutor?

R. Duobus primis caſibus dabatur purè, reliquis vero tamdiu, donec cōditio exiſteret, dies veniret, hereditas adiretur, vel tutor captus rediret. §. 1. *eod.*

Quando olim dabantur, danturq; hodie tutores à magiſtratu?

R. Tutores dabat, datque hodie magiſtratus, vel requiſitus, vel ſua ſponte & ex officio. *Vveſ. par. huius tit.*

Qui petunt tutores?

R. Petunt tutores ex neceſſitate quidem mater liberis ſuis, liberti liberis ſui patroni, item omnes qui ad ſucceſſionem pupilli, ab inteſtato, vel ſubſtitutione pupillari vocātur, idque ob negligentiæ periculum. Arbitrariè verò & citra tale periculum, cognati, affines, familiares, imò quilibet ex affectione. Et ita quidem (niſi alius agnatus eſſet petiturus) vt ſumptus repetant. *Vveſ. part. ff. qui pet. tut.*

A quibus magiſtratibus petuntur tutores?

R. Petendi ſunt tutores à magiſtratu in patria pupilli, ex qua per patrem ducit originem, vel vbi habet patrimonium, vel maiorem eius partem. *L. vnica. C. vbi petatur Tutor. Vveſ. eod.*

Quales dat tutores magiſtratus?

R. Dat magiſtratus tutores. 1. Primo in ſuo territorio, in quo ſi non inuenit idoneum, è vicinis eligit, nomine ad præſidem tranſmiſſo. 2. Etiam inuitos, matre & auia (& ijs qui excuſantur legibus) exceptis; tales tamen qui non prohibentur tutores eſſe.

Qui prohibentur tutores eſſe?

R. Alij natura, ſiue propter ætatem, ſiue qui propter animi corporisve vitium, nec perſonam pupilli defendere, nec authoritatem ei præſtare poſſunt; vt furioſi, mente capti, prodigi, muti, ſurdi: alij lege, qui ipſi iuris ciuilis non habent communionem; vt ſerui, peregrini: vel non ſunt in territorio tutelam dantis. Vel etiam, ob ſuſpicionem, creditores, vel debitores Pupilli, *Nou. 72. c. 2.* Modo debitum

non ſit exiguum; (niſi tales ſint qui ſuſpicione vacent, ex præſumpta affectione in pupillũ, vt pater, auus, mater, auia. *Nou. 49*) Item & prohibentur perſonæ turpes. *l. 17. §. 1. ff. de Teſt. Tut.*

TIT. XXI.

De authoritate Tutorum.

Quibus conſtat officium Tutoris?

Bz. Officium Tutorum primo pupilli perſonam, deinde (& minus principaliter) eius bona concernit, ac conſiſtit in adminiſtratione negotiorum pupillarium, vel authoritate ipſi negotianti pupillo præſtanda. *Vlp. in Frag. tit. de Tut. §. 24.*

Quibus conſtat adminiſtratio?

Bz. Adminiſtratio, (quatenus perſonam pupilli concernit) conſtat 1. Eius educatione, id eſt, habitatione; decernenda apud matrem, niſi vitricum ſuperinduxerit. 2. Cura alimenti ſecundum pupillaris patrimonij modum. 3. Inſtitutione in artibus & moribus, *Tit. D. & C. vbi pupillus educari debeat. l. 2. C. de alim. pup. præſt. lib. 12. ff. de adminiſtrat.* Quatenus vero res pupilli concernit; in earundem 1. Conſeruatione, ne vel peſſum eant, vel minuantur. 2. Auctione, pecunias pupillares in fœnus, vel prædiorum emtionem collocando. 3. Iuſta erogatione, itemque rerum quæ ſeruando ſeruari non poſſunt alienatione; idque in vtilitatem pupilli. *tit. D. & C. de adminiſt. Tutor. Obrecht. diſp. de patrim. pupilli th. 451.*

In quibus vertitur authoritas Tutoris?

Bz. In perſona pupilli integranda in ijs negotijs, quæ ipſe pupillus, non tutor gerit. Nec enim Tutor poteſt in rem ſuã principaliter autor fieri *l. 1. & l. 7. De auth. & conſtitut. Tutor.*

Quid ergo hic ſignificat authoritas?

Bz. Non exiſtimationem, aut dignitatem authoris, ſed conſilium & interuentum, pupilli præſentem actum confirmantem. *Puc. Analyſ. hic.*

An in omnibus negotijs pupillo praciſe eſt neceſſaria?

Bz. Om-

R. Omnino in iudicio, in quo ſine tutore verſari non poteſt, niſi contra ipſum tutorem ei lis ſit. Quo caſu ei curator datur. §. *vlt. hic.* Extra iudicium in cauſis periculum habentibus dandi, ſiue verè, vt ſunt ex quibus obligationes mutuæ naſcuntur, vel quibus ipſe pupillus ſolus obligatur, vel quibus alios liberat, puta ſolutione. Si putatiuè, vt in adeunda hæreditate, vel fideicommiſſo ſuſcipiendo. §. 1. *hic.*

Ad quid neceſſaria eſt pupillo tutoris authoritas?

R. Vt obligetur ipſe, vel alios liberet; non vt ipſe liberetur, vel alios ſibi obliget. Quod conditionem ſuam meliorem ſine tutoris authoritate, non deteriorem facere poſſit. §. *eod.*

An nullis caſibus obligatur ſine tutore author?

R. Tribus. 1. Si pubertati proximus dolum commiſit. 2. Vel locupletior factus eſt. *l.* 1. § *an in pupillum. ff. depoſ.* 3. Si obligatio ex re venit, ſine conſenſu. Puta ſi ſocius pupilli in rem communem impendit. *l.* 46. *ff. de O. & A.* Vnde fit vt contractum non impleris alium conuenire non poſſit. *Pac. eod.*

Quomodo interponi debet authoritas tutoris?

R. A tutore præſente, & ſciente quid agatur, in ipſo negotio, non ante, aut poſt tempus, non per epiſtolam, aut nuncium. Quod ſic interpoſita nihil ageret. §. 2. *hic.*

Quando authoritatem tutor interponit?

R. Si negotium prodeſſe pupillo exiſtimauerit; Opinione ſi erret, (quamuis reuera proſit,) vt interponat, cogi non poteſt. *Obrecht. eod. th.* 511.

TIT. XXII.

Quibus Modis Tutela finiatur.

Quibus modis tutela finitur?

R. Modi finiendæ tutelæ ſunt vel ſpeciales tutelæ, in omni quidem tutela pubertas, quæ in maribus eſt 14. in fœminis 12. anno; In teſtamentaria verò ad certam conditionem vel diem data, conditionis exiſtentia vel

diei aduentus: Vel communes tutelæ & curæ. 1. In pupillo & minore minima capitis deminutio. 2. In tutore vel curatore ſola excuſatio, & crimen ſuſpecti. Quarum illa efficit ne munere iſto grauetur; hoc vt minus honeſte eo deponatur; de quibus infra ſingulatim. 3. In vtriſque cum tutore & curatore, tum pupillo & minore, mors naturalis vel ciuilis; id eſt, maxima, vel media capitis deminutio. *Tex. tot. tit. hic.*

TIT. XXIII.

De Curatoribus.

Cvra quid?

R. Cura eſt poteſtas in capite libero ad gerēda negotia eius, qui per ætatem vel animi, aut corporis vitium ea ipſe gerere non poteſt. *Perez. hic.*

Quibus dantur Curatores?

R. 1. Puberibus, viginti quinque annis minoribus. 2. Maioribus ijſdem annis, ſiue animi vitio (vt furioſis, mente captis, prodigis) ſiue corporis morbo tali laborantibus, vt rebus ſuis adminiſtrandis non ſufficiant, vt mutis, ſurdis, & perpetuo morbo impeditis. 3. Interdum impuberibus, non idoneum tutorem, licet fidelem, vel ad tempus excuſatum habentibus. *Princ. §. 3. 4. 5. hic.*

A quo, & quando dantur curatores?

R. Minoribus quidem, & impuberibus dantur ab ijſdem magiſtratibus, à quibus & tutores dantur, & quidem petēte, poſt pubertatem, ipſo minore (cui inuito non datur, niſi ad litem. §. 2. *hic.*) vel cognatis ipſius minoris; vt & maioris ad gerenda ſua negotia ineptis curatores patentibus. 1. Licet furioſis, & reliquis, ex lege duodecim Tab. agnati ſunt curatores. 2. Teſtamento curator quidem non datur, datus tamen à magiſtratibus confirmari poteſt. §. 1. 2. 3. *hic.*

Quamdiu dantur curatores?

R. Minoribus quidem vſque ad annum vigeſimū quintum, niſi veniam ætatis à principe impetrent; Reliquis vel perpetui ſunt curatores, quibus nulla eſt ſanitatis ſpes: vel

donec

donec conualeſcant; vt prodigis, furioſis. *Princ. hinc. & l. 6. C. de curat. fur.*

Qui dantur curatores?

R. Vel ijdem qui tutelã impuberum geſſere, (quod moribus confuſa tutela & cura hodie ferè obtinet) vel alij.

Quomodo dantur curatores.

R. Vel ad omnia minorum bona adminiſtranda, vel ad aliquam eorum partem; cum & ad certam cauſam dentur. §. 2. *hic.*

Qua ergo differentia eſt inter tutorem & curatorem?

R. Differunt tutor & curator. 1. Quod tutor datur teſtamento, non curator. 2. Tutor impuberibus, curator puberibus. 3. Tutor inuitis; curator volentibus, niſi ad litem. §. 2. 4. Tutor principaliter perſonæ, curator rebus. 5. Tutor pupillo præſtat authoritatem; curator conſenſum potius, ſeu auxilium minori præſtare dicitur. *Tex. hic. per totum.*

Quid in ſpecie differt authoritas tutoris, à conſenſu curatoris?

R. Quod authoritas pupillum, ſine tutore ad contractũ perſonam legitimam non habentem legitimat; conſenſus curatoris contractum minoris, conſtantem quidem, iure tamen propter fragile eius conſilium inualidum, efficiat validum. *Obrecht. eod.*

An & quibus caſibus ſub tutore actor datur vel adiutor?

R. Actor ad litem, vel adiutor ad negotia extra iudiciũ conſtituitur, & quidem vel à magiſtratu, vel, eius permiſſu, à tutore. §. *vlt. hic.* vt & curatore. *L. vlt. de neg. geſt.* & quidem ipſorum periculo: 1. Si impediantur quo minus ipſi negotia gerant. 2. Si tutor non excuſetur. 3. Si pupillus, vel abſens ſit, vel infans. §. *eod.*

TIT. XXIV.

De Satisdatione Tutorum vel Curatorum.

AN ad tutelæ & curæ adminiſtrationem ſufficit ritè eſſe conſtitutam?

R. Ne-

R. Necessarium est vt etiam ritè suscipiatur: *Treut. hic. thes. 5.*

Quomodo ritè suscipitur vtraq; tutela, & cura?

R. Ad vtramque ritè suscipiendam requiritur. 1. Authoritas, & decretum magistratus, in datiua præcisè, vt tutor & curator sit; vtpote cuius potestas omnis à magistratu est. 2. In testamento illegitimè constituta tutela vel cura, vt sit legitima, id est; vt confirmetur: vtpote citra quam confirmationem idem est, ac si constituta non esset.

Quæ requiruntur vt ex decreto Magistratus rectè suscipiatur?

R. Ex decreto magistratus tria ad hanc rem requiruntur. 1. Satisdatio. 2. Iuramentum. 3. Inuentarij confectio. *Treut. eod.*

Qui tutores & curatores satisdare tenentur?

R. Primo legitimi. 2. Ab extraneo, vel à magistratu minore sine inquisitione dati; non vero dati, vel confirmati ex inquisitione à maiore magistratu (nisi furiosis dati sint. *L. vlt. §. & siquidem Cod. de Curatoribus furiosorum*) non testamentarij, sine inquisitione dati; nisi vel deceptus sit pater, vel post eius mortem emergat ignota tutoris, ipso viuente, improbitas. *§. 1. hic.*

Quomodo satisdant tutores & curatores?

R. Vel ipsi, vel ipsorum nomine fideiussores; ita vt vtrique obligentur, pignoribus, vel pecunia in vicem satisdationis deposita. *Obrecht. eod. th. 362. Diff. Treut. th. 5. lit b. eod.* Cautione iuratoria hic non satisdatur idoneè. *Obrecht. ibid.*

Qui omnino hic habentur pro fideiussoribus?

R. Non modo per stipulationem constituti; sed etiam qui nomen inodo passi sunt actis inscribi; vel tutores esse idoneos affirmauerint, vel aliquem in tutorem nominauerint. *Tot. tit. ff. de fideiussoribus, & nominatoribus tutorum & curatorum.*

Quid satisdant?

R. Satisdant personam, resque pupilli saluas fore. *l. 4. §. 1. Rem pup. saluam fore.*

An etiam satisdant qui non tenentur; & quo effectu?

R. Ex pluribus tutoribus & curatoribus potest vnus constituo-

tutori & concuratori offerre ſatisdationem, vtrum ſatis accipere, an dare malit: vt qui ſolus ſatisdat, ſolus adminiſtret. §. 1. *hic*.

Quis ergo ex pluribus tutoribus adminiſtrat tutelam?

R. Ex pluribus tutoribus vel curatoribus adminiſtrat, vel ſatisdationem offerens; vel quem teſtator, aut maior pars tutorum aut curatorum; aut iſtis diſſentientibus, Prætor elegerit; vel diuiſim omnes. §. 1.

Quod eſt fundamentum præſtandæ ſatisdationis à tutoribus & curatoribus?

R. 1. Quod ex ſua adminiſtratione finita tutela, & cura, obnoxij ſunt reddendarum, & ob ſpecies amiſſas repetendarum rationum: quamuis à patre remiſſarum, idque cum geſtorum, tum omiſſorum. 2. De rationibus diſtrahendis, ſi quid de rebus pupillaribus ablatum ſit, vt duplum reſtituatur. *tit. ff. Quomodo ex facto Tutoris & tit. de tut. & rat. diſtrah.*

Quæ veniunt in rationes à tutoribus & curatoribus reddendas?

R. Non tantum pecuniæ pupillaris ipſa erogatio; verum etiam intereſſe, ſi in vſuras eam tutor non dederit; & vſuræ, ſi in proprios vſus eam conuertit. Item regulariter culpa lata & leuis, non leuiſſima; ſi contra ipſos tutores agatur; ſi contra eorum heredes, ne leuis quidem præſtanda. §. *vlt. l. 1. pr. & §. 3. d. tit. de rat. diſt.*

Quis eſt effectus ſatisdationis?

R. Quod non tantum tutores ipſi, ſed ſimiliter eorum fideiuſſores teneantur. 2. Poſt vtroſque fruſtra excuſſos, fruſtraque, vt quibuſdam placet, inſtitutam hypothecariam, in ſubſidium magiſtratus is teneatur qui ſatisdationem accipere debet; ſi vel omnino non accepit, vel non idoneos; ſiue dolo, ſiue culpa. §. 2. *hic.*

Quale iuramentum præſtant tutores & curatores, & quare?

R. Iuramenti præſtandi eadem eſt ratio, quæ reddendarum rationum. *Iuxta Nou. 72. cap. vlt. &c.* non modo de tutela & cura ſine mora ſuſcipienda, ſed & de vtraque ex vtilitate pupilli & adoleſcentis adminiſtranda, *L. vlt. §. penult. Cod. de adminiſtratione tutorum.*

Qui tutores & curatores conficiunt inuentarium?

R. Cu-

R. Cuiuſcunque generis; quia caput eſt reddendarum rationum; nec omittunt, niſi cum doli ſuſpicione, citra iuſtas cauſas.

Qua ſunt iuſta cauſa?

R. Si 1. Iudex ob cauſam confectionem inuentarij remiſerit. 2. Vel teſtator prohibuerit. 3. Nec contra prohibitionem eam magiſtratus imperauerit. *Obrech. th.* 402. *Treut. th.* 5. *eod.*

Quid hic eſt inuentarium?

R. Codex in quem omnia bona, & inſtrumenta pupilli referuntur.

Quomodo ritè fiet?

R. Si fit ſtatim poſt tutelæ ordinationem, & ante cœptam adminiſtrationem; niſi vel iuſta cauſa, vel tutoris id impediat valetudo. *L. tutores. Cod. de adminiſtratione tutorum.* 2. Si in præſentia perſonarum publicarum fit. 3. Si omnia corpora, & iura pro ſingulorum ratione, quatenus in bonis pupilli reperiuntur, deſcripta & deſignata continet. *L. tutor. C. de adminiſt. tut.*

TIT. XXV.

De excuſationibus Tutorum & Curatorum.

AN tutela & cura onus ita inuitis imponitur, vt non admittatur excuſatio?

R. Non admiſſa quidem olim ex lege XII. Tab. Sed hodie admittitur omnino immunitatis ex iuſta cauſa allegatio; nec deſinunt propterea hæc munera eſſe publica. *Princ. hic. & tit. ff. eod.*

Qui tutores & curatores poſſunt ſe excuſare?

R. Omnis generis, etiam legitimi. §. *qui autem, hic. L. pr. Cod. de legitimis Tutoribus. Nou.* 108. §. *finali.*

Cauſæ excuſationum quot ſunt generum?

R. Duorum; vel enim liberant à ſuſcepta, tum cura tantum, tum tutela & cura; vel à ſuſcipienda, etiam alterutra tantum, & quidem vel ad tempus, vel in perpetuum; vel in totum, vel pro parte.

Qua

Quæ causa liberant à tutela suscepta?

R. A tutela iam susceptа regulariter non fit liberatio, *l.* 17. §. *sane notum est ff. eod.* Quia excusatio re integra proponi debet. Tamen ab ea liberat, 1. Morbus siue animi siue corporis, per quem tutor negotijs proprijs præesse nequit; superueniens, & quidem toto quo durat tempore, *l.* 4. *ff. eod.* Ita vt, si temporalis est, curator; si perpetuus, alius tutor substituatur. 2. Vacatio in publica negotia; siue Reip. causa trans mare tutor abesse cœperit, siue in consilium principis assumatur, vel dignitate senatoria ornetur; sed quatenus durat vacatio. §. 2. *hic. l.* 30. *&* 15. *ff. eod.* 3. Domicilij, rescripto principis, depositа tutela, facta translatio talis, per quam rebus pupillaribus præesse tutor nequit. *l.* 10. §. 1. *ff. eod.*

Quæ liberant à tutela & cura suscipienda?

R. A tutela & cura suscipienda liberat. 1. Ex parte; situs bonorum pupillarium in alia prouincia, quoad illa bona. *L.* 2. *&* 11. *de excusat. Tutor.* 2. In totum; munera quædam tum publica vtilitate, tum priuata, tum aliæ causæ legibus probatæ.

Ob quæ munera publica excusatio locum habet?

R. Ob publica quidem hæc. 1. Ob absentiam Reip. causa; & hæc quidem cum absentem ipsum, tum totum eius comitatum excusat, ea quidem durante. 2. Item administrationem rerum principis & fisci, quamdiu & ipsa durat. §. 1. *hic.* 3. Ob professionem artium & scientiarum, vt medicinæ, Philosophiæ, Rethoricæ, Grammaticæ, (modo elementa non doceantur, *l.* 5. §. *vlt. ff. de vacat muner.*) actualem in patria originis, vel Romæ. §. *Item Romæ.* Siquidem professentes sunt intra munerum. *d.* §. *hic. l.* § *Grammatici ff. eod. l.* 5. *C. de profess.* Adde iurisprudentiam; sed Romę tantum, & Constantinopoli professam. *d. l. siduas* §. *legum.*

Ob quæ priuata munera habet locum excusatio?

R. Priuata quæ excusant munera, sunt administratio trium tutelarum & curarum; non ex numero pupillorum, sed ex patrimonij diuersitate, & rationum reddendarum difficultate computãdarum; vt vna onerosa pro tribus, tres leues pro vna habeantur; modo non sit affectata, & quidem

R. Cuiuſcunque generis; quia caput eſt reddendarum rationum; nec omittunt, niſi cum doli ſuſpicione, citra iuſtas cauſas.

Quæ ſunt iuſtæ cauſæ?

R. Si 1. Iudex ob cauſam confectionem inuentarij remiſerit. 2. Vel teſtator prohibuerit. 3. Nec contra prohibitionem eam magiſtratus imperauerit. *Obrech. th.* 402. *Treut. th.* 5. *eod.*

Quid hic eſt inuentarium?

R. Codex in quem omnia bona, & inſtrumenta pupilli referuntur.

Quomodo ritè fiet?

R. Si fit ſtatim poſt tutelæ ordinationem, & ante cœptam adminiſtrationem; niſi vel iuſta cauſa, vel tutoris id impediat valetudo. *L. tutores. Cod. de adminiſtratione tutorum.* 2. Si in præſentia perſonarum publicarum fit. 3. Si omnia corpora, & iura pro ſingulorum ratione, quatenus in bonis pupilli reperiuntur, deſcripta & deſignata continet. *L. tutor. C. de adminiſt. tut.*

TIT. XXV.

De excuſationibus Tutorum & Curatorum.

AN tutela & cura onus ita inuitis imponitur, vt non admittatur excuſatio?

R. Non admiſſa quidem olim ex lege XII. Tab. Sed hodie admittitur omnino immunitatis ex iuſta cauſa allegatio; nec deſinunt propterea hæc munera eſſe publica. *Princ. hic. & tit. ff. eod.*

Qui tutores & curatores poſſunt ſe excuſare?

R. Omnis generis, etiam legitimi. §. *qui autem, hic. L. pr. Cod. de legitimis Tutoribus. Nou.* 108. §. *finali.*

Cauſæ excuſationum quot ſunt generum?

R. Duorum; vel enim liberant à ſuſcepta, tum cura tantum, tum tutela & cura; vel à ſuſcipienda, etiam alterutra tantum, & quidem vel ad tempus, vel in perpetuum; vel in totum, vel pro parte.

Quæ

Quæ causa liberant à tutela susceptæ?

R. A tutela iam susceptæ regulariter non fit liberatio, *l.* 17. §. *sane notum est ff. eod.* Quia excusatio re integra proponi debet. Tamen ab ea liberat, 1. Morbus siue animi siue corporis, per quem tutor negotijs proprijs præesse nequit; superueniens, & quidem toto quo durat tempore, *l.* 4. *ff. eod.* Ita vt, si temporalis est, curator; si perpetuus, alius tutor substituatur. 2. Vacatio in publica negotia; siue Reip. causa trans mare tutor abesse cœperit, siue in consilium principis assumatur, vel dignitate senatoria ornetur; sed quatenus durat vacatio. §. 2. *hic. l.* 30. *&* 15. *ff. eod.* 3. Domicilij, rescripto principis, depositæ tutelæ, facta translatio talis, per quam rebus pupillaribus præesse tutor nequit. *l.* 10. §. 1. *ff. eod.*

Quæ liberant à tutela & cura suscipienda?

R. A tutela & cura suscipienda liberat. 1. Ex parte; situs bonorum pupillarium in alia prouincia, quoad illa bona. *L.* 2. *&* 11. *de excusat. Tutor.* 2. In totum; munera quædam tum publica vtilitate, tum priuata, tum aliæ causæ legibus probatæ.

Ob quæ munera publica excusatio locum habet?

R. Ob publica quidem hæc. 1. Ob absentiam Reip. causa; & hæc quidem cum absentem ipsum, tum totum eius comitatum excusat, ea quidem durante. 2. Item administrationem rerum principis & fisci, quamdiu & ipsa durat. §. 1. *hic.* 3. Ob professionem artium & scientiarum, vt medicinæ, Philosophiæ, Rethoricæ, Grammaticæ, (modo elementa non doceantur, *l.* 5. §. *vlt. ff. de vacat muner.*) actualem in patria originis, vel Romæ. §. *Item Romæ.* Siquidem profitentes sunt intra munerum. *d.* §. *hic. l.* § *Grammatici ff. eod. l.* 5. *C. de profess.* Adde iurisprudentiam; sed Romę tantum, & Constantinopoli professam. *d. l. siduas* §. *legum.*

Ob quæ priuata munera habet locum excusatio?

R. Priuata quæ excusant munera, sunt administratio trium tutelarum & curarum; non ex numero pupillorum, sed ex patrimonij diuersitate, & rationum reddendarum difficultate computãdarum; vt vna onerosa pro tribus, tres leues pro vna habeantur; modo non sit affectata, & quidem

dem quãdiu durat administratio. §. 5. *hic. Obrecht. th.* 644. *eod.*

Quæ sunt aliæ causæ legibus probatæ?

R. 1. Inimicitiæ capitales inter tutorem & patrem pupilli, siue ante testamentum eius ortæ, propter quas dolosè in tutorem sit datus; siue post; propter quas non ex fide tutelam gesturus videatur, modo reconciliatio non intercesserit. §. 11. *hic.* 2. Controuersia status à patre pupilli tutori mota. §. 11. Aut quę inter ipsum & pupillum est de hereditate & bonis omnibus. §. 4, 3. Numerus liberorum, sed naturalium & superstitum; naturalium & legitimorum tantum, quamuis emancipatorum, & in adoptionem datorum; non defunctorum (nisi nepotes extent ex filijs, non ex filia, vel in acie occisi sint, qui plures vnum patrem defunctum repræsentent) non adoptiuorum, aut nondum natorum; Pura Romæ trium, in Italia quatuor; in prouincijs quinque. *Princ. hic.* 4. Ætas septuagenaria maior, seu completa, & viginti quinque annis minor; quæ potius à tutela arcet. §. 12. 5. Cognatio, siquidem occasione tutelæ aduersus sororem, vel sororis filios actionum necessitates tutor cogatur suscipere. *L. humanitatis. Cod. hic.* 6. Paupertas talis quæ oneri huic imparem faciat. 7. Talis negotiorum imperitia, eique accedens litterarum ignorantia. 8. Aduersa valetudo, propter quam ne suis quidẽ negotijs superesse possit. §. 6, 7, 8.

Quæ excusant specialim à cura?

R. 1. Tutela eiusdem minoris gesta, quamuis idem curator testamento sit datus. §. 18. 2. Coniugium; quod à curatione vxoris non tam excusat proprie maritum, quam arcet. §. 9. *hic.* Licet sponsus sponsæ curator dari possit. *L. 1. in fine. ff. hoc titulo.*

Vbi debent excusationes proponi?

R. Apud iudicem competentem, id est, loci ordinarium, qui munus iniunxit; aliter quam in alijs muneribus, in quibus superior adeundus. *l. 13. pr. ff. & l. 18. C. hic.*

Quæ huius diuersitatis ratio?

R. Quod tutor, licet possit; appellare tamen non cogatur; nisi post reiectas excusationes. §. 16.

Quando debent proponi excusationes?

R. Infra quinquaginta dies, siue vnam, siue plures excusa-

cusationes tutor habeat, quibus interim per interualla, licet aliquibus reiectis, vti potest: quos dies intra centesimum lapidem à loco in quo tutor datus habitans minime; si vltra, omninò quidem, sed non nisi in singulos dies numeratis viginti miliaribus, excedere potest. §. 16. *hic.*

Quando cedunt hi dies.

R. Ex quo nouit se tutorem datum. §. 16.

Intra quæ tempora probari debent excusationes?

R. Probari debent, & totum negotium excusationis peragi intra menses quatuor. *L.* 38. *ff. hic.*

Quo periculo proponuntur?

R. Periculo tutorum ipsorum, quo non nisi ex veris allegationibus, iisque receptis liberantur; minime vero si vel reiciantur, vel ex falsis allegationibus recipiantur: sed eidem periculo ab eo tempore, quo administrationem suscipere debuere, implicantur. §. *vlt.*

TIT. XXVI.

De suspectis tutoribus & curatoribus.

Quomodo deponitur tutela & cura inhoneste?

R. Per remotionem ob crimen suspecti; ex lege 12. Tab. ex qua & ipsa tutela est, descendens. *Text. prine.*

Quis de eo cognoscit?

R. Romæ Prætor, in prouinciis Præsides, & Legatus proconsulis. §. 1. *hic.* Hodie omnes quibus dandi tutores ius est. *Schneid. hic.*

Quis est suspectus tutor vel curator?

R. Qui vel tutelam iam susceptam, aut curam non gerit ex fide. §. 5. *hic.* Vel moribus talis est, vt, ne ex fide suscipiendam gerat, metus sit. §. *vlt. hic. &* §. 5.

Qui possunt suspecti postulare?

R. Suspecti accusatio, fauore pupilli, quasi publica est, & omnibus, modo puberes sint, patet; etiam mulieribus, modo affectu pietatis eam instituant; siue id necessitudine faciant, siue extraneæ sint; minoribus non patet tamen, nisi necessariorum consilio. §. 3. 4.

Qui

Qui possunt postulari suspecti, & quatenus?

R. Cumiscunque generis tutores; testamentarij, legitimi, etiam patronus; modo famæ eius parcatur, nec doli fiat mentio. §. 2. *hic.*

An ad remotionem suspecti accusatio semper necessaria est?

R. Potest & Prætor sine accusatione, si liquet crimen, suspectum tutorem ab officio remouere. *L.* 3. §. 4 *ff. hoc titulo.*

Quis est effectus accusationis?

R. Vt postulato suspecti, quòad cognitio finiatur, administratio, alio interim in locum eius ad gerenda negotia ordinato, interdicatur; & crimine probato, vel remoueatur modò, vel etiam grauius puniatur. §. 7. *hic.*

Quis est effectus remotionis?

R. Si ob dolum fit, infamiam parit; non si ob culpam; vel si non expressa sit remotionis causa, nisi doli nomine accusatio sit instituta. §. 6.

An remotio per oblatam satisdationem declinari non potest?

R. Maximè; quia ipsa maleuolum tutoris propositum non mutat. §. *vlt.*

Quando tutor, aut curator remotione grauius puniuntur?

R. Si latitat ne pupillis alimenta discernantur, patitur tutor, præter remotionem, etiam pupilli in bona sua immissionem, & eorum quæ ex his seruari non possunt distractionem. §. 9 *hic.* Negans per mendacium decerni alimenta posse, item fraudulenter tutelam filiorum aut nepotum patroni gerens, item data pecunia tutelam redimens, ad iudicem maleficiorum, extra ordinem puniendi mittuntur. §. 10. *& seq. hic.*

Quando extinguitur suspecti cognitio?

R. Tutela, vel cura, siue morte tutoris, vel curatoris, siue alia ratione finita, & quidem licet iam suscepta sit cognitio. §. 8. *hic. & l.* 11. *ff. eod.*

LIBER SECVNDVS.

TIT. I.

De rerum diuiſione, & acquirendo earum Dominio.

Quod eſt alterum iuris obiectum?

Bz. Res. §. 2. *tit.* 2.

Rerum nomine quid continetur?

Bz. Vt Philoſophis Rei appellatio eſt terminus tranſcendens; ſic Iuriſconſultis adeò eſt generalis, vt cætera omnia contineat, quæ non ſunt perſonæ, puta, non tantum ipſas res, ſiue corporales, ſiue incorporales, contractus ſcil. obligationes, delicta, imò ipſos homines, puta ſeruos; ſed etiam earundem cauſas, fructus, & acceſſiones. *L. 5. & 6. De verb. ſignific.* Aliquando tamen ſpeciatim continet res, commercium recipiētes: Strictiſſime reſtringitur ad res corporales. *leg. 5. 7. 23. De verbor ſignific. Infr. l. 1. num. 43. de verb ſign. Vveſ. par. hic.*

Quatenus conſiderant res Iuriſc.

Bz. Non ſecundum ipſarum naturam & qualitatem per ſe, ſed quatenus in iudicium cadunt.

Quatenus cadunt in iudicium?

Bz. Vel ratione dominij, vnde petitorium, vel ratione poſſeſſionis, vnde poſſeſſorium; vel ratione obligationis, vnde perſonale iudicium.

Quomodo abſoluit Imperator tractationem iuris rerum?

Bz. Vt ius perſonarum, ſic & ius rerum abſoluit, gemina diuiſione propoſita; itidemque modorum acquirendi dominij, de quibus hic: item obligationis & poſſeſſionis, de quibus ſuis locis.

Quid agit hoc titulo?

Bz. Proponit primam diuiſionem, & modos dominij acquirendi iure gentium.

Quæ eſt prima diuiſio?

R. Quod res quædam sunt in patrimonio nostro, quædam extra patrimonium nostrum, *Princ. hic.* Quibus addunt, quæ nec sunt in patrimonio nostro, nec extra patrimonium nostrum, vt seruitutes, *ex L. 1. ff. de Vsufr. & vsu leg. An rectè, dubium, & de sensu legis, disputant. Dd.*

Quæ res dicuntur esse in, vel extra patrimonium nostrum?

R. In patrimonio nostro dicuntur esse, quæ reuera sunt in dominio singulorum: extra patrimonium, quæ non sunt singulorum. *Obrecht. Disp. de rerum diuis. th.* 14.

Res quæ sunt extra patrimonium quotuplices sunt?

R. Vel naturali iure communes, vel publicæ, vel vniuersitatis, vel nullius hominis. *Princ. hic.*

Quæ dicuntur communes naturali iure, & cur eodem tales?

R. Ita communes dicuntur, quæ & secundum proprietatem, & secundum vsum sunt omnium hominum. *Princ. eod. Perez. hic.* Naturali autem iure communes esse dicuntur; quod natura, & secundum proprietatem, & secundum vsum omnia sunt communia; nec dominia, nisi iure gentium, distincta. *Princ. eod.*

Quæ dicuntur res publica?

R. Quæ quoad dominium quidem sunt alicuius populi, puta Romani, propriæ; quoad vsum vero communes. §. 2. *hic. Perez. hic.*

An igitur res communes à publicis semper distinguuntur?

R. Confunduntur quidem aliquando res communes cũ publicis appellatione. *L. 14 ff. de acquir. rerum dom.* Dari tamen potest non vna qualitas, qua distinguantur. Puta. 1. Quod communes quoad proprietatem planè sunt nullius; publicæ nullius quidem priuati, alicuius tamen populi. 2. Communium proprietas à singulis potest occupari, non publicarum. 3. Communium vsus omnimodo omnium est communis; non hominum tantum, sed & animantium; publicarum vsus talis, qui hominum sit proprius, & ex eorum industria potissimum constans, vt piscari & nauigare. *Schneid. hic num. 5.*

Da exempla rerum communium?

R. Exempla sunt aer; aqua profluens, puta fluminum; mare, aquarum commune receptaculum, littora maris, tanquam

quam maris pars æstimata. §. 1. *hic.* Adde gemmas, & pisces, quatenus mari continentur. §. 18. *hic.*

Quid est littus maris?

R. Quatenus hibernus fluctus maximus excurrit. §. 3. *hic.*

Quid ex hac naturali communione sequitur?

R. Quod aere quilibet vti & aquam profluentem haurire; in mari piscari; ad littus maris accedere, ibidem retia siccare, & casam ædificare possit; dummodo à villis & ædificijs abstineat, vtpote occupatione factis proprijs. §. 1. *hic.*

Da exempla rerum publicarum?

R. Harum exempla sunt flumina, & quidem perennia, & nauigabilia, & ex quibus fiunt talia, vt Rhenus, Rodanus &c. *L.* 1. §. *fluminum ff. de flumibus.* non quæ per canales in agros priuatorum ducuntur; quæ priuata sunt. 2. Portus, id est, locus concluſus, nauiumque statio concluſa, & munita importandis & exportandis mercibus. *L.* 59. *de verb. signif.* 3. Ripa, id est, id quod flumen continet naturalem vigorem cursus sui tenens. *L.* 1. §. *Ripa ff. de fluminibus & l.* 3. *eod.* 4. Alueus. *L.* 1. §. 7. *eod.*

An Ripæ eodem modo publicæ sunt, quo flumen?

R. Non: flumen enim publicum est, quoad proprietatem, quoad vsum commune; Ripæ vsus publicus quidem, sed proprietas eorum, quorum prædijs hæret. §. 4. *hic.*

Qualem vsum in ripis, & fluminibus, & portu intelligis?

R. Talem, ex quo in portu, fluminibusque piscari, & per flumina nauigare omnibus commune sit; item ad ripas appellere, funes arboribus ibi natis alligare, aut onus aliquod in his reponere liceat. §. 2. & 4. *hic. l.* 4. & 5. *ff. eod.* Non vero molendinum, aliaue ædificia in flumine liceat ædificare; nisi id iuris priuatus quis, vel præscriptione, vel speciali principis permissione sibi acquisiuerit. *l.* 1. & *tot. tit. ff. nequid in loco publ. vel itinere fiat.*

Quid ripa differt à littore?

R. Quod littus vt mare ipsum, sit nullius, nisi quatenus occupatur; Ripa vero, secundum proprietatem, priuatorum quorum prædijs hæret, cum vtraque vsu sit publica. §. 4. 5. *hic.*

Quæ sunt vniuersitatis?

R. Quæ ad aliquam ciuitatem, vel collegium communiter, non ad priuatos particulariter pertinent; vt sunt theatra, stadia, communia nemora, pascua, annui reditus. §. 6. *hic*.

Quid differunt à publicis & communibus?

R. Quod illarum vsus omnibus populis & gentibus, saltem quoad certos vsus, competat; harum vsus tantum membris istius vniuersitatis: dominio pertinente non ad singula membra, sed ad ipsam vniuersitatem. *L. in tantum* §. *vniuersitatis. ff. de rer. diuis. & qualitate*.

Quæ res dicuntur esse nullius?

R. Res diuini iuris; vt res sacræ, religiosæ, sanctæ. §. 7. *hic*.

Quæ dicuntur res sacræ?

R. Quæ non priuata authoritate, sed ritè per pontificem Deo sunt consecratæ. §. 8. *hic*.

Quotuplices sunt?

R. Duplices: vel immediatè Deo & diuino cultui dicatæ; vt templa, libri sacri, &c. Vel ministris ecclesiæ, puta sacerdotibus & alijs deputatæ; vt decimæ, reditus annui, &c. *Schneid.* §. *Sacra num.* 2.

Quæ est rerum talium affectio?

R. 1. Quod semper maneant sacræ, ex quo semel Deo sunt dicatæ, nec ad vsus profanos, etiam eo ad quem destinatæ sunt cessante, possint conuerti. 2. Vt alienari & obligari non possint, nisi causa pietatis, puta redemtionis captiuorum, necessitatis, vel manifestæ vtilitatis; & ne his quidem sine certa solennitate, legibus expressa. §. 8. *hic Nou.* 7. *de non alienand. aut permut. reb. Eccles.*

Quæ sunt res religiosæ?

R. Quæ priuata authoritate religioni, id est, sepulturæ, & quidem perpetuò, dicantur. §. 9. *hic*.

Quatenus vero locus sit religiosus?

R. Quatenus reuera eo corpus mortuum continetur, vel integrum, vel, si diuisim sepultum sit, caput: hodie cœmiteria sunt publica loca, mutato iure. *l.* 2. §. 5. *ff. de relig. & sumpt. fun.*

Quid

Quid iuris circa res religioſas apud Romanos?

R. Vt cuique in locum, quem pleno dominio habet proprium, mortuum inferre liceat; non vero, ſi locus vel ſit communis; vel, quoad vſufructum, ius in eum habeat alius; vel planè ſit alienus, niſi vel prædij ſocij, vſufructuarij, domini, conſenſu (qui ſufficit, licet reuocetur,) vel ſecuta eorundem ratihabitione. §. 9. *hic. Hodie, iure Canonico, locus non fit religioſus, niſi authoritate, & conſecratione Epiſcopi, c. ad hac Ext. de relig. dom.*

Quæ res dicuntur ſanctæ?

R. Quæ ſanctione aliqua, id eſt, pœnæ ordinatione, aduerſus hominum iniurias ſunt munitæ; vt leges, muri, tum Vrbis Romæ, tum aliarum ciuitatum & municipiorum, portæ ciuitatis, legati, quatenus iſto officio funguntur. §. 10. *hic, & l. 8. ff. eod.*

Quæ res dicuntur eſſe in patrimonio noſtro?

R. Quæ ſunt in dominio ſingulorum, ſiue noſtræ, ſiue nobis cum alijs communes, ſiue planè aliorum, idque iure gentium, vel ciuili. §. 11. *hic.*

Quid eſt dominium?

R. Ius quo res noſtra eſt. *l. 13. C. de pœnis Vveſ. par. de acquirend. num. 3.* Vel, ſecundum geminum eius effectum, ius de re propria, cuius copiam quis habet, liberè diſponendi, vel eam abſentem vindicandi, quatenus lege, vel teſtantium diſpoſitione, vel conuentione permittitur. *Sec. Bart. & Dd. in l. 17. §. differentia ff. de acq. poſſ.*

Quotuplex eſt Dominium?

R. Dominium propriè nullam diuiſionem admittit; ſed magis partitionem. *Obrecht. diſputat. de acquirend. Dom. th. 77.* Docendi tamen gratia diſtinguitur in plenum, quod eſt, quando habemus rei proprietatem, & poſſeſſionem cum emolumentis; & non plenum, quando proprietas à poſſeſſione & emolumentis eſt ſeparata. *Vveſ. par. eod. num 4.*

Quotuplex eſt dominium non plenum?

R. Diuiditur vulgo in directum; quod dicitur habere is penes quem eſt proprietas, ſine fructu & emolumentis, vt dominus feudi & emphiteuſeos; & vtile; quod habere dici-

tur is, qui rem cum emolumentis & functionibus; habet aliunde quam iure proprietatis, vt vasalli,& Emphiteutæ.

Quæ sunt itaque dominij partes?

R. Proprietas & possessio. Quippe vt plenè, sic propriè dominus is dicitur, qui vtramque & proprietatem & possessionem rei habet:

Quotuplici iure res acquiruntur?

R. Duplici iure gentium,& ciuili. §.11. *hic.*

Quòt modis iure Gentium?

R. Tribus: occupatione,accessione,traditione:

Quòt sunt occupationis species?

R. Captiuitas, & Inuentio.

Qua res occupantur captiuitate?

R. Primò fera animalia; secundò quæ ab hostibus capiuntur. §.12. & 17. *hic.*

Qua animalia hic vocantur fera; & à qualibus distinguuntur hac appellatione?

R. Fera hic dicuntur, non præcisè quæ ferocem habent naturam, vt leones, lupi &c. sed quæ talem habent qua liberè vagantur, nec certa sede se continent; & à mansuetis, talem naturam non habentibus, distinguuntur: *Obrecht. disp. ead. th.64.*

Quotuplicia sunt, & quotuplex circa eorum distinctionem occupatio?

R. Talia animalia fera continentur, vel cœlo, vt volucres; vel mari, seu aquis, vt pisces; vel terra, vt cerui, lepores. Vnde triplex occupationis species, aucupium, piscatio, venatio. §.12. *hic.*

Quid iuris circa hæc occupationum genera?

R. Quod, cum ista fera animalia ita nullius sint, vt alicuius hominum esse possint, naturali ratione cedant occupanti, & quidem, quoad feras bestias, & volucres, siue in fundo proprio, siue in alieno capiantur; quoad pisces, modo capiantur in mari, fluminibus & stagnis publicis, non priuatis; quòd tales eorum censeantur esse, quorum sunt flumina, vel stagna. §. *eod.*

An igitur venari vbique & piscari licet?

R. Aucupandi quidem, & venandi gratia alienum fundum

dum ingredi cuique licet; prohiberi tamen à domino prudente potest: piscari in alieno, id est priuato flumine vel stagno, non licet. § *eod.*

Quid si quid contra prohibitionem capiatur?

R. Manet id quidem nihilominus capientis, sed, ob factã prohibitionẽ, dominus contra capientem habet iniuriarum actionem. *Dd. commun.*

Quatenus quod capitur fit capientis?

R. Fera animalia, & si vulnerata, nisi apprehensa fuerint, non fiunt capientis, vel vulnerantis; & manent quidem apprehensa eius, donec eius custodia coercentur; desinunt esse, & fiunt rursus occupantis, si euaserint, id est, vel oculos capientis effugerint, vel difficilis eorum sit persecutio. §. 12. & 13. *hic.*

Quid hic iuris circa apes?

R. Cum fera apium sit natura, licet in arbore alicuius consederint, non fiunt eius, cuius est arbor, nisi prius eas alueo suo incluserit; & fauos, si quos fecerint, eximere quilibet potest. Qui tamen, ne in eum finem fundum ingrediatur, prohiberi potest. Examen si ex alueo euolauerit, non manet domini aluei, nisi quatenus in cõspectu eius manet; vel facilis eius est persecutio. §. 14. *hic.*

Quid iuris circa animalia fera, quæ ex consuetudine abire & redire, mansueta facta, solent: vt apes, pauones, columbæ?

R. Talia nostra manent eo vsque donec istam consuetudinem retinent; quam si, recepta naturali feritate, deserant, rursus fiunt occupantis. §. 15. *hic.*

Quid iuris circa mansueta animalia, vt gallinas, anseres & similes?

R. Licet aliquo modo turbati turbatæve euolauerint, quocunque loco, licet extra conspectum sint, dominorum manent: nec ab alio, nisi per furtum, lucrandi animo detinentur. §. 16. *hic.*

Quæ fiunt nostra ab hostibus capta?

R. Vel ipsi hostes, vt in seruitutem nostrã deducantur; vel res ipsorum, non immobiles, vel soli; id est agri, arces, oppida &c. quæ pubulica fiunt; sed mobiles, vel mouentes; & ne hæ quidem, nisi iustum sit bellum, vel res istas hostes

ciuibus non abſtulerint ante. §. 17. *hic. l.* 20. §. 1. *ff. de action. dom. Par. Analyſ. hic.*

Qui dicuntur hoſtes?

R. Qui populo Romano bellum indixerunt, vel quibus à populo Romano indictum; cęteri latrones, prædones, piratæ dicuntur; à quibus capti liberi manebant. *L.* 116. *hoſtes ff. de verborum ſignific.* vt & à Chriſtianis capti Chriſtiani quod vnius Eccleſiæ ciues iudicentur.

Quot modis conſideratur acquiſitio dominij per inuentionem?

R. Acquiſitio dominij per inuentionem (quæ eſt occupatio rerum inanimatarum) conſideratur vel reſpectu rerum quæ ante nullius fuere, vel talium, quę nunc quidem nullius ſunt, ante tamen fuere alicuius.

Quomodo reſpectu rerum, quæ nunquam alicuius fuere, vt eſt inſula in mari, gemma, & lapilli, cęteraque in litore, vel mari exiſtentia?

R. Ea ſi inueniantur, modo occupentur, & apprehendantur, fiunt inuentoris. §. 18. *hic.*

Quomodo conſideratur inuentio, circa res quæ ante fuerunt alicuius?

R. Res tales, quum diuerſi ſint generis, etiam diuerſum circa eas ius eſt. Sunt puta. 1. Theſaurus. 2. Res pro derelictis habitæ. 3. Nauis leuandæ cauſa in tempeſtate eiectæ. 4. De rheda currente, non intelligentibus dominis, cadentes, vel caſu alio amiſſæ.

Quid iuris circa theſauri inuentionem?

R. Theſaurus (qui eſt pecunia ante omnem memoriam, vt dominum non habeat, recondita *L.* 31 §. 1 *ff. de acq. rerum dominio.*) in loco inuentoris, vel religioſo, vel ſacro, ſiue fortuitò, ſine data opera, ſine tamen magicis artibus, inuentus totus cedit inuentori. Inuentus in alieno, ſiue priuato, ſiue publico loco fortuitò, ex dimidia parte domino ſoli cedit. Data opera, quòd dominū, & rei reconditæ conditionem ſciat, theſaurum inueniens, ſine furto eum retinere non poteſt. §. 39. *hic.*

Quæ res habentur pro derelictis, & quid circa eas iuris?

R. Pro derelictis habentur, quas dominus ea mente abiecit, vt in numero rerum ſuarum eſſe nolit, ideoque,

cum

cum nullius sint, occupanti cedunt, & prior dominus esse definit. §. 46. *hic*.

Quid iuris circa res siue necessitate in mare leuandæ nauis causa eiectas; siue casu de rheda, aliterque forte ignoranter amissas?

R. Manent dominorum, & inuentæ, si dominus earum sciri potest, restitui debent, nec sine furto lucrandi animo retinentur. §. 45. *hic*.

Quid ergo hic faciet inuentor?

R. Vt dominum cognoscat, vel publicè eas proponet, vel inuentionem proclamate docebit; quod si tum nemo reperiatur eas vindicans, pro derelictis habentur, & fiunt inuentoris; maxime si quidem pauper sit; quod diuitem malint eas in pauperes conferre. *Ioh. Faber. & Ang. hic* §. *finali*. præmium tamen inuentionis accipere, non petere potest. *L.* 43. §. 8. 9. *ff. defunctis*.

Quis est secundus modus acquirendi dominij?

R. Accessio: qua res fit alicuius, quia rei, quæ ipsius est, accedit; accessorio rem principalem sequente.

Quotuplex est accessio?

R. Est vel naturalis, quando rei nostræ aliquid accedit sola naturæ operatione; vel industrialis, quando id fit hominum facto & industria.

Modi accessionis naturalis quotuplices?

R. Duplices. 1. Vel. n. continua est, quando id quod accessit, rei nostræ cohæret; vel discreta, quando manet separatum. *Obrecht. eod. thes.* 123. *& seqq.*

Qui sunt modi accessionis naturalis discretæ?

R. Procreatio; puta cum ex ancillis & animalibus brutis nostris quid nascitur. Quia partus, tanquam ventris pars, eius dominium sequitur. 2. Et circumluuio, id est, quando in fluuio, & publico quidem, nascitur non mobili, sed solo cohærens, *i*nsula.

Quid circa insulam talem iuris?

R. Si in medio nascatur flumine, pro latitudine cuiusque prædij, quod vtrinque prope ripam est, eorum est, qui ab vtraque parte fluminis prædia ista possident, & quidem pro latitudine cuiusque prædij: si alteri ripæ proximior

est,

est, eorum tantum est, pro cuiusque prædij latitudine, qui circa istam ripam prædia possident. §.22. *hic.*

An hoc ius semper obtinet?

R. Ita quidem ius est, si flumen paulatim circumluendo locum, eminentem supra alueum faciat, & augeat; vel si locum, qui aluei erat, siccum relinquens, circumfluere incipiat; non vero si in duo cornua diuisum, & rursus inferius vnitum, agrum aliquem, vel agri partem includat, & in formam insularem redigat. Quia is ager, vel ea pars domini manet. §.22. *hic.*

An idem iuris in priuatis fluminibus & stagnis.

R. Flumina priuata & stagna, cum priuati iuris sint, quæ in ijs nascuntur eorum manent quorum est flumen, vel stagnum.

Qui sunt modi acceßionis continua?

R. Alluuio, coalitio, aluei mutatio.

Quid est alluuio?

R. Alluuio est incrementum latens, seu tale quo paulatim vi flummis agro nostro quid adijcitur, vt incrementi momenta percipi non possint.

Quid iuris circa eam?

R. Alluuione nostro agro adiectum, licet alieno agro detractum sit, nostrum fit. §.20. *hic.*

Quid circa coalitionem?

R. Coalitione accrescit agro nostro portio vi fluminis alterius agro detracta, nostroque adiecta; tum demum, si tamdiu agro nostro adhæserit, donec vel cum eo coaluerit, vel arbores quas secum traxit in eum radices egerint. §.21. *hic.*

Quid est aluei mutatio?

R. Aluei mutatio est, cum flumen, alueo naturali relicto, ita alio cœpit fluere, vt ex alieno agro, non modo inundato, alueum verum fecerit. §.23. *hic.*

Quid iuris circa eam?

R. Alueo facto, ius est, vt vetus alueus eiusdem sit iuris cuius insulam esse diximus, id est, eorum sit qui prope ripam prædia possident, pro prædiorum latitudine; nouus fiat publicus. Flumine ad priorem alueum reuerso,

nouus

nouus iſte alueus, nunc relictus, non fit priorum dominorum, ſed eorum, qui circa eum prædia habent. §. *eod.*

An idem ius in inundatione?

R. Cum per inundationem forma agri non mutetur, ager prioris domini ita manet, vt aqua recedente poſſeſſio ei ſine noua apprehenſione reſtituatur: niſi vel inundatio ſit perpetua, vel alluuionem effecerit. *L. 23. ff. quibus modis vſusfr. amittatur. & §. 24. hic.*

Quotuplex eſt acceſſio induſtrialis?

R. Vel ex ſolo hominis facto, vel ex parte etiam vi naturæ.

Qui ſunt modi acceſſionis ex ſolo hominis facto & induſtria?

R. Specificatio. 2. Intextura. 3. Confuſio. 4. Commixtio. 5. Ædificatio. 6. Plantatio. 7. Satio. 8. Scriptura. 9. Pictura.

Quid vocas ſpecificationem?

R. Specificationem voco quando non eſt figuræ modo externæ, ſed, mutatione formæ, nouæ ſpeciei conſtitutio.

Quid iuris circa eam?

R. Circa ſpecificationem hoc ius eſt, vt qui ex propria materia nouam fecerit ſpeciem, eius fiat dominus: Qui ex aliena, ſiquidem id fecerit bona fide; non aliter, quam ſi materia ad priorem formam reduci non poſſit, aut præter formæ inductionem partem materiæ adhibuerit: Si reduci ad primam materiam poſſit, materiæ dominus ſpeciei fiat dominus. §. 25. *hic.*

Quomodo hoc ius limitatur?

R. Quod hoc ius procedit; ſiquidem ſpecificatio facta eſt bona fide; ſi mala, ad exhibendum actio, & rei vindicatio, quoad materiam, domino detur, & quoad formam, eam inducens operam perdat. §. *eod. & ſeqq.*

Quid eſt intextura?

R. Intextura eſt, quando rei noſtræ augendæ, vel ornandæ gratia, vel alio modo aliquid accedit, aut intexitur; vt ſtatuæ, aut menſæ æs; naui tabula; veſtimento purpura.

Quid circa eam iuris?

R. Circa eam id iuris, vt res intexta vel accedens cedat rei principali: ſed ita, vt dominus rei intextæ, vel accedentis,

tis, si id factum bona fide, non rei vindicationem, vtpote exstinctæ, sed condictionem pretij: sin mala fide factum est, aduersus surripientem, siue ipse, siue alius eam intexuerit, vel rei principali addiderit, furti actionem, vel furtiuam condictionem habeat. §.26. *hic.*

Quid est confusio?

R. Confusio est diuersarum materiarum, puta liquidarum, talis mixtio, qua vel veterem formam amittunt, vel retinent quidem, sed separari difficulter possunt; vt quando ex vino, vel melle fit mulsum, vel duorum generum vina confunduntur.

Quid circa eam iuris?

R. Circa confusionem id iuris est, vt quod ex confusione duarum materiarum, siue voluntate dominorum, siue fortuitò factum est, id eorundem sit commune, si ignorante eo qui confudit, ipse sit solus dominus. §.27. *hic.*

Quid est commixtio?

R. Commixtio est rerum solidarum, quæ separatæ manentes non speciem nouam, sed corpus tantum, seu aceruum maiorem constituunt; puta granorum.

Quid circa commixtionem iuris?

R. Circa eam obtinet, vt mistum corpus, seu aceruus communis sit, & actione communi diuidundo separandus; si ex dominorum voluntate facta est commixtio. Si vero casu, vel ex alterius tantum voluntate facta est, corpus seu aceruus non sit communis; sed, vel habita ratione qualitatis, vel quantitatis granorum vtrinque collatorum, iudicis æstimatione separandus sit; vel si integrum alteruter retinere velit, secundum iudicis æstimationem, fiat, habita ratione quantitatis, siue qualitatis, cuique suæ portionis præstatio. §.29.

Quomodo hic consideranda ædificatio?

R. Ædificatio hic consideranda quatenus quis ædificium, vel in suo solo ex sua, vel aliena materia; vel in alieno itidem ex sua, vel aliena materia exstruit.

Quid circa ædificationem Iuris?

R. Omnibus casibus id Iuris, vt ædificium solo cedat.

Quod

Quod quidem si ex aliena materia exstructum, idem tum dominus materiæ manet, qui fuit: licet propter legem XII. Tab. stante ædificio eam vindicare, aut ad exhibendum agere non possit: sed tantum actione tigni iuncti in duplum. §. 29. At vero si ex sua materia in alieno solo quis ædificat, solum sciens alienum esse, & materiam perdit, & operam. Si ignorans, ac bona fide ædificauit: materiæ pretium, & mercedes fabrorum, (soli domino ædificium vindicante,) recipit. Si in alieno solo ex aliena materia ædificauit, nec vindicare soli dominus materiam; nisi restituto pretio potest. §. 29. & 30. *hic. Schneid. eod.*

Quid iuris circa plantationem?

R. Idem quod in ædificatione: Puta, vt plantæ, antequam solo radicibus coalescant, prioris domini maneant: vbi coaluerint, solo cedant; in confinio positæ, vel prope confinium, si radices etiam in fundum vicini egerint, communes sint. §. 31. *hic.*

Quid iuris circa sationem?

R. Idem; vt, sicut plantæ radicatæ solo coalescunt; sic & frumentum satum solo cedat. §. 32. *hic.*

Quid hic iuris circa varios casus in ædificatione expressos?

R. Cum & plantare & serere de suo in alieno solo, vel in suo solo de alieno quis possit: idem circa hos casus hic iuris, quod in ædificatione explicatum: puta quod qui in fundo alieno mala fide plantauit vel seuit, plantam vel semen vna cum opera perdat; si bona id fecit fide, pretium plantę, vel seminis, vt & laboris, repetat. Si in suo solo de alieno plantauerit, vel seuerit, sciens furti teneatur; si ignorans, plantam domino vindicanti, vel semen soluat. *d.* §. 5. 31. 32.

Quid iuris circa scripturam?

R. Idem etiam iuris est in scriptura, vt literæ, quamuis aureæ, chartæ cedant; quæ si in aliena charta scriptę sint bona fide, dominus chartę, eam repetens impensas scripturę soluere debeat; si mala, eas scriptor amittat. §. 33. *hic.*

Quid iuris circa picturam?

R. Picturæ, si in aliena tabula imago picta, tanquam ea præstantiori, cedere tabulam, ex diuerso Iustiniano placuit,

cuit, Vnde fit, vt qui in aliena tabula pingit, & tabulæ & picturę dominus efficiatur. §.34. *hic. In ſcript. idem nunc obtinere, volunt Schn.*

Quid hic iuris circa vindicationem tabulæ.

R. Quod ſi pictor tabulam pictam poſſidet bona fide, dominus tabulæ eam repetens, picturæ; ſi à domino poſſeſſore tabulam pictor petat, tabulę pretium ſoluere debeat; aduerſus furto tabulam vel picturam ſurripientem furti ſimiliter competente actio. §.34. *hic.*

Quis eſt mixtus ex natura & induſtria acquirendi dominij modus?

R. Fructuum perceptio.

Quid, vt ius circa eam intelligatur, conſiderandum?

R. Fructuum diſtinctio, & perſonarum eos percipientium conditio.

Quotuplices hic fructus conſiderantur?

R. Fructus hic propriè vocantur non ciuiles; puta penſiones ex rebus locatis, aut alijs, vel vſuræ ex pecunia numerata perceptæ; ſed qui ex ipſo fundo naſcuntur. Diuiduntur in naturales, mera naturæ operatione natos; vel induſtriales, qui ex fundo quidem, ſed potiſſimum cultura & cura hominum naſcuntur. Vtriq; ſubdiuiduntur in pendentes, qui fundo cohærent, & pars fundi iudicantur; vel perceptos, id eſt, a fundo ſeparatos; vel percipiendos, id eſt, qui percipi potuerũt, licet culpa poſſeſſoris nõ ſint percepti. Percepti autẽ ſubdiuiduntur in extantes & conſumtos. *l.11. De V. S. l.34 ff. de vſur. l.62. ff. de rei. vend. l.44. eod. Schneid. hic.*

Quæ perſonæ hic conſideranda?

R. Poſſeſſor, iſque vel bonæ, vel malæ fidei, cum vel ſine titulo; 2. Vſufructuarius. 3. Colonus.

Quid iuris quoad perceptionem fructuum circa poſſeſſorem.

R. Poſſeſſor bonę fidei, ſiue titulo oneroſo, vt emtionis, ſiue lucratiuo, vt donationis, fundum poſſideat, omnes fructus, ſiue naturales, ſiue induſtriales, ob culturam & curam percipit; &, re nondum euicta à domino ſuperueniente, perceptos retinet; ea euicta, conſumtos retinet tantum; & extantes reſtituit. §.35. *hic. l.45. ff. de vſuris. L. 22. C. de rei vindicatione.* Malæ fidei poſſeſſor nullos fructus facit ſuos,

ſed

ſed omnes indiſtincte reſtituit. §. *eod. & d. l.* 22. etiamſi cum titulo poſſideat; vtpote furtum committens. §. 2. *Infra de vſucap.* De percipendis, ſi titulum non habet, etiam tenetur; minime vero ſi eum vel coloratum tantum habet: hæres tamen eius (niſi & ipſe ſit in mala fide) non reſtituit conſumtos. *Minſing. hic.*

Quid iuris circa vſufructuarium?

R. Hic à bonæ fidei poſſeſſore in eo differt, quod fructus, licet iam maturos, non faciat ſuos, nec moriens ad hæredes tranſmittat, niſi ante vel per ſe, vel per alium eos perceperit. Ratio eſt, quod pendentes adhuc, ipſo moriente, tanquam pars fundi, totum ſequentes, vna cum fundo ipſo ad dominum proprietatis, exſtincto per mortem vſufructu, redeant. §. 36. *hic. l.* 25. §. 1. *ff. de vſuris. l.* 13. *ff. quib. mod. vſufruct. amit.*

Quid iuris circa colonum, id eſt, eum qui ſub annua mercede in pecunia numerata, vel alia re, puta ſub certa quantitate frumenti, agros colendos conducit?

R. Quod ſimiliter omnes fructus vel per ſe, vel à quocunque alio, licet non ipſius nomine, perceptos, aliter quam vſufructuarius, ac etiam pendentes adhuc ſuos faciat, & ad hæredes tranſmittat. §. *eod.*

Quis eſt tertius modus acquirendi dominij?

R. Traditio, id eſt, rei ſuæ quoad dominium in alium tranſlatio.

Quotuplex eſt?

R. Vel vera; quæ fit de manu in manum; eſtque proprie rei corporalis; vel ficta ſiue quaſi, quæ etiam eſt rei incorporalis, & magis affectu fit, quam corpore. §. 40. & 43. *hic.*

Quotuplex eſt ficta?

R. Fit vel Patientia, quæ in corporalibus fit, quando ex vno titulo rem ſuam penes aliquem exiſtentem (puta commodati, locati, depoſiti) quis patitur ipſum eandem ex alio titulo, puta emtionis vel donationis, vel alio, tanquam propriam habere; quæ ita, tanquam breui manu, tradita fingitur. §. 43. *hic.* In incorporalibus talis patientia pro vera traditione habetur. Vel Symbolo; puta traditione clauium horrei vel cellæ vinariæ, vel inſtrumentorum proprietatis

rei

rei venditæ, ex patre tradentis; vel traditum emtarum signatione, aut custodis appositione &c. ex parte accipientis; Quibus symbolis similiter res tradita fingitur. Vel monstratione; puta si quis fundum à se alteri venditum oculis emtoris ex alto loco subijcit, eo ipso illum tradidisse intelligitur. Quæ monstratio, quia ex longinquo fit loco, longæ manus traditio dicitur. *Obrecht. disp. de Tradit.*

Quæ requiruntur vt traditione dominium transferatur?

R. Plura. 1. Vt tradens sit rei dominus. 2. Vt tradat animo transferendi dominium. §. 40. *hic. l. 36. ff. de acquiren. dom.* 3. Adsit traditioni iustus titulus. *l. 21. ff. eod.* 4. In emtione speciatim, vt vel pretium sit solutum, vel fides de pretio habita §. 41 *hic.* 5. Rei traditæ adsit acceptatio. Quòd traditum quid non censeatur, nisi sit acceptum. 6. Vt tradens sit habilis ad dominium transferendum.

In qualem personam potest fieri traditio?

R. Non tantum in certam, sed etiam in incertam: puta per missilium iactum in vulgus. §. 45. *hic.* Vt fieri solet in solemnibus, coronationibus regum vel principum; & olim, apud Romanos, à Prætoribus vel Consulibus, quod postea prohibitum, iterum certa moderatione fuit permissum. *Nou. 105. Cap. 12.*

TIT. II.

De rebus Corporalibus & Incorporalibus.

QVæ est altera principalis rerum diuisio?

R. Secunda principalis diuisio (generalis planè, & Iurisconsultis cum Philosophis communis) est, qua res dicuntur vel corporales, vel incorporales. *Textus.*

Quomodo definiuntur vtraque?

R. Corporales sunt, quæ sua natura tangi possunt; vt fundus, vestis, aurum &c. Incorporales, quæ sua natura tangi non possunt, licet semper corpori inhæreant. *Text. l. 1. §. 1. ff. de rerum diuis.*

Quomodo subdiuiduntur res corporales?

R. In immobiles, quæ sunt vel res soli, vt prædium, fun-

fundus, area (quæ in genere pro rebus immobilibus ſynechdochice ſæpe accipiuntur) vel ſolo conherentes, vt fructus, granaria, arundineta nondum cæſa. Vel mobiles, vt ſuppellex: Vel mouentes, vt animalia. *Orecht. diſp. de rerum diuiſ. theſ.* 116.

Quotuplices ſunt res incorporales?

R. Hæ ſunt vel quantitatis, vt nummus, quatenus in eo non materia, ſed valor conſideratur, pondus, menſura; vel qualitatis, qualia ſunt quæ in iure conſiſtunt; vt ſeruitutes, heredias (puta quatenus ipſum ius ſuccedendi, non hereditaria bona ſignificat) obligationes, & alia multa. *Text. hic. Vult. Iuriſp. lib. 1. cap. 62.*

Quotupliciter verò conſiderantur res ſiue corporales, ſiue incorporales?

R. Vel per ſe ſingulæ, & ſimpliciter prout res ſunt; vel quatenus (cum & ipſæ res ſint) ſunt aliarum uel cauſæ, uel acceſſiones. Et ſic uel corporales accedunt corporalibus, ut ancillæ partus (qui in fructu proprie non cenſetur eſſe) uel pecudi fœtus (qui cenſetur in fructu) uel fundo fructus in eo naſcentes. Vel corporalibus incorporales; ut ſeruitus fundo, hereditas patrimonio defuncti; item impenſæ in rem collatæ; Itidem res incorporales cauſæ ſunt corporalium; ut cum ex obligatione, uel hereditate nobis quod corporale eſt debetur; ut fundus, homo, & corpora hereditaria.

TIT. III.

De Seruitutibus Vrbanorum & Ruſticorum Prædiorum.

Quid hic ſignificatur per ſeruitutes?

R. Seruitus de qua hic agitur, non eſt qualis ea de qua ſupra egimus, qua perſona ſeruit perſonæ; ſed ad iſtius exemplum, in rebus conſtituta.

Quomodo definitur in genere?

R. Eſt ius in re aliena conſtitutum, quo ipſa præter naturam rei alterius, uel perſonæ, ad uſum inſeruit. *l. 15. §. fin. ff. de ſeruit.*

Cur dicis præter naturam, & in re aliena hoc ius constitui?

R. Dico ius in re aliena constitutum, quia re sua quisque suo proprio, id est, dominij iure secundum arbitrium suum, non iure seruitutis vtitur. *l. 5. pr. ff. si vsufr. pet.* Præter naturam constitutum dico, quia ipsæ res natura sunt liberæ, nec, nisi seruitus ei imponatur, arbitrio alterius obnoxiæ. *l. 8. & 9 C. de Serv.*

Quotuplices sunt seruitutes?

R. Sunt vel reales (prædiales à prædio dominante dictæ) qua res rei, vel prædium prædio seruit: vel personales (dictæ à persona cui seruitus constituitur) qua res seruit personæ, vt fundus vsufructuario. *l. 1. ff. h. t. §. 3. hic. Pac. Epit. hic thes. 4.*

Quomodo diuiduntur seruitutes reales?

R. Et ipsæ, (secundum prædium dominans, seu cui seruitus debetur) distinguuntur in rusticas, & vrbanas. *Rubr. hic.*

Quomodo ipsa prædia distinguuntur?

R. In rustica & vrbana: & quidem non à loco, sed ab vsu sumta distinctione. Vt vrbanum prædium sit habitandi causa, (qui vsus vrbanus) licet ruri exstructum; rusticum vel fundus, vel ædificium, licet in vrbe, non habitandi causa; sed vel colligendorum fructuum; vel eorundem, aliarumve rerum conseruandarum causa exstructum: vt horreum, stabulum. §. 1. *hic. l. 1. Com. prad. l. 19. ff. de verb. signif.*

Quas itaq; sunt rustica & vrbana seruitutes?

R. Quæ vel prædijs rusticis, vel vrbanis debentur?

Quales recenset Imperator rusticorum prædiorum seruitutes?

Resp. Seruitutum talium duplicia recenset exempla; vel præcipua, & magis nota. *Princ. hic.* vel obscuriora. §. 2.

Quæ sunt præcipua?

R. Iter, actus, via, aquæductus. *Princ. hic.*

Quid est iter?

R. Est ius eundi pedibus, equo, sella, lectica. *l. 7. & 12. ff. hoc. tit.* Item ambulandi hominis, non etiam iumentum agendi, vel vehiculum per fundum alienum. *Princ. hic. & l. 1. eod.*

Quid est actus?

R. Est ius agendi iumentum, vel vethiculum. *ibid.*

Quid

Quid differt ab itinere?

Resp. Quod actu plus quam itinere contineatur, tanquam in eo, quod plus est, minus; ideoque qui actum habet, etiam iter habere intelligatur, non contra. *Princ. hic, & d. l. 7.*

Quid est via?

R. Est ius eundi, & agendi, & ambulandi hominis: item tignum & lapidem trahendi, aut rectam hastam ferendi per fundum alienum. *Princ. hic. & L. 1. & 7. hic.*

Quid differt via ab actu & itinere?

R. Minor quidem est differentia inter viam & actum quoad effectum, quam inter actum & iter: differunt tamen. 1. Quod actus ius eundi per consequentiam tantum in se contineat, via directè & per se. 2. Quòd iter eundi hominis, actus iumentum agendi, via ducendi vehiculi propriè ius est. *L. 23. ff. de seruitutibus rusticorum prad.* 3. Quòd via habet ius trahendi tigni, lapidis, aut hastam rectam ferendi: seu ducendi per agrum alienum exercitum, sine fructuum læsione. 4. Quod latitudo actus & itineris, tanquam iure non definita, sit arbitraria; viæ ex lege 12. Tabularum octo pedum in porrectum, sedecim in amfractum; quamuis alij itineri duos, actui quatuor pedes in porrectum, & in amfractum octo assignent. *l. 13. §. 2. ff. hoc tit. l. 8. ff. eod.*

Quid est Aquæ ductus?

Resp. Est ius aquæ ducendæ (fistula, aut riuo) persundum alienum (siue id fiat ex aqua publica, siue priuata) & quidem quatenus fundo dominanti opus est. *L. 24. & 33. §. 1. ff. hoc tit.*

Quæ sunt exempla seruitutum obscuriorum ab Imperatore recensita?

Resp. Aquæ haustus, pecoris ad aquam appulsus, ius pascendi, calcis coquendæ, arenæ fodiendæ: §. 2. *hic. & l. 1. §. 1. hic.* Quibus accensere potuisset alia, quorum in Digestis facit mentionem.

Quomodo definiuntur singula hic recensita?

Resp. Aquæ haustus est, ius hauriendi aquam ex flumine, fundo, vel puteo priuato alieno. *l. 3. §. 3. ff. hic.* Pecoris ad aquam appulsus, est ius pecus suum ad flumen, fontem, vel

puteum priuatum, alienum, vt ex eo bibat; agendi, *Capolla de ſer. Ruſt. Pr. c. 2.* Ius paſcendi, vt pecora noſtra in agro alieno paſcere liceat. *l. 3. §. 1. ff. eod.* Quod ſeruitutem non habenti non licet, niſi ſpeciatim in vſum neceſſarium viatori; ex conſtitutione Frederici de pace tuenda. Calcis coquendæ, quando in alieno prædio, ad mei prædij vtilitatem, calcem coquere poſſum. *l. 6. 1. §. 3. ff. eod.* Arenæ fodiendæ; vt in fundo vicino mihi liceat arenam fodere ad prædij mei, ſiue vrbani, ſiue ruſtici neceſſitatem. *l. 6. ff. eod. Capolla. eod.*

An eadem eſt ſeruitus arenæ?

R. Non, quia qui ſeruitutem arenæ habet, non tantum ex fundo alieno ad præcedentes vſus arenam fodere poteſt; ſed etiam vt inde vaſa fictilia venalia faciat. *Capolla de ſeruitutibus cap. 10. num. 4.*

Quotuplices ſunt vrbanorum prædiorum ſeruitutes?

R. Duplices, vel affirmatiuæ, vel negatiuæ; cum ruſticæ omnes ſint affirmatiuæ. *Capolla de ſeru. vrb. prad. c. 26. num. 1.*

Quæ ſunt affirmatiuæ?

R. 1. *Oneris ferendi;* qua prædium vicini cogitur ſuſtinere, pariete, vel columna, onera domus meæ, talemq; parietem is vel columnam reficere, vel collapſam nouare ſuis ſumtibus. *§. 1. hic. l. 33. hic.*

2. *Altius tollendi*, qua quis, volente vicino, pro eiuſdem commoditate cogitur altius ædificare: puta ad ventos, aſpectumque ab eiuſdem ædibus arcendos. *§. eod. & l. 2. ff. eod.*

3. *Tigni immittendi*, qua licet domino ædium, quibus ſeruitus debetur, tignum, id eſt trabes immittere in parietem vicini, vt non minus in eo, quam in prædij dominantis pariete quieſcat. *§. eod. l. 2. ff. eod.*

4. *Proijciendi*, qua licet aliquid puta arceras protendere ſuper aream vicini, id eſt, habere partes prominentes, vnde in vicos nobis ſit aſpectus. *l. 1. ff. eod. Capolla. eod. c. 31. Proiectum enim id dicitur, quod ita protenditur vt nuſquam quieſcat. l. 241. §. inter ff. de V. S.*

5. *Protegendi*, qua licet tectum extendere ſuper aream vicini, ad proprias ædes à pluuiæ iniuria protegendas. *l. 2. ff. eod. Capolla eod. cap. 31. Nempe proiecta dicuntur partes tecti prominentes, quibus ſtillicidia arcentur à parietibus, ſuggrunda vel ſug-*

ſuggrundia alias dicta, Vveſ. par. hic. num. 8.

6. *Stillicidij auertendi*, qua licet aquam ex alto cadentem à ſuo tecto, vel area auerſam in tectum, vel aream vicini deriuare. *Text. d. l. 1. ff. eod. Qua ſeruitus, etiam collapſa domo, ex qua cadit ſtillicidium manet. l. 20. §. 2. ff. eod.*

7. *Fluminis*, qua vicinus cogitur aquam pluuialem continuò ex fundo noſtro cum impetu fluentem, per canalem, vel alueum ſuum recipere. §. 1. *hic pro Vveſ. eod. num. 6.*

8. *Cloacæ*, qua licet ſordes in, aut per alterius ædes deriuare. *Vveſ. hic.*

9. *Luminum*, qua vicinus lumina noſtra, quibus lumen cœli haurimus, excipere cogitur. *l. 4. ff. eod.*

10. *Proſpectus*, qua quis habet ius vt à vicino prædio, ad liberiorem & gratiorem proſpectum, claritatem cæli per feneſtram ſiue ex ſuperiore, ſiue ex inferiore loco proſpicere poſſit. *l. 15. ff. eod.*

Qua hic ſunt negatiua ſeruitutes?

℟. 1. *Altius non tollendi*, qua proprias ædes altius tollere inuito vicino non licet. §. 1. *hic l. altius C. de ſeru. & aqua.*

2. *Stillicidij non auertendi*, qua prohibere poſſum ne alteri liceat ſtillicidium ab area ſua in meam deriuare. *l. 7. ibi. gl. ff. eod.*

3. *Ne luminibus officiatur*, qua prohibere poſſum ne alter lumina mea, ſiue ædificando, ſiue alia ratione, vel auferat, vel minuat. *l. 16. ff. eod.*

4. *Ne proſpectui officiatur*, qua alteri proſpectum meum minus liberum, aut gratum reddere non licet. *l. 15. ff. eod.*

Quibus differunt ſeruitutes prediorum vrbanorum à ruſticis?

℟. 1. Prædiorum genere, quæ ibi ſunt vrbana, hic ruſtica. 2. Vſu & forma ſeruitutis; quod ruſticæ tantum conſiſtunt in patiendo; urbanæ etiam in faciendo, uel non faciendo; puta ut uicinus ædes altius tollat, uel non tollat. 3. Ruſticæ omnes ſui natura habent intermiſſionem; urbanæ uſum poſſeſſionemque continuam. 4. In ſeruitutibus ruſticis utriuſque prædij uicinitas exigitur, in urbanis non æque. *Vult. Iuriſp. lib. 1. cap. 63.*

Qui poſſunt imponere, vel acquirere ſeruitutem realem?

℟. Nemo, niſi qui prædium habet. §. 3. *hic.* Vnde nec

dominus communium ædium, nec socius communis fundi, ne quidem pro sua parte, nec vsufructuarius, siue imponere seruitutem, siue acquirere possunt; vassallus prædio quidem vt seruitus imponatur pati; sed non in præiudicium domini potest. §. 3. *hic. l. 1. ff. Com. prad. l. 2. ff. de seru.*

Quibus modis constituuntur seruitutes reales?

℟. Variis. 1. *Conuentione* inter viuos, pura pacto, vel stipulatione, siue lucratiua, siue onerosa. §. *vlt. hic. Per quam tamen potius causa acquirendi constituitur, quam reuera acquiritur seruitus: quod acquisitio fiat per patientiam domini pro traditione accedentem. L. vlt. de seruit.* 2. *Testamento, seu codicillis*, itidem pro traditione accedente patientia. §. *eod.* 3. *Iudicio Prætoris in iudicijs diuisorijs. L. 23. §. 3. ff. Fam. ercis.* 4 *Longi temporis præscriptione*, id est, decem annis inter præsentes, viginti, inter absentes, cum, possidentis bona fide, & aduersarij scientia; vel longissimi temporis, id est, triginta, vel quadraginta annorum præscriptione, absque scientia ista, & bona fide. *Capolla. de S. V. P. c. 19. num. 1. Vvesf. Par. de Seruitum.* 5. Inter seruitutes tamen continuas & discontinuas recepta distinctione in foro, volunt has non præscribi, nisi immemoriali tempore. *Capolla. ibid. per totum.* Qui & modis seruitutis constituendæ prioribus addit *Consuetudinem*.

Qua regula circa seruitutum constitutionem obseruanda?

℟. 1. Non posse aliquas constitui, nisi fundo sint vtiles. *l. 5. C. de Seru.* 2. Concessa ipsa seruitute intelligi tacitè cõcessa ea sine quibus vsus eius esse non potest. *l. 11. ff. Com. prad.* 3. Ipso iure sub conditione, vel ad certum tempus non constitui quidem, sed ex die & ad certum diem promitti posse; tamen tempus & modum in seruitute vtendi adijci in constitutione posse. *l. 4. ff. de Seru.*

Qua regula constituta seruitute vtendi?

℟. 1. Quod seruitute constituta vltra prædij dominantis vtilitatem, vel necessitatem, vti nemo potest. *l. 5. 24. 29. De seru. rust.* 2. Quòd id facere debet cum minimo prædij seruientis damno. 3. Quod alteri vsum istum concedere, vel ipsam seruitutem grauiorem reddere, nisi, quatenus conuenerit, nemo potest. *l. 33. §. vlt. ff. de Seru. rust. prad.*

Quomodo extinguitur seruitus realis?

℟. Va-

℞. Variè. 1. Confusione prædij dominantis & seruientis; siue in totum, siue ex parte pro confusionis ratione. *l. 1. Quem seru. amitt.* 2. Remissione, verbis aut factis declarata *arg. l. 14. 1. de Ser.* 3. Non vtendo planè loco seruiente, *l. pen. C. eod.* vel saltem non iure seruitutis, longo tempore, id est, spatio integro decem vel viginti annorum, pro præsentia, vel absentia eius cuius prædio seruitus debetur; idque vel simpliciter seruitutum rusticarum ratione; ratione vrbanarum, si libertatis accesserit vsucapio. *Schneid. hic. §. necessaria ad pro script. num. 26. & seqq.* 4. Conditionis existentia, in seruitute, in legato fundo sub conditione constituta ab hærede. 5. Concessione actus seruituti contrarij: *Vltimo.* Rei seruitutem debentis, interitu, puta loco viæ, impetu fluminis forte amisso; *l. 14. ff. h. t. Vnef. hic.* Variant tamen *Dd.*

TIT. IV.

De Vsufructu.

Quot sunt species seruitutum personalium?

℞. Tres proposuit Imperator nominatas; vsum fructum, vsum, habitationem, Quibus accedunt aliæ innominatę, quoties quæ sui natura sunt reales, ita constituuntur, vt non rebus; sed personis debeantur. *Vult. Iurisp. lib. 1. c. 63. num. 10.*

Quid est vsusfructus?

℞. Est ius alienis rebus vtendi fruendi salua earum substantia. *Princ. & l. 1. hic.*

Quid est vti frui?

℞. Est omnia commoda percipere quæ occasione dominij; pro rerum, siue mobilium, siue immobilium, siue mouentium ratione dominus percipere possit, siue naturalia, siue industrialia, siue ciuilia. *l. 7. & ff. hic.*

Cur dicis vtendi fruendi re aliena?

℞. Cum generatim propter naturam omnium seruitutum, quæ (quod res sua nemini seruit) in rebus alienis (vt dictum) constituuntur; tum vt hic vsusfructus, qui est separatus à proprietate, ab eo distinguatur vsufructu, qui, cum

dominio coniunctus, eiusdem pars dicitur. *l.4 ff.eod.*

Cur addis vtendi fruendi salua rerum substantia?

R. Duplici id factum de causa iudicari potest, tum quia hic modus vtendi fruendi, in hac seruitute est, vt vsufructuarius re vsufructuaria vtatur, vt bonus pater familias, id est, ita vt eam non reddat deteriorem. *l.1 ff.hic.* Tum vt significetur, quod vsus fructus modò duret donec res est salua, & vnà cum re extinguatur, *Princ.hic.*

In quibus rebus constituitur vsufructus?

R. 1. Propriè in rebus quæ vsu non consumuntur, siue mobilibus, siue immobilibus, siue mouentibus; in alijs non nisi impropriè, & in utrisque, non nisi quatenus fruitioni sunt accomodatæ. §.2. *hic.*

Quo tuplex ergo est vsufructus?

R. Duplex; verus, qui constitutus est in ijs rebus quæ vsu non consumuntur, vt in fundo, ædibus, iumentis, seruis. Et quasi vsufructus, constitutus, in talibus rebus, quæ uel reuera usu consumuntur; ut uino, oleo; uel quasi consumuntur; seu quæ assidua permutatione, quia nobis pereunt, alienata proprietate, licet per se durent, videntur extingui, ut nummi. §.2. *hic.l.9. ff.de verb.signific.*

Quid iuris circa res quæ nec vsu consumuntur statim, nec omnino permanent, sed paulatim vsu tantummodo atteruntur, vt vestimenta &c.

R. Vtrumque usum fructum recipiunt, uerum & quasi: illum, si eædem res atritæ restitui debent; hunc, si aliæ eiusdem generis & bonitatis. §.2. *hic.l.15. §. Et vestimentorum ff. eod. Pac.Epit.hic.thes.17.*

A quo vsufructus constituitur?

R. 1. A lege, ut patri in bonis aduentitijs filij familias, *Infra, Per quas person.nob.acquir.* Item in bonis emancipatorum liberorum pro dimidia parte. §. *quoque eod. Tit.* Matri ad secunda vota transeunti in bonis à patre profectis, quę habuit ex successione filij prioris matrimonij. *Nou.22.c.46.§.2.* 2. Per iudices, lata in iudicio diuisorio sententia, qua uni fundus, detracto vsufructu, alteri ususfructus, citra fundum adiudicatur. *l.6.§.1. hic.* 3. Longi temporis præscriptione, ut in seruitutibus realibus supra dictum. *l.vlt. in fine C. de lon-*

gi temp. præscripti. 4. Ab ipso domino; idque uel contractibus inter viuos, vel vltima voluntate, in vero; uel ultima uoluntate tantum, in quasi usufructu. *Tot. tit. de vsufr. earum rerum qua vsu consumuntur.*

In quibus bonis constituitur vsusfructus?

R. Vel in omnibus bonis. *l. 29. hic.* uel in bonorum parte. *l. 40. eod.* & pro parte quidem uel diuisa, uel indiuisa (licet enim aliæ seruitutes sint indiuiduæ, tamen ususfructus est diuiduus. *l. 19. de vsu & hab.*) 2. Purè & sub conditione, uel ex die. *l. 4. hic.*

Quomdo constitutum vsumfruct. consequitur vsufructuarius?

R. Non nisi intermedia cautione idonea, fideiussoria. *l. 13. Princ. hic.* Qua in uero quidem usufructu cauet se re usufructuaria usurum, boni viri arbitratu, & finito usufructu, eam se restituturum. *Tot. tit. vsufr. quem. cau.* In quasi usufructu tantum de eadem re in genere, aut eius æstimatione restituenda. *§. 2. hic.*

An eiusdem cautionis eadem est ratio?

R. Non; cautio enim accedens vero vsufructui omitti quidem potest; sed ab hærede, non à testatore remissa: *l. 1. Cod. hic. & ibi gloss. & Dd.* Non in quasi vsufructu; cum in eo sit de substantia, & per eam iste vsufructus constituatur. *§. 2. hic.* Licet eam non præstet. 1. Donatarius omnium bonorum reseruato vsufructu. 2. Fiscus. 3. Pater in bonis filiorum.

Quis est effectus constituti vsufructus?

R. 1. Perceptio omnium fructuum & emolumentorum ex re vsufructuaria, quæ, non nisi percepta ab ipso vsufructuario, vel alio eius nomine, vsufructuarij fiunt. *d. l. 4. 29. 27. ff. hic. 2.* Vt vsufructuarius ista commoda & fructus vendere, locare, donare, & oppignorare alteri possit. *§. 1. tit. seq.* 3. Quod pro commodis præsentibus onera etiam sentit, & impensas modicas; nec nisi magnas à domino fundi repetat; *leg. 7. §. 2. leg. 27. §. 3 ff. l. 7. Cod. hic.* Vectigalia, tributa, licet extra ordinem imposita. *leg. 7. §. 5. ff. hic.* Item onera realia ante imposita, quamuis ex pacto remissa, sustineat. *leg. 13. ff. de pactis. leg. 7. ibid. gloss. de public. & vectig.*

4. Seruitutem rei vſufructuariæ imponere non poteſt, nec vſufructuarius, omnino, nec dominus talem, qua vſufructus fiat deterior. *l.15. §.final. l.16. ff. hic.*

Quomodo finitur vſusfructus?

Rſ. 1. Morte vſufructuarij naturali. Si ciuitati relictus, ſpatio 100. annorum, quaſi longiſſimo vitæ humanæ termino. *l.56. ff. hic.* 2. Morte ciuili eiuſdem, ſeu maxima, vel media capitis deminutione. §.3. *hic.* Non minima. 3. Rei vſufructuariæ abuſu tali quo eiuſdem ſubſtantia corrumpatur. 4. Non vtendo longo tempore, id eſt, decennio vel vicennio re vſufructuaria. §. *eod. & l. pen. C. hic.* 5. Confuſione proprietatis cum vſufructu; ſiue proprietatem rei acquirat vſufructuarius, quæ conſolidatio dicitur; ſiue vſumfructum proprietario cedat. §. *eod. hic.* 6. Rei totius, vel in aliam formam mutatione. *l.7. ff. hic.* Vel interitu. §. *eod.* 7. Reſoluto vſumfructum conſtituentis iure. §. *eod. hic. vide Toto tit. quibus modo vſusfructus amittat.* Quaſi vſusfructus amittitur tantum morte naturali, vel ciuili vſufructarij. *l.9. ff. de vſuſr. earum rerum qua vſu conſum.*

Quis effectus finiti vſusfructus?

Rſ. Si totus finitur, reuertitur ad proprietatem, & acquirit dominus rei ſuæ plenum dominium: Pro parte finitus accreſcit ei cui vſufructus alterius partis fuit legatus. *l.3. §. 2. de vſufructu accreſcendo.*

TIT. V.

De vſu & habitatione.

Quid eſt vſus?

Rſ. Eſt ius alienis rebus vtendi, non fruendi, ſalua iſtarum ſubſtantia. §.1. *hic. l.1. & 2. D. eod.*

In quibus conuenit cum vſufructu?

Rſ. 1. Quod iiſdem cum vſufructu modis, & conſtituatur & finiatur. *Princ. hic.* 2. Vtraque ſit ſeruitus perſonalis. 3. Quod tam vſus, quam vſufructus ſit vtendi. 4. Vt fructuarius, ſic vſuarius de re recte vtenda & finito vſu reſtituenda cauet. 5. Conſtituitur vſus in iiſdem rebus cum

vſu-

vſufructu, ſiue vſu conſumantur, ſiue non conſumantur. *l. 5. §. vlt. l. 10. de vſufr. ear. rer. qua vſu conſum.*

In quibus differt?

R. Differentia formalis inter vſumfructum & vſum eſt, quod uſusfructus ſit ius utendi, & fruendi, uſus utendi tantum; & ſic uſus ſit quaſi pars uſusfructus. §. 1. *hic. Infr. tit. prox. Princ.* Ex qua hæ exurgunt. 1. Quod uſufructuarius percipit omnes utilitates & fructus; quæ ex re quocumque modo percipi poſſunt, uſuarius tantum quatenus ad uſum quotidianum, id eſt, familiæ ſuſtentationem, ut nec abundet, nec egeat, ſufficit. §. 1. *hic.* 2. Vſufructuarius poteſt commoditatem utendi & fruendi in alium transferre; uſuarius ipſe debet re ſeruiente uti. §. *eod. & l. 11. ff. eod.* 3. Vſus eſt indiuiduus, ita vt, ſi ſufficit, integer pluriũ eſſe poſſit: vſufructuarius integer duorum eſſe non poteſt, diuiſus poteſt, & ex parte conſtitui vel amitti. *l. 5. ff. de vſufructu.* 4. Vſufructuarius fructus perceptos, licet nondum conſumtos, trãſmittit ad hæredes, non vſuarius; ſed quod fructuum perceptorum, vel percipiendorum, vſu finito, reliquum eſt, ad dominum proprietatis redit. *arg. §. 1. hic. & l. 11. ff. eod.* Quia ipſe vti vſuarius debet.

Quomodo Imperator has differentias illuſtrat in exemplis fundi, ædium, ſeruorum, vel iumentorum, & pecorum, legato eorundem vſu?

R. Differentiam vſus, & vſufructus in fundo ita docet Imperator, vt qui fundi vſumfructum habet fructus omnes vel ipſe percipere, vel perceptos, ſiue percipiendi commoditatem aut locare, aut vendere, aut gratis concedere alteri poſſit; vſuarius fructus, & quidem tantum ad vſum quotidianum, ipſe modò percipere poſſit. §. 1. *hic. l. 22. eod.* 2. Quod fructuarius in fundo, vtpote quem colere debet, libere uerſari poſſit: vſuarius hactenus, vt nec domino, nec operis ſit moleſtus. *d. §. 1. & l. 11.* In ædibus ita, vt qui vſum ædium habet ipſe tantum cum familia eas poſſit, non cum alijs inhabitare, & vix hoſpitem recipere; tantum abeſt vt eas alteri locare poſſit, cum vtrumque poſſit vſufructuarius. §. 2. Qui ſerui & iumenti vſum habet, iis tantum ad opera, vel miniſterium vti poteſt, non fœtus vel partus percipere

cipere cum vtrumque possit vsufructuarius. §. 3. *hic.* Qui pecorum vel ouium vsum habet, eorundem tantum opera, puta ad stercorandum agrum, vti potest; non ijs quæ ab ijs proueniunt & in fructu sunt, lacte, agnis, lana vti. §. *eod.*

An semper vsus à fructu distinguitur?

℟. Non semper 1. Non in rebus, quæ vsu consumuntur. *l.* 5. §. *vlt. & l.* 10. §. 1. *De vsufr. ear. rer. quæ vsu cons.* 2. Nec si aliter re vti non licet, nisi fructus percipiantur; vt in vsu siluæ ei, qui in alia prouincia est legato. *l. pen. pr. ff. h. t. Pac. epit. hic. Tum enim appellatione vsus intelligitur vsufr.*

Quid est habitatio?

℟. Est ius habitandi in ædibus alienis, vel per se; uel per alium, salua rei substantia. *Text.* §. 5.

Quid differt ab usufructu, & vsu?

℟. Differt ab usufructu & usu, quod neque capitis deminutione, neque non utendo amittatur; (licet id iure Codicis mutatum uideatur. *Vult. Iurisp. cap. eod.*) quibus modis usufructus amittuntur & usus. *l.* 10. *ff. de usu & hic. litatione.* 2. Quod usufructus & usus in alijs rebus etiam spectatur. *per supra dicta*: in solis ædibus habitatio, *vt hic.* Ab usu, puta ædium, speciatim differt, quod habitationem habens ædes alteri locare possit, quod non potest earum tantum usum habens. §. *eod.*

TIT. VI.

De Vsucapionibus, & longi temporis præscriptionibus.

HAbuimus modos acquirendi dominij iure gentium. Quot uplices sunt modi, quibus res acquiruntur modis legitimis, & ciuili iure.

℟. Duplices; uel quibus acquiruntur per singularitatem; ut usucapio, alias præscriptio dicta, (licet hanc propriè rebus immobilibus & incorporalibus speciatim tribuant) & donatio, item accrescendi ius: Vel per uniuersitatem, vt successio.

Quid est vsucapio, seu præscriptio?

℟. Est acquisitio, seu adiecto dominij per continuationem

tionem poſſeſſionis, temporis lege definiti. *l.1. ff. h.t.*

Vnde dicta eſt vſucapio, & qua ratio etymologiæ?

R. Dicta eſt vſucapio ab vſu & capiendo; quia ſolo vſu & poſſeſſione res capitur, ſeu acquiritur; ſeu quia vſucapione non ſtatim rei dominium, ſed eiuſdem prius poſſeſſionem, & per hanc dominium, lege eam adijciente, acquirimus. *Vvoſſ. par. hic. Princ.*

Ex quo iure ciuili originem habet?

R. Ex lege XII. Tab. ne dominia manerent incerto; boni publici cauſa, ex negligentia dominorum in poſſeſſione rerum ſuarum tuenda, præſumente lege, ipſos earum dominium transferre voluiſſe. *Princ. hic. l. vlt. ff. pro ſuo l.28. ff. de V. S.*

Qui poſſunt vſucapere?

R. Quicunque poſſunt poſſidere. *Duar. hic. cap.4.* Etiam filius familias bona caſtrenſia, vel quaſi; *l.4. §.1. hic.* pupillus tutore authore. *l.4. §.2. &c.* Quia ſine poſſeſſione vſucapio non procedit. *l.25. hic.* Tantum, modo præſcribitur quantum poſſidetur. *c. cùm olim, & ibi Dd. Ext. hic.*

Qua res poſſunt vſucapi?

R. Omnis generis, ſiue corporales, eæque mobiles & immobiles, *Princ. hic.* Siue incorporales, id eſt, iura, puta ſeruitutes. *l.2. l. pen. C. de ſerv. l.16. §.1. C. de vſufr.* Nomina, actiones, *l.45. De adminiſt. Tut. Guid. Pap. deciſ.99.* Quamuis, vt dictum, res immobiles, & incorporales ſpeciatim dicantur præſcribi.

An promiſcuè res omnes poſſunt vſucapi?

R. Non, ſed quædam prohibentur vſucapi; ut. 1. Res dominio & commercio noſtro exemtæ, vt liber homo, res ſacra, religioſa. §.1. *& l.9. hic.* 2. Res ſiue lege, ſiue teſtamentis hominum alienari prohibitæ. *e. gr.* fundus dotalis, *l.4. 16. de fundo dotali.* Res immobiles pupilli. *d. l.9. l. fin. hic.* Fidei commiſſariæ. *l. vlt. §. ſui autem C. com. de leg.* 3. Res vitioſæ, vt ſeruus fugitiuus, aut aliæ res, furto, vel ui poſſeſſæ. §.2. Niſi uitium ſit purgatum, id eſt, res in poteſtatem domini ſit reuerſa. 4. Res Fiſci, id eſt, fiſco acquiſitæ. Niſi ante quam fiſco ſint nunciatę, bonæ fidei emtori ſint traditæ. §.4. Deniq; res Eccleſię, *l. antepenult. Cod. de SS. Eccleſ.*

Qua

Quæ requiruntur ad perficiendam vſucapionem?

R. Duo. 1. Poſſeſſio, & quidem iuſta, ſeu ciuilis. *l. 25. ff. hoc tit.* 2. Tempus legibus definitum. *Princ. hic.*

Cur dicis poſſeſſio iuſta, ſeu ciuilis?

R. Quia ad vſucapionem & præſcriptionem, non tantum requiritur rei vacantis apprehenſio, ſeu mera naturalis poſſeſſio; ſed talis qua animo domini habetur. *cap. ſine poſſeſſione de reg. iur. in 6.* Item iuſtus titulus, ſeu cauſa poſſidendi ad transferendum dominium idonea; ſiue generalis, quæ pro ſuo dicitur; ſiue ſpecialis, vt emtio, donatio, ſucceſsio, aliæque enumeratæ. *toto tit. ff. de vſucap. & ſequentibus*, 2. Bona fides, id eſt, vt rem quis ſit conſecutus ab eo, quem putabat habere poteſtatem alienandi. *Princ. hic.* 3. Traditio domini, vel poſſeſſoris voluntate facta. *Princ. hic. & l. 2. C. de præſc. long. temp.*

An ſemper requiritur iuſta cauſa, ſeu titulus?

R. Omnino, adeò quidem vt opinatus, ſeu falſus titulus, (vt ſi quis falsò putet ſe emiſſe quod non emit) vſucapionem non pariat. §. 6. *hic.* Niſi erroris iuſta ſit cauſa; vtpotè quo caſu vſucapitur pro ſuo. *l. 11. ff. pro emtore.*

Quatenus requiritur bona fides?

R. Iure quidem ciuili in initio tantum. Adeò vt heredi, ſeu ſucceſſori mala fides autoris, quo minus vſucapere poſſit, noceat, ipſi bona fide poſſidenti, ſuperueniens mala fides non noceat. *l. 2. & penult. ff. eod.* Iure canonico verò ſemper adeſſe debet bona fides. *cap. poſſeſſ. de Reg. Iuris in 6.*

Quale tempus legibus definitum?

R. Aliud tempus fuit definitum iure veteri, aliud eſt nouo. Iure enim xij. Tab. ad rei mobilis præſcriptionem annus vbique unus; ad immobilis, in ſolo quidem Italico biennium requirebatur. Iure nouo Iuſtiniani, in rei mobilis vſucapione triennium, in rei immobilis, inter præſentes, id eſt, in eadem prouincia habitantes, decennium; (quod dicitur longum tempus,) inter abſentes, uicennium, & quidem in toto Imperio Romano requiritur. Quo temporis ſpatio præſcribuntur actiones reales, & criminales ferè omnes, *Schn. hic. de præſer. ſpeciebus num.* 44. Item publicæ accuſationes. *l. 22. C. ad l. Corn. de falſis.*

An non ſunt plures præſcriptionum ſpecies?

R. Nouiſſimo iure etiam eſt præſcriptio triginta annorum. Quo modo præſcribuntur res immobiles ſine titulo, & actiones perſonales. *l.3.4.7. C.de præſ.30.annor.* Quadraginta annorum, ſic præſcribuntur res ſpirituales Eccleſiæ & aliæ. Centum annorum, qua præſcribuntur res Romanæ Eccleſiæ. *Auth. Qua actiones. C.de S.S.Eccleſ.* Quibus accedit præſcriptio annalis, quæ hodie eſt iniuriarum verbalium, *l.5. C.de iniurijs.* Quadriennij, qua priuatus præſcribit contra fiſcum. *§.vlt.hic.*

Quomodo ſit temporis lege definiti computatio?

R. De momento in momentum, ſeu ab hora in horam; ita vt poſtremus dies totus pro momento computetur. *l.In vſucapionibus. ff.hoc. Tit.*

Qualis requiritur huius temporis continuatio?

R. Non præcisè talis, vt ſemper & continuò rei eiuſdemque poſſeſsio maneat penes vnum, ſed ſufficit ſi poſſeſsio ab vno ad alterum legitimè continuetur. *§.7.hic.*

An in quolibet ſucceſſore eodem modo ſit continuatio?

R. Non; diuerſum quippe ius eſt in ſucceſſore titulo uniuerſali, puta inter defunctum, & heredem; & inter ſucceſſorem titulo ſingulari, puta emtorem, & uenditorem. Quod in ſucceſſore uniuerſali ſufficit bona fides ipſius defuncti, & ſi ipſe hæres ſit in mala fide in ſucceſſore ſingulari tam authoris, quam ſucceſſoris, id eſt, tam emtoris, quam uenditoris bona fides requiratur. *§.7.hic.l.13. §.1. & §.cum quis. ff.de acq.poſſ.*

Quomodo probatur temporis continuatio?

R. Cenſetur probata, ſi modo extremorum temporum, id eſt, initij & finis, ſeu præſentis temporis poſſeſſio probetur. *Gl.in cap.cum Eccleſ.10.de cauſ.prop.& pol.*

Quis eſt vſucapionis effectus?

R. Varius. 1. Dominij adiectio, ſeu acquiſitio talis, vt exceptione dominij; non modo aduerſus agentes uſucapiens muniatur; ſed etiam ipſam rem ab antiquo domino uindicare poſſit. *l.traditionibus. Cod.de pactis. l.ſi quis emtionis. C.de præſc.30. annorum.* 2. Inducit iuſtum titulum. 3. Tollit quamuis obligationem &c. *Vide Vveſ.par.hic.*

Quid

Quid repugnat vſucapioni?

℟. 1. Interruptio, qua tempus continuandæ poſſeſſionis interrumpitur. *l.* 10. *Cod. de acq. poſſ.* Vtpote qua inchoata uſucapio ad nihilum reducitur, &, priore nihil commodante, de nouo inchoanda eſt. 2. In integrum reſtitutio, qua uſucapio planè è medio tollitur, ac ſi non fuiſſet. *tot. tit. Cod. ſi aduerſus vſucapionem.*

Quotuplex eſt interruptio?

℟. Duplex. 1. Naturalis; qua naturali aliquo facto, puta ui fluminis, uel maris; uel hominis ipſius, h. e. cum res mobilis auferitur, uel immobilis occupatur, alicui poſſeſſio interrumpitur. *l. naturaliter. 5. ff. hic.* vel res ab eo, qui eam nomine noſtro poſſidet alienatur. *l.* 33. § 4. *eod.* 2. Ciuilis; quæ fit per citationem, vel aliam extraiudicialem denunciationem teſtatò factam. *l.* 2. *C. de annali except.* magis quidem per litis conteſtationem. *l.* 10. *de acq. poſſ. ff.* 3. Iure pontificio ſpeciatim mala fide ſuperueniente. *cap. vlt. de præſcript.* Vtpote quo iure bona fides, & in omni quidem præſcriptionis genere, vt ſemper adſit requiritur. *cap. poſſeſſor de regul. iur. in 6. &c. ibi Dynus.* cùm iure ciuili ſufficiat eam ab initio adfuiſſe. *l.* 2. *pr. l. pen. pro emptore.*

TIT. VII.

De Donationibus.

Donatio quomodo eſt modus acquirendi dominij iure ciuili?

℟. Donatio, licet iuris ſit gentium, & ad contractus potius referenda videatur, tanquam modus acquirendæ rei, non corporalis, ſed incorporalis, ſeu obligationis, *arg. Infra de oblig. l. ff. eod.* ac inter cauſas vſucapionis referatur. *tit. pro donat. ff.* modus tamen acquirendi dominij iure ciuili hic conſtituitur, quatenus, ſecundùm eiuſdem iuris informationem, olim non niſi emancipatione, ſeu ſtipulatione & traditione perficiebatur; licet hodie iure nouo, vt ſtatim dicetur, aliud obtineat. *Vult. in Inſt. hic latè.*

Quid eſt donatio in genere?

℟. Liberalitas, quæ nullo iure cogente, ex ſola animi beni-

Quotuplex eſt?

R. Eſt vel propria; quæ eſt ſimplex, & pura, nullam habens cauſam, modum, vel conditionem adiunctam; eaque fit mente, vt donator nullo caſu rem donatam ad ſe velit reuerti. *dict. leg.* 1. *&* 29. vel impropria, quæ fit ob cauſam, ſub modo, aut conditione, cum liberalitate coniunctis, & propriè munus dicitur. *Godæus in legem* 194. *ff. de V. S.*

Quid eſt donatio ob cauſam, & ſub modo?

R. *Ob cauſam* donatio eſt, quæ fit ob cauſam impulſiuam; cum ideò datur quod aliquid factum vel futurum ſit, quod mouet donatorem vt donet. *Sub modo*, donatio eſt, cum datur, vt aliquid fiat, vel ſaltem vt fiat cum modo & lege certa. *l.* 1. §. 1. *h. t.* 4. Modus enim pro cauſa finali habetur. *l.* 17. *de condit. & demonſtrat.*

Quæ eſt conditionalis donatio?

R. Cum aliquid ita donatur, vt demum fiat accipientis cum aliquid fuerit ſecutum, vel ſi non ſequatur, ad priorem dominum redeat. *Vveſ. par. hic.*

Quid differunt donatio propria, & impropria?

R. 1. Quod propria donatio extra caſus & modos lege expreſſos, ne quidem imperiali reſcripto poſſit reſcindi. *l.* 5. *C. de reuoc. donat.* impropria, & ob cauſam quidem, ea non ſecuta poſſit retractari; vel ſub conditione facta, ea non impleta. *l.* 2. 6. *&* 8. *C. de cond. ob cauſ.* 2. Quod propria, vt rata ſit modum excedens, egeat inſinuatione. §. 2. *hic.* Impropria ea non egeat. *l. fin. C. hic. Nou.* 87.

Qui poſſunt ſimpliciter donare?

R. Omnes qui non prohibentur.

Qui prohibentur?

R. Prohibentur. 1. Natura, & infantes & deliri ſenes, tanquam intellectu carentes. *Ariſt.* 4. *Eth. cap.* 2. 2. Caſu, furioſi, mente capti, quia in his animus deeſt. *l.* 23 *ff. de donat.* 3. Lege, qui alienarum rerum habent adminiſtrationem; vt tutor, curator, adminiſtrator ciuitatis, procurator. *l.* 6. *C. de adminiſt.* niſi tutor ſit Principis. *Alex. Iaſon. Curt. in l.* 22. *C. de pactis.* vel procurator ſpeciale habeat mandatum. *l.* 6. §. *pen. ff. hic.* Item qui delinquendi, & fraudandi habent propoſitũ.

l.14,§.pen.ff.qui & à quib.man. Item qui non habent liberam rerum propriarum administrationem. *arg.l.7.pr.hic.* Pupilli, minores, prodigi, vxor res dotales, ne consentiente quidem marito. *arg,l.7. pr.h.t.tot,tit. D.& C.de fundo dot.Moz. de person, inter quas cadit donatio num.2. & seqq.* Item qui sunt alieni iuris, vt serui, filius familias, *l.28.§. filius, aut seruus ff.de pact. l. 1.princ. h.tit. Iul.Clar,§.donat. qu.6.* Potest tamen filiusfamilias donare iusta ratione motus, vel in dignitate constitutus,& de peculio castrensi, vel quasi. *d.l.7. Moz. & Clar. dict. locis.*

Qua res possunt donari?

℟. Res omnes, tam corporales, quam incorporales; sed donantis propriæ. *l.9,& 17. & 27.ff.hic.* etiam omnia bona, *l.35.§.4.& 5.C.hic.* Ita tamen vt donator sibi libertatem testandi non auferat, id est, aliquo, de quo testetur, reseruato. *Dd.communiter.* Non res sacræ, religiosæ, alienæ: *t.fin.ff. hic, §.nullius sup.de rer.d.* non feudum, vel emphiteusis, nisi consentiente domino, *t.vn.§.donare Quali olim pot.feud.alien.l.3, C.de iure Emph.*

Quibus potest donari?

℟. Cuilibet, amicis, extraneis, absentibus, etiam ignotis, *l.5. ff. hic,* nisi ijs donari prohibeat. *arg. l.43, §.1. de procurat.*

Quibus prohibetur propriè donari?

℟. 1. Natura; infantibus emancipatis, *l.5 ff.de R. I.* 2. Casu; furiosis, qui infantibus comparantur; quod acceptare donationem per se non possint. Acceptari tamen illorum quidem nomine à tutoribus, vel seruo idoneo; & horum nomine à Curatoribus donatio potest. *l.26. C.hic. tit.ff. D,C, de adm.tut.* 3. Lege, vt coniux coniugi, stante matrimonio. *t. t.ff.& C.de donat.inter vir.& vxor.* Pater filiofamilias,& filiusfamilias patri. *l,25.C.eod.* Miles, siue togatæ, siue armatæ militiæ focariæ, seu concubinæ suæ. *l.2.C. de donat. inter vir. & vxor.l.aduocati C.de aduoc.diuer. iudic.*

An nulla donatio inter coniuges valet?

℟. Valet. 1. Impropria, puta remuneratoria, reciproca, mortis causa. *l,7.§.2.l.10. l.11, hoc tit.ff.* Licet de reciproca quidam dissentiant,& de remuneratoria. 2. Etiam propria,

si do-

ſi donantem non reddit pauperiorem, nec acceptantem locupletiorem. *arg. l. 7. §. 1. hic. ff.* vel detur ad ædium exuſtarum refectionem. *l. 14. ibid.* vel ſub ipſo diuortij tempore, *l. 11. §. vlt, & l. ſeq. ibid.* Denique, ſi morte donantis. *L. 24. c. de don. inter vir. & vx.* vel iuramento confirmetur, *Dd. communiter*.

An nulla valet donatio inter patrem & filium?

Bz. Omnino. 1. Facta emancipato. *l. 13. §. pater ff. hic.* 1. Impropria, id eſt, remuneratoria. *Communis opinio.* 3. Etiam propria, morte, iuramento, vel ratihabitione poſt emancipationem confirmata. *L. 13. C. hic, & Dd. communiter.*

Quibus modis perficitur ſimplex donatio?

Bz. Perficitur donatio hodie ſolo conſenſu, id eſt, ſimul ac donator animum donandi declarauerit, & donatarij acceptatio acceſſerit; etiam ſcriptura deficiente, §. 2. *hic l. 2. §. 2. ff. eod.* Contra quam olim; tum enim non perficiebatur, niſi interpoſita ſtipulatione, aut præcedente traditione; pro quo hodie ex iſto conſenſu ad traditionem condictione ex lege, & (ſi ſtipulatio interceſſerit) actione ex ſtipulatu, modo, vt dictum, acceſſerit donatarij acceptatio, cogitur. *l. 35. §. ſiquidem C. hic. Nou. 62. cap. 1.*

Nunquamne ſcriptura præcisè hic requiritur?

Bz. Omninò, ſi quidem ſumma donata excedat quingẽtos ſolidos, id eſt, aureos; vtpote quo caſu requiritur inſinuatio, ſiue iudicialis, ſiue extraiudicialis apud iudicem competentem, vt in acta publica ad pleniorem fidem redigatur. *l. vlt. C. eod.* Sine qua inſinuatione vltra iſtam ſummam donatio non valet, *l. 34. C. eod.* niſi aut à Principe ſit facta, aut in eum collata; *d. l. 34.* aut in milites à magiſtro militum. *l. 36. C. eod.* aut pro redimendis captiuis. *d. leg.* aut pro refectione ædium. *l. 35. C. eod. l. argentum §. eandemque C. eod.* aut iuramento firmata, aut impropria ſit donatio. *Dd. communiter.*

Quis eſt effectus inſinuationis?

Bz. Quod donatio excedens plenam habet fidem, & ad integram ſummam valet, etiam in bonis extra territorium ſitis in quo facta eſt inſinuatio. *Gayl. 2. obſ. 23. num. 5.*

Quis eſt effectus ipſius donationis?

R. Effectus donationis perfectæ & ſimplicis quidem eſt. 1. traditionis neceſſitas; per quam, ſi res donatoris eſt propria, dominij tranſlatio; ſi aliena, vſu capiendi conditio transferatur. *l.6. 13. & 25. ff. hic.* 2. Vt repeti res donatæ nequeant. *l.14. eod.* vtpote datæ ne vllo caſu reuocari poſſint. 3. Actio ex lege, ſi ſolus conſenſus interceſſit; vel ex ſtipulatu, ſi interceſſerit ſtipulatio, re non tradita, vt tradatur. *l. ſi quis argentum §. final. C. hic.*

An nullo caſu reuocari donatio poteſt?

R. Non, niſi propter cauſas lege expreſſas; puta à donatore ſolo, propter enormem donatarij ingratitudinem: in cauſis legibus etiam ſpeciatim expreſſis. *l.1. 7.9. & 10. C. de reuoc. don.* 2. A donatore & liberis, eius heredibus, per eorundem ſuperuenientiam; ex tacita puta donationis conditione, niſi liberi ſuperueniant. *Goth. ad d. l.9. arg. l.3. de don. quæ ſub modo.* 3. Ab heredibus ſolis, legitima per donationem defraudatis, ſpeciatim reuocatur talis donatio per querelam inofficioſæ; qua res donata, ſaltem ad legitimam vſque, reuocatur. *Dd. in l.1. C. de reuoc. donat. Item l.1. C. de inofficioſ. donat.*

Quot ſunt ſpecies impropriæ donationis?

R. Huius donationis, (de qua ſpecialius hic agit Imperator:) duæ ſunt ſpecies: Eſt enim vel mortis cauſa; vel non mortis cauſa, ſeu inter viuos. *Princ. hic.*

DE DONATIONE MORTIS CAVSA.

Quæ eſt donatio mortis cauſa?

R. Mortis cauſa donatio eſt, non ea quæ præcisè fit à moriente; ſed quæ, quamuis à ſano, fit propter mortis ſuſpicionem ita, vt ob eam ſe donare exprimat. §.1. *hic.*

Quot eius conſtituuntur ſpecies?

R. Tres; 1. Quæ non metu imminentis mortis, ſed extra periculum, ſola mortis fit cogitatione, non ſtatim, ſed poſt mortem modò effectum habitura. 2. Quæ eadem fit conditione à conſtituto in periculo mortis. 3. Quæ ita fit metu mortis & periculi, vt res donata ſtatim quidem fiat accipientis, ſed poſt euitatum periculum repetenda. §.1. *hic.*

Quot

Quot modis ergo fit hac donatio?

R. Vel vt incipiat à traditione, vel vt incipiat à ſtipulatione, nudove pacto. idque in ſcriptis, aut ſine ſcriptura. *d. l. ſi quis argentum C. de donat.*

Quæ requiruntur ad donationem cauſa mortis?

R. 1. Expreſſa propriæ mortis, vel periculi mentio; citra quam propria donatio, & ſimplex præſumitur. *l.* 30. *&* 38. *ff. hic. l.* 42. §. 1. *hic.* 2. Præſentia donantis & donatarij; ob acceptationem etiam hic requiſitam. *l.* 38. *hic.* 3. Quinque teſtium præſentia; vt in omni vltima voluntate. *l. fin. C. hic.* Non inſinuatio, etſi ſummam quingentorum aureorum excedat.

Quis donare cauſa mortis poteſt?

R. Omnis qui teſtamentum facere poteſt, licet id non faciat. *l.* 25 *ff. hic.* Quin ab inteſtato donatio fieri poteſt. Vnde filius familias, licet teſtamentum facere, quamuis conſentiente patre, non poſſit, *l.* 16 *ff. Qui teſt. Int. p. ff.* eius tamen conſenſu donare mortis cauſa poteſt. *d. l.* 25.

Quibus poteſt cauſa mortis donari?

R. Ijſdem, & quidem ſolis qui legata accipere poſſunt; vt quibus in pleriſque hæc donatio comparatur. § 1. *hic. & l.* 29. *&* 30. *ff. eod.*

In quibus conueniunt legata cum hac donatione?

R. 1. Quod ijſdem, vt dictum, legatur, quibus morte donatur. §. 1 *hic.* 2. Vtrobique idem teſtium numerus requiritur. *l.* 3 *ff. hic.* 3. Per pœnitentiam reuocatio locum habet. §. 1. *hic.* 4. Quod vt legata, ſic donatio hæc per Falcidiam minuitur. *l.* 12. *ff. de don. l.* 35. §. *mortis, cauſa ff. hic.* 5. Quod donatario ante donatorem moriente irritatur, plane vt legatum legatario moriente ante Teſtatorem.

Quid differt à legatis?

R. 1. Quod legari abſenti; donari cauſa mortis, non niſi præſenti poteſt, niſi id fiat per procuratorem. *l.* 2. *Cod. hic. l.* 38 *ff. hic.* 2. Quod filiusfamilias cauſa mortis donare; non legare poteſt. *l.* 25. §. 1. *ff. hic.* 3. Quod legatum ab herede præſtatur; donatio à donantis traditione incipit. §. 1. *infr. de leg. l.* 19. *ff. de reb. cred.* 4. Si legatur in annos ſingulos, plura ſunt legata; ſi ita donatur mortis cauſa, vna tantum donatio eſt.

tio eſt. *l.* 35. §. *vlt. Quamuis obſtare videatur lex* 34. *Cod. de donat. Pat. Enchir. hic de donat.*

Quæ donari cauſa mortis poſſunt?

℟. Eadem quæ purè & ſimpliciter inter vivos donari poſſunt (cum quod inter vivos licet, id multo magis liceat in vltima voluntate. *Supra de lege fuſia Caninia Toll.*) Etiam omnia bona præſentia & futura: non tamen hereditas tanquam hereditas, id eſt, titulo hæreditario. Quia pactis hereditas non datur. *l. hereditas. C. de pactis conuentis.*

Quis eſt effectus huius donationis?

℟. 1. Vt morte inſecuta rata ſit, quaſi impleta eiuſdem conditione; ob non ſecutam mortem donatoris; ſiue ab donatarij mortem ante donatoris ſecutā reſoluantur. *gl. in l. 4. §. 1. verb. ſponſpondiſſet de dot. mal. excep. l. 22. ff. hic. Vvel. par. hic. num.* 7. Ita, vt ad res ex donatione traditas repetendas condictio detur. §. 4. 2. Quod reuocari pœnitentia à donatore, non minus quam legatum poſſit, vel alia quæuis vltima voluntas, vt pote cui, quo ad effectum quidem, potius quam contractui ſimili eſt, & per clauſulam, de non reuocando, adiectam, in donationem inter vivos tranſit. *l. 27. hoc. tit. l. 1. & 2. Cod. eod.*

DE DONATIONE INTER VIVOS.

Quotuplex eſt donatio inter vivos?

℟. Iitius donationis plures ſunt ſpecies, pro conditionum, vel cauſarū, ſub quibus fiunt, ratione. Præcipuæ ſunt, remuneratoria, & quæ fiunt nuptiarū cauſa, *Clar. §. don. q. 2.*

Quæ eſt remuneratoria?

℟. Remuneratoria (ad quam reciproca refertur) eſt donatio, qua aliquid, animo remunerandi acceptum beneficium, vel præcedentem donationem mutua compenſandi, in alium confertur. *Obrecht. de donat. propter nuptias th.* 135.

Qui poſſunt remunerationis cauſa donare?

℟. Omnes qui aliàs poſſunt donare ſimpliciter, & in quos beneficium conferri poteſt. Eſt enim ad *ἀντιδωρα* obligatio naturalis. *l. pen. § ff. de donat.*

Quæ requiruntur in remuneratoria donatione?

℟. Plura.

¶. Plura. 1. Beneficium, quod compenſetur remuneratione. 2. Vt remunerandi cauſa, aliquid in alium, ſiue tradendo, ſiue promittendo conferatur. 3. Vt res donata accipiatur. 4. Vt indonatore adſit remunerandi animus. 5. Vt remuneratio fiat pro menſura accepti beneficij. Quod aliàs id quod excedit, in ſimplicem donationem, tranſeat, niſi vel nobilis, vel dives ſit qui hoc modo donat. *Ext. de donat. nobil. Tiraq. in l. 8. num. 73. C. de reuoc. donat. 6.* Vt beneficium, quod remuneratione compenſatur, nominatim exprimatur. *Obrecht. eod. th. 166. & ſeqq.*

Quis eſt huius donationis effectus?

¶. In pleriſque idem qui in donatione ſimplice inter vitios: nempe, quod data repeti non poſſint, & tradi debeant, tradita dominiũ tranſferant, vel vſucapiendi conditionem; reuocari poſſit per ingratitudinem, & ſuperuenientiam liberorum. §. 2. *hic. Obrecht. eod. th. 203. & ſeqq.* Differt, quod remunerator de euictione, teneatur, non ſimplex donator. *l. 131. ff. de verb. obligationibus.*

Quotuplex eſt donatio quæ fit nuptiarum cauſa?

¶. Triplex: ſponſalitia munera; arrhæ ſponſalitiæ; dos & donatio propter nuptias, cuius pars dotalitium, *Obrecht. de don. non mortis cauſa th. 5.*

Quid ſunt ſponſalitia munera?

¶. Sunt munera quæ ſponſus, ſocer, atit ſocrus ſponſæ aut ſoceto; vel contra ſponſa ſponſo, dat matrimonij contemplatione, vel etiam mera liberalitate. *Obrecht. eod. th. 6. Sec. Rub. C. de don. ante Nupt.*

Quis eſt iſtius donationis effectus?

¶. Effectus talis donationis eſt, vt ſiquidem ſit facta mera liberalitate, ſiue ſecutæ ſint nuptiæ, ſiue non, mortuo donatario reddantur: matrimonij futuri contemplatione data reddantur donatori, ſi oſculum non interuenerit; ſecus non reddantur data ſponſæ à ſponſo: data ſponſo à ſponſa, ex parte dimidia, *l. ſi à ſponſo C. de donat. ante nupt.* Hodie moribus noſtris ſponſalitia quidem munera dantur & accipiuntur; ſed ſiue ſponſus ſiue ſponſa moriatur, nulla datur ſuperſtiti condictio, licet oſculum interuenerit: ſed morte donatio confirmatur. *Obrecht. eod. latè.*

Qua ſunt arrha ſponſalitia?

Bz. Quæ dantur in argumentum, & confirmationem contractorum ſponſaliorum.

Quid differunt à ſponſalitia largitate?

Bz. Tribus modis. 1. Quod arrhæ dantur à ſponſo ſponſæ; non contra: ſponſalitia munera vtrimque. 2. Non ſecutis nuptijs culpa ſponſi, is arrhas amittebat, ſi culpa ſponſæ eſſet, ipſa duplicatas eas reddebat; cum ſponſalitia munera tantum in ſimplum redderentur. 3. Secutis nuptijs, ſponſalitia munera nullo caſu ſponſo reddebantur. *l.* 11. *C. de donat. ant. nupt.*

DE IVRE DOTIVM,

Et donatione propter nuptias.

Quid eſt dos?

Bz. Variè à varijs definitur; nobis eſt, ius in re, quod marito à muliere, vel ab alio pro ea, conſtituitur, ad ſuſtinenda matrimonij onera, *l.* 3. *ff. de Iure dotium.*

Quis eam conſtituit?

Bz. Vel mulier ipſa, ſi eſt ſui iuris; vel alius pro ea, ſiue ipſa ſit ſui, ſiue alieni iuris; iſque ſit vel pater, vel parens paternus, id eſt, auus; ſiue extraneus. *Vult. Iuriſp. lib.* 1. *cap.* 20.

Quotuplex itaque eſt dos?

Bz. Diuiditur in profectitiam & aduentitiam, *l.* 5. *hic. l. un.* §. *plenius ff. de rei. vx. act.*

Qua eſt profectitia?

Bz. Profectitia eſt, quæ à patre mulieri conſtituitur; vel ab auo, aut proauo paterno; ſiue pater ipſe eam dederit, ſiue alius eius nomine & iuſſu; modò pater dederit eam, tanquam pater, vel auus, tanquam auus; non ſi dederit tanquam debitor; vel tanquam alterius qui dotem promiſit fideiuſſor. *l.* 5. *ff. de Iur. dot.*

Qua eſt aduentitia dos?

Bz. Quæ ab alio quàm à patre, auo, aut proauo paterno conſtituitur; puta, à matre, auo materno, fratre, vel ſorore, de bonis ipſorũ, & facto; vel à tutore, aut curatore mulieris,

& qui-

& quidem de ipſius filiæ bonis, vel facto: atque ita quæ ab extraneis conſtituitur dos aduentitia dicitur.

Quomodo vtraque dos ſubdiuiditur?

R. In receptitiam, quando conſtituens de ea ſoluto matrimonio recipienda, eſt ſtipulatus; & non receptitiam: in qua talis ſtipulatio non interceſſit. *Vlp. Fragm. tit. de donat. 2.* In veram dotem, quę vero accedit matrimonio; & putatiuam, quę accedit matrimonio illegitimo, quanquam veræ dotis habeat priuilegia, *l. 1. in fin. ff. de priuil. creditorum.* & nullam, quæ nuptijs nullis accedit. §. 12. *Infra de Nupt. Vult. Inſt. ad d. §. num. 8.*

Qui poſſunt dotem conſtituere?

R. Dotem conſtituere quiuis poteſt, cuiuſcunq; ſit ſexus & conditionis, etiam minor: modò eam conſtituat modicè: & quidem ita, vt dotem promittendo omnes obligentur, etiam interpoſitus fideijuſſor. *l. 4. De iure dotium.*

An omnes eodem iure conſtituunt dotem?

R. Non; ſed alij eam ante promiſſionem tenentur conſtituere; alij promittunt liberè, & non obligantur, niſi ex ſua promiſſione.

Qui tenentur conſtituere dotem?

R. Tenentur dotem conſtituere, & cogi poſſunt pater naturalis & legitimus, filiam habens in poteſtate. *l. 41. de Iure dotium. l. 6. de collat.* Niſi ipſa ſit hęretica, turpiter viuens, aut inſcio patre minor viginti quinque annis nubat: *l. 19. C. de hæret. Nou. 115. c. 3. §. 11. & 14.* naturalis ſit, aut ex damnato coitu nata, *Nou. 89. c. 12. l. 19. ff de inoff.* aut ipſe pater, auus, aut proauus inopes ſint. *d. l. 6. Verſ. quippe.* Adoptiuus pater an teneatur filiam adoptiuam dotare, ambigitur à Dd. *Obrecht. diſp. de patr. mul. th. 98. 2.* Item tutores & curatores, pro modo facultatum ipſarum puellarum & maritorum dotare tenentur, ſi habeant modò vnde dotentur. *l. 60. ff. de iure dot.*

Qui conſtituunt dotem liberè?

R. Mater filiæ, auus maternus neptis frater ſorori, niſi inopes ſint; quo caſu eam dotare tenentur; reliqui planè pro arbitrio dotem conſtituunt. *l. Vnic. ff. de rei vxoria act.*

Quæ res dantur in dotem?

R. Res

mātò datam dotem ab vxore præsumitur.

An semper dos nudè constituitur?

§. Plerumque eius constitutioni solent addi, pacta, quæ dotalia vocamus. Eum in finem, vt vel certam reddant dotem; vt qualis quantaque sit constet; vel de lucro dotis, alijsque circumstantijs conditionem ponant. Quæ, nisi causam dotis reddant deteriorem, *l.14. & seq. ff. de pact. dot.* vel bonis aduersetur moribus, omnia seruāda sunt, *l.5.6. ff. eod.*

Quis est effectus constitutæ dotis?

§. Non vnus. 1. Actio bonæ fidei, competens marito aduersus promissorem, quā quouis modo constitutam dotem petat. *Nou. 4. n. 1. Vvesenb. par. hic. 2.* Tacita hypotheca in bonis promissoris. *Vvesenb. par. eod. 3.* Actio ex emto, rebus in dotem æstimatò datis. *l. 26. & 34. ff. h. t. 4.* Quòd fructus rei dotalis maritus lucratur ad onera matrimonij sustinenda, *l.7. l.10. §.3. hic. 5.* Quod soluto matrimonio datur similis actio ex stipulatu mulieri, eiusque patri, vel heredibus aduersus maritum, eiusve heredes, ad dotem repetendam, *tot. tit. D. & C. solut. matr. dos quem. pet.* Imò & rei vindicatio, & hypothecaria *l.20.39. C. hic. l.12. C. qui pòst in pign.* Constante matrimonio, nisi ad inopiam vergente marito, cui insciens vxor nupserit, hæc repetitio non datur. *Gayl. 2. obs. 84.*

Quid est donatio propter nuptias, olim ante nuptias dicta?

§. Est actus quo maritus ipse, vel alius eius nomine res mobiles, vel immobiles, aliasve propter dotem, vel nuptiarum affectionem mulieri confert.

Quis eam constituit, & quā in re?

§. Tum maritus, tum pro eo quilibet. *l.14. h. N. 119. pr.* & quidem in re qualibet, tam mobili, quam immobili.

Quæ requiruntur in ea constituendā?

§. Vt fiat animo propter nuptias donandi, qui si absit, in aliud genus donationis transit. 2. Vt constituatur, augeatur, minuatur pro dotis ratione, etiam constante matrimonio, iure nouo, non veteri. 3. Vt, si excedat quingentos aureos, actis insinuetur. Nouissimo quidem iure ex parte viri, non mulieris; quatenus nimirum vir pro rata donationis propter nuptias lucrum ex dote captat, *Nou. 127. cap. 2.* vtpotè quod lucrum finis est ipsius insinuationis. 4. Æqualitas vetò

rò in constituenda hac donatione, iure veteri quoad ipsa pacta, non quoad quantitatem esse debuit, nouissimo etiã quoad quantitatem, *Nou.27.c.1.* Hodie rursus ista æqualitas non obseruatur. *Gayl.2. obseru.78.5.* olim ante nuptias debuit constitui, nec post eas constituta procedebat: iure nouo, & constitui, & augeri, & minui post nuptias potest, sicut & dos. §.3 *hic.*

Quis est effectus huius donationis propter nuptias?

R. 1. Quod ne maritus vlla bona dotalia alienare, vel pignori obligare possit, mulieri in hac donatione aduersus omnes possessores actio in rem competat. 2. Quod fortius ius habeat in rebus sic donatis pro dote recuperanda, *vt not. in L. assiduis C. qui pot. in pign.* 3. Commisso adulterio à marito, vxor cum eo agens ciuiliter, hanc donationem lucratur. §. *quia Authent. vt liceat matri, vel auiæ.* 4. Marito vergente ad inopiam vxor eam à creditoribus reuocare potest. *l. vbi, ibique Authent. C. de iur. dot.*

Quæ est dotis, & huius donationis comparatio?

R. Inter dotem, & hanc donationem ita comparatum est, vt ijsdem passibus in plerisque ambulent. 1. eodem tempore constitui, augeri, minui possint. 2. eadem quantitate, ijsdemque conditionibus. 3. vt sicut fictione iuris dotis dominium transit in virum; sic donationis propter nuptias dominium transeat in vxorem. 4. vt, soluto matrimonio, dos ad vxorem, vel ad eum redit, qui dedit, sic hæc donatio redeat ad maritum *Nou.97.c.1. & 2. l. vlt. C. de don. ante nupt. Pac. Ep. disp. hic in th.22.* Differunt tamen in eo, quod maritus lucratur fructus dotis durante matrimonio: vxor verò, matrimonio durante, fructus donationis huius non lucratur.

An mulier nihil ex hac donatione, vel alijs mariti bonis vnquam lucratur?

R. Potest ex hac donatione, vel alijs mariti bonis mulier lucrari soluto matrimonio; idque ex conuentione, & pacto. (quæ bonorum pars dotalitium dicitur; & pro consuetudine constituitur:) nisi per adulterium, iniustam separationem, vitæ turpitudinem, vel alijs modis ipsa ea se fecerit indignam. Et lucrari quidem mulier potest dotalitiũ,

siue

siue pleno dominio, siue quoad vsumfructum tantùm.

Quid differt hæc donatio à sponsalitijs muneribus?

℟. Quod sponsalitia munera propriè ante nuptias dentur; hæc etiam post nuptias fiat. §. 3. *hic.* 2. Quod sponsalitia munera verè fiant vxoris, siquidem suis vsibus ea retinuerit; *l.* 16. *c. de don. ant. Nupt.* & dissoluto matrimonio repeti non possint à maritis. *Vult. Iurisp. l.* 1. *c.* 18. *num.* 15. hæc ante nuptias constituta repeti possit. 3. Quod sponsalitia munera constituantur, tam à sponsa, quam à sponso; hæc donatio tantum à marito, vel alio eius nomine.

Quis est tertius modus acquirendi dominij hoc titulo ab Imperatore propositus, & an hodie obtinet?

℟. Tertius modus acquirendi dominij olim erat, iure ciuili, per ius accrescendi; hic ita explicatus, quod serui communis ab altero dominorum libertate donati pars socio accrescebat: Is verò acquirendi modus à Iustiniano est sublatus, per Constitutionem, qua, vt dominus iste partem pretij pro seruo ita manumisso accipere cogeretur, constituit. §. *vlt. hic.* Pro quo iure, in vltimis potissimum voluntatibus, aliud ius accrescendi hodie obtinet: de quo agetur infra *tit. de Legatis* fusius. Et illud est, quando duobus in eodem iure, siue successione existentibus, vno non petente, seu non concurrente, seu concurrere desinente, eiusdem portio alteri petenti & concurrenti accrescit. *Tot. tit. de Vsufruct. accress.*

TIT. VIII.

Quibus alienare licet, vel non licet.

Dixisti supra effectus dominij esse liberam de reb. nostris præsentibus dispositionem, & earundem absentium vindicationem: An ergo earundem alienatio (qua est dominij translatio, l. 1. *C. de fundo dot.) omnibus semper, & solis dominis competit?*

℟. Alienatio, seu omnis actus per quem dominium trãsfertur, non semper omnibus, nec solis dominis competit.

Vnde hoc fit?

℟. Id inde est, quod verus dominus non ita est rei suæ moderator & arbiter, quin legis dispositio eum moderetur;

Vnde

Vnde eatenus domino tantum alienare licet, quatenus id lex permittit. Deinde quod ipse dominus sibi ipsi potestatem ex dominij iure competentem minuere, vel planè auferre potest.

Quæ exempla proponit Imperator dominorum, qui cum domini sunt, res suas ipsi alienare non possunt?

R. Maritum in fundo, seu re dotali. 2. Pupillum, & minorem.

Quid ergo hic iuris circa maritum in re dotali?

R. Maritus, (vt & sponsus) etsi constante matrimonio subtili ratione efficitur dominus rei dotalis; tamen fundum, id est, res soli & immobiles dotales, id est, in dotem datas, seu quasi dotales, & pecunia dotali comparatas qualescunque etiam mobiles, quæ seruando seruari possunt, inæstimatò in dotem datas, etiam consentiente muliere, vel sponsa (etiamsi consensus mulieris iuramento sit firmatus) iure quidem ciuili (non in casu iuramenti de iure canonico) alienando, vel distrahere, vel oppignorare non potest. *Pr. hic. Bart. in l. 1. num. 18. ff. solut. matr.*

An nullo id potest casu?

R. Mobiles quę seruando seruari non possunt, tanquam viliores, aut etiam immobiles æstimatas, si soluendo est, consensu mulieris alienare potest. *Bart. eod.* 2. Cæteras non potest alienare, nisi propter necessitatem, & quidem non aliam, quam sustentandæ coniugis, & liberorum. *Iohan. Fab. post gl. in verbo prohibetur. hic.*

Quid iuris circa pupillos & minores?

R. Circa pupillum, pupillamve id ius est, quod rem nullam aut alienare, aut rei mobilis, siue immobilis possessionem, nequidem naturalem, in alium transferre possit. 2. Vt neq; pecuniam alteri mutuare, neq; creditori suo in solutum dare possit, ita vt accipientis fiat, nisi præsente, atque authore tutore. Quod, si aliter pupillus faxit, vindicare pecuniam, si extat, vel bona fide consumtam condicere; mala fide consumtam, sibi exhiberi petere potest. 3. Vt, neq; ipsi sine tutoris authoritate, ita vt liberetur, soluere pecuniam debitor possit: Quam tamen, si vel eam saluam habet adhuc pupillus, vel ex ea factus sit locupletior,

debi-

debitum ſolutum iterato tutor repetere non poteſt. §. 2. *hic.* Adulti minores ſimiliter, curatorem habentes, ſi quicquam alienant ſine eius conſenſu, contractus ipſo iure nullus eſt: ſi non habent curatorem, ſubſiſtit quidem contractus; ſed læſi in integrum reſtituuntur, *l.* 3. *C. de reſt. in t. min.*

Qui accenſentur minoribus curatorem habentibus, quoad rerum ſuarum alienationem?

R. Prodigi. *d. l.* 3. *l.* 15. *de verb. oblig.* Item furioſi §. 3. *ſupra de Curat.* Quibus eodem iure accedunt filiusfam. reſpectu bonorum aduentitiorum in quibus pater habet vſumfructum. *l. ſui.* §. *filius C. de bon. qua lib.* Vaſallus ſimiliter; quatenus feudum ſine conſenſu domini & agnati: Emphyteuta, quatenus intra duos menſes, ex quo atteſtationem domino miſerit, empiteuſin, ſine conſenſu domini non poteſt alienare; ob ius videlicet, quod dominus directus in emphiteuſin & feudum habet. Item maieſtatis, aut preduellionis crimine, aut hereſeos nota damnati; de quibus omnibus infra ſuis locis.

Qui habent alienandi poteſtatem cum non ſint domini?

R. Creditor in re ſibi oppignorata; tutor & curator in rebus pupilli & minoris, & ſimiles rerum alienarum adminiſtratores; quatenus quidem ipſis facta eſt poteſtas.

Quatenus ius alienandi pignoris habet creditor?

R. Creditor, ſiue res oppignorata ut uendi poſſit, conuentum ſit, nec ne, vendere illud poteſt, debitore in mora ſoluendi exiſtente; ſed iuxta leges conuentionis, venditionem interceſſerit: Si nihil de ea conuenit, poſt vnam denunciationem, debitori teſtato factam, vt pignus luat, & inde expectatum biennium: Si expreſsè inter partes conuenit de pignore non diſtrahendo, poſt factam trinam denunciationem, cum curſu biennij, fiet codemnatio per iudicem, petente creditore, vt pignus diſtrahatur. §. 1. *hic. l.* 64. *ff. de diſtr. pign. Vvef. par. ibidem.*

Quid ſi pignus non inueniat emtorem, nec id debitor luat?

R. Petente creditore, conſtituetur per iudicem tempus debitori intra quod pignus luat, ea lege, vt ſi in mora ſit, liceat creditori id habere dominij iure: ita tamen, vt, ſi poſt idem tempus intra biennium offerat totum debitum, cum

omni

omni damno & intereſſe, per iuramentum creditoris aſſerendi, adhuc id luere poſſit. Idque ſecundum conſtitutionem. *l.3.§.2.C.de iure dominij impetrando.*

Quomodo res eorum qui ſunt ſub tutela & cura à tutoribus & curatoribus alienantur?

Bz. Iſti quidem res pupilli, vel minoris mobiles, quæ ſeruando ſeruari nequeunt, liberè alienant; mobiles, quæ ſeruari poſſunt, vel immobiles non, niſi vel à pupilli parentibus permiſſa ſit alienatio, (quorum ſola ita ſufficit voluntas, vt aliud non requiratur, *l.1.& 3.t.t. Quand.decr.opus non eſt.*) vel ſi non eſt permiſſa, adſit iuſta alienandi cauſa, puta æris alieni à pupillo debiti, quòd diſſolui aliter non poſſit, aut pupillus aliunde ali non poſſit, & cognitio magiſtratus circa eandem neceſſitatem, vt poſt eam decretum interponatur. Quorum trium vno deficiente, aut etiam ex falſa cauſa interpoſito decreto, adeò nulla eſt alienatio, vt à quocunque poſſeſſore, etiam abſque pretij reſtitutione, vindicari prædia vendita poſſint, niſi vitium ſuppleuerit confirmatio principis. *l.1.ff.de rebus eorum qui ſub tut.& cura ſunt ſine decreto non alienandis & ibi Vvef. l.1. & 3.C de prad. minor & l.1. C. quand.decret.non eſt opus.*

An & alij res non ſuas rectè alienant?

Bz. Omnino alij rerum alienarum adminiſtratores ordine legitimo eas poſſunt alienare, vt procurator, iuxta mandatum; Prælatus eccleſiæ, ſecundum modum canonibus conceſſum. Similiter iudex res alienas alteri adiudicando. §. *vlt. infra de Off. iud.* Item Princeps lege ordinando vſucapionem. *Pr. ſupra de Vſucap.*

TIT. IX.

Per quas perſonas nobis acquiritur?

SVpra actum de modis acquirendi dominij, tum iure gentium, tum ciuili per ſingularitatem, nunc videndum per quas perſonas ita nobis acquiratur ſiue dominium, ſiue poſſeſſio.

Bz. Acquiritur ita, non tantum per nos ipſos, quod non eſt dubium, ſed etiam per alios.

Bz. Per

Per quas alias personas nobis acquiritur?

R. 1. Per eas, quas in potestate habemus, siue liberos nostros, siue seruos. 2. Per seruos alienos, in quibus siue vsumfruct. siue vsum tantum habemus. 3. Per liberos homines, vel seruos quos bona fide possidemus. 4. Per extraneam personam. *Pr. hic.*

Quomodo acquirimus per liberos nostros quos in potestate habemus?

R. Per liberos nostros quos in potestate habemus olim parentibus acquirebatur, sine distinctione, quicquid vllo iure ad ipsos perueniret, excepto peculio castrensi, id est, quod in castris, aut occasione militiæ armatæ acquirerent, ex Iustiniani constitutione. Hodie, quod ex re patris filio obuenit, totum acquiritur patri. Quod ex occasione militiæ, siue armatæ, siue togatæ filio obuenit, totum ipsi filio acquiritur. Quod præter vtramque istam causam filio obuenit, puta ex successione materia, vel alia, industria, aut fortuna prospera, in eo ipsi filio proprietas, patre vsumfr. habente, acquiritur. §. 1.

Quid acquirit pater filium habentem peculium aduentitium emancipando?

R. Olim tertiam partem dominij in isto peculio retinebat; hodie, ex Imperatoris nostri constitutione, manente penes filium integra proprietate, retinet tantum pater dimidiam partem vsufructus. §. 2. *hic.*

Quomodo acquirimus per seruos proprios?

R. Cum serui nihil proprium habere possint; citra vllius peculij distinctionem, ita acquirimus per eos, vt quod ex traditione nanciscuntur, siue ex stipulationis, donationis, legati, aliaue qualibet causa, id nobis etiam ignorantibus & inuitis obueniat; imò verò etiam hæreditas, sed non nisi nostro iussu adita; ne æri alieno inuitum, aut ignorantem dominum subijciant. l. 25. §. *iussum ff. de acq. her.*

Quomodo acquirimus per seruos in quibus tantum habemus vsumfructum, vel vsum.

R. Per eos acquirimus tantùm quod, siue ex re nostra, siue ex opera sua acquirunt: quod extra illas causas consequuntur ad dominum proprietatis redit. §. 4. *hic.* Si in ser-

uis vſum tantum habemus, tantum acquirimus quod ex re vſuaria conſequuntur; quod operas ſerui vſuarius alteri locare non poſſit. *l. per ſeruum pr. ff. de Vſu. & Hab.*

Quomodo acquirimus per liberum hominem, vel ſeruum alienum quem bona fide poſſidemus?

R. Circa liberum hominem, quem errore facti nobis ſeruientem, tanquam ſeruum; vel ſeruum alienum, quem ſimiliter errore, tanquam meum poſſideo, idem ius eſt, quod circa ſeruum vſufructuarium; vt ex præcedentibus duabus cauſis nobis acquirant. Sed circa id, quod ex alijs cauſis acquirunt, id iuris eſt, vt id ad ipſum acquirentem pertineat, ſi liber eſt; vel ad dominum, ſi ſeruus eſt; niſi bonę fidei poſſeſſor ſeruum vſuceperit; vtpote quo caſu, cum ſeruus domini factus ſit, per eum ex omnibus cauſis ipſi acquiratur. §. 4. *eod. Verſ. idem placet.*

An vſufructuarius ſeruum vſucapere non poteſt?

R. Non poteſt. 1. Quia non poſſidet ciuiliter, ſed naturaliter tantum, & quidem non ſibi, ſed proprietario. 2. Quia ei deeſt bona fides, quod ſciat ſeruum eum eſſe alienũ. §. 4.

Quid vero per præcedentes perſonas acquirimus?

R. Non proprietatem modo, ſed & poſſeſſionem. Per liberos quidem noſtros, & ſeruos proprios omnino; vel ſaltem vt per eos nobis vſucapio procedat. *l. 14. ff. acq. poſſ.* Per cæteros verò quatenus poſſeſſionem ex re noſtra, vel operis ſuis adepti fuerint. §. 3. & 4.

An per liberas perſonas, in quas nihil iuris habemus, ſeu extraneas, (vt hic vocantur,) nihil acquirere poſſumus?

R. Per tales, ſiue etiam per ſeruos tales alienos nihil nobis acquiri poteſt; excepto procuratore, à nobis, vel coram, vel per nuncium, aut epiſtolam, cum mandato vt nobis acquireret, conſtituto. §. 5. *hic.*

Quid acquiritur nobis per procuratorem?

R. Procurator acquirit nobis poſſeſſionem, non ſcientibus modò, ſed & ignorantibus eam traditam, modò ipſam, vt nobis acquireret, acceperit, *l. 1. §. 11. & 12. de acq. poſſ.* Eius verò poſſeſſionis interuentu (ſed ex cauſa iuſſa) dominium; ſi quidem is, qui poſſeſſionem tradidit, dominus fuerit, & dominij transferendi mentem habuerit. *l. 13. ff. de acq. dom.*

vel

vel vſucapiendi facultatem, ſi dominus modò fuerit opinione; & ipſi rem noſtram procuratori traditam nouimus, §. 6. *hic*. Niſi ea mente procuratori res ſit tradita, vt nō prius noſtra eſſet, quam ad manus noſtras peruenerit: quippe quod tum, vt noſtra ſit, debeat ad manus noſtras peruenisſe. *l. 1. §. per procur. ff. de acq. poſſ.*

TIT. X.

De Teſtamentis ordinandis.

AN prater precedentes modos acquirendi dominij per ſingularitatem non ſunt alij?

℟. Omnino; puta legata & fideicommiſſa; quæ, quod eorundem explicatio in teſtamentorum materia commodius procedit, ad eam ab Imperatore referuntur. §. *vlt. tit. praced.*

Quot modos acquirendi dominij iure ciuili per vniuerſitatem, ſeu ſucceſſionem, recenſet Imperator?

℟. Plures; puta hereditatem, bonorum poſſeſſionem, arrogationem, libertatum conſeruandarum cauſa addictionem; denique quæ olim fiebant per bonorum venditiones & ex S. C. Claudiano. *Supr. tit. prox. §. 6.*

Quid eſt hereditas?

℟. Hereditas nihil aliud eſt, quàm ſucceſſio in vniuerſum ius, quod defunctus tempore mortis habuit. *l. 24. ff. de R. I.* Nempe licet hereditatis vox quandoque accipiatur pro rebus hereditarijs. *t. t. de fam. herciſc.* tamen Iuriſconſultis propriè nomen iuris eſt, ipſum ius ſuccedendi in bona defuncti notans. *Supra de rebus corp. & incorp.*

Cur dicis in definitione in vniuerſum ius?

℟. Quod omnia iura, tam actiua, quàm paſſiua, hoc eſt omnia, commoda & incommoda defuncti in heredem trāſeant; adeò vt heres vna eademque perſona cum defuncto cenſeatur, & quidem ſiue ex aſſe heres ſit, ſiue ex parte inſtitutus. Quia in partem vniuerſi ſuccedit, & in ea perſonam defuncti repræſentat.

Quamobrem dicis, quod defunctus tempore mortis habuit?

R. Quia ex eo demum tempore incipit esse hereditas. *l.1.§.post mortem ff.qui Test.fac.poss.*

Quot modis defertur hereditas & acquiritur?

R. Duobus; vel ex testamento, quæ testamentaria; vel ab intestato, quæ legitima successio dicitur. De illa prius agit Imperator, quod successioni ab intestato non est locus, donec ex testamento heres speratur.

Testamentum vnde dicitur?

R. Ex eo quod sit testatio mentis. *Princ.hic.* non ex verbis, more grammaticorum, sed ex re, more Iurisconsultorum, vocis notatione mutuata. *Princ. hic.* Quia testandæ mentis causa testamenta conficiuntur.

Quomodo definitur?

R. Testamentum est voluntatis nostræ iusta sententia, de eo quod quis de bonis suis post mortem suam fieri velit; directam heredis institutionem sui natura continens. *l.1. ff. qui Test. fact. poss.*

Explica definitionem?

R. Dicitur testamentum *sententia*: quia certam dispositionem continere debet. Dicitur *sententia voluntatis nostræ* quia vt ratum sit, debet ex propria testantis voluntate proficisci, & continere liberam testatoris dispositionem, non vi, aut metu extortam, nec delinimentis, & instigationibus nouercalibus inductam; nec in alterius voluntatem collatam, aut ex alterius arbitrio pendentem; non captatoriam. *l.4. ff.de inof. test.l.32. de hared. instit. l.70. ff. hic.* Dicitur *iusta sententia*, quasi legitima, id est, secundùm præcepta legum facta. Dicitur *de eo quod quis* (puta testator, & solus quidem) *de bonis suis fieri velit*: vt à contractu distinguatur, qui duorum consensu constat. *l. 20. de V. S.* Adijcitur: *post mortem*: quia testatoris voluntas vsque ad mortem est ambulatoria. *l.1.C.de S.S.Eccl.* & morte primùm testamentum vires accipit. *Nou. 22. cap.2.*

Testamenta quo iure introducta?

R. Testamenta, si simpliciter pro vltima voluntate accipiuntur, origine & inuentione iuris gentium sunt. Si strictè accipiuntur, pro testamento, vt modò descriptum est, secundum iuris ciuilis informationem; etiam iuris ciuilis dicitur,

tur, eoque sensu testamenti factio ad ius publicum refertur; quia ius testandi legum, non priuata authoritate defertur. *l. 3. ff. qui test fac. poss. Vigl. in* §. 2. *hic num.* 5.

Quotuplex est testamentum?

R. Duplex; vel perfectum, quod directam heredis institutionem continet; modò definitum: Vel imperfectum, quòd modò habet ordinationes alias, citra talem heredis institutionem, vt Codicillus, de quo infra.

Quotuplicia fuere testamenta perfecta iure veteri?

R. Tria ex iure ciuili. 1. Quod calatis comitijs, in pace pro concione populi fiebat. 2. Procinctum dictum, quo in bello vtebantur milites, accincti armis & in prælium exituri. 3. Quod duobus prioribus successit, per æs & libram dictum; quia fiebat per imaginariam quandam familiæ venditionem, qua quinque testibus, ijsque ciuibus Romanis, & libripende præsentibus, cum eo qui familiæ emtor dicebatur, per istam quasi venditionem successio deferebatur. §. 1. *hic.* Ex iure prætorio talis testandi forma introducta, qua, sublata imaginaria ista venditione, loco libripendis & familiæ emtoris adhuc duo testes, & ita septem numero, nec eorundem modò præsentia, sed & signa requirebantur. §. 1. 2. *hic.* Denique iure ciuili, cum prætorio iuncto, constitutum, vt vno eodemque tempore, septem testibus adhibitis cum eorundem, ipsiusque testatoris subscriptione, & signaculo, testamenta firmarentur. §. 3. *hic.*

Quotuplicia sunt testamenta iure nouo?

R. Testamentum perfectum iure nouo, vel est commune; id est, quod habet ordinarias solennitates, seu quod fit communi & consueto iuris ordine seruato: vel priuilegiatum, quod, licet istæ solennitates non sint obseruatæ, singulari tamen valet priuilegio. Vel plus quàm solemne, in quo, vt valeat, præter communes solennitates, aliquid obseruandum.

Quotuplex est vtrumque genus testamentorum, puta commune, & priuilegiatum?

R. Vel scriptum, vel nuncupatiuum. §. *fin. hic.*

Quæ sunt consideranda in omni testamentorum genere?

R. Duo. 1. an is qui testamentum facit habeat testa-

menti factionem. 2. an testamentum fiat ritè *Cuiac. Parat. D. & C. hic.*

Quæ sunt consideranda vt sciatur an ritè fiat testamentum?

R. Duo similiter. 1. ipsa testamenti substantialis forma, id est, heredis instituito. 2. Externæ in singulis testamentorum speciebus requisitæ solennitates.

Quod est testamentum solenne in scriptis?

R. Est voluntas vltima, quam testator priuatim, coram septem testibus, ad id specialiter rogatis, proponit in scriptis, siue manu propria, siue per alium, ab ipso tamen testatore signatis, cum certa quadam solennitatum obseruatione. §. 2. *hic & l. iubemus. C. eodem.*

In quibus consistunt solennitates externæ in testamento in scriptis obseruandæ?

R. In duobus. 1. testium adhibitione. 2. ipso testationis facto.

Quæ obseruanda in testium adhibitione?

R. 1. Vt testes adhibeantur idonei, 2. numero septem, 3. & quidem rogati, 4. non detineantur inuiti, 5. sint in præsentia testatoris, & eum videant, 6. Testamento subscribant per se singuli, 7. id signent suis, vel alienis annulis. *Text. hic. & l. hac consultissima. C. eod.*

Quæ solennitates obseruandæ in testandi facto?

R. 1. Vt testator voluntatem suam in scripturam redigat ipse, vel ab alio scriptam ipse subscribat, vel scribendi ignarus, octauum testem, qui ipsius nomine subscribat, adhibeat. 2. Scripturam consignatam, vel ligatam, vel tantùm clausam inuolutamque coram septem testibus proferat, eaq; voluntatem suam vltimam contineri, seu id esse suum testamentum dicat. 3. A testibus subscriptionem & subsignationem petat. 4. Ista omnia, vt & testium subscriptio & subsignatio, fiant vno contextu, id est, vno eodemque tempore, nullo alieno actu extraneo interueniente, & testibus ad extremam vsque contestationem simul manentibus. *d. l. hac consult. & §. 4. hic.*

Quid si omnes ista solennitates non sint obseruata?

R. Adeò sunt obseruandæ omnes, vt si appareat aliquem voluisse solenniter in scriptis testari, nec istas solennitates

hitates obſeruauerit, tale teſtamentum, ne quidem vt nuncupatiuum, ſit valiturum. *Clarus §. Teſtamentum. queſt. 4. num. 3.* Secus ſi non conſtat de tali teſtantis intentione. Quia tum ſubſiſtit vt nuncaptiuum. *Clarus ibidem num. 2.*

Qui ſunt hic idonei Teſtes?

R. Ij quibus cum teſtamentifactio eſt, §. 6. *hic.* ſed mares, homines liberi, puberes; etiam ex vna domo plures, §. 8. *hic.* vt pater & filius, item duo fratres, (in teſtamento quidem extranei) etiam legatarij & fidei commiſſarij, & perſonæ ijs coniunctæ, & quas ipſi in poteſtate habent. In ſumma qui ſpeciatim non prohibentur.

Qui prohibentur eſſe teſtes.

R. 1. Heres inſtitutus, & in cuius ipſe eſt poteſtate, vel quem ipſe in poteſtate habet, vel qui cũ ipſo eſt in poteſtate: in eo quidem teſtamento in quo heres iſte eſt inſtitutus. 2. mulier. 3. ſeruus. 4. impubes. 5. furioſus: præterquam tempore dilucidi interualli. 6. mutus ſurdus. 7. prodigus qui bonis interdictus eſt. 8. improbi, & legibus qui inteſtabiles. §. 6. 8. 9. 10. *hic.*

Quo tempore conſideratur teſtium conditio?

R. Eo, quo ſignant teſtamentum, excepto vno caſu; puta, ſi qui liber communi opinione erat, iſto tempore reuera ſeruus fuit. Vtpote quo caſu, licet nullum eſſet teſtamentum iure, tamen ex æquitate ſuſtinetur, §. 7. *hic.*

In quâ charta poteſt ſcribi teſtamentum, & quot codicibus confici?

R. Poteſt teſtamentum in qualibet materia ſcribi, & pluribus quoq; codicibus authenticis, eodem tenore conſcriptis, confici. §. 12. & 13. *hic.*

Quid eſt teſtamentum nuncupatiuum?

R. Quod fit teſtatoris voluntate coram ſeptem teſtibus, rogatis, præſentibus & vocem teſtatoris exaudientibus palam nuncupata, integraque teſtatione, itidem vno contextu abſoluta, ſiue ſcriptura nulla interueniat, ſiue interueniat quidem, verùm non ad ſolennitatem, ſed tantum probationis ergo. §. *vlt. hic.*

Quatenus hoc teſtamenti genus conuenit, & differt à teſtamento in ſcriptis?

R. Conuenit cum teſtamento in ſcriptis 1. quod in nuncupatiuo etiam ſeptem, idonei, eique rogati, teſtes requirantur. 2. Quod teſtes à teſtatore, vt teſtentur, rogatos intelligere debeant. *l.* 20. §. 9. *ff. Qui Teſt. fac. poſſ.* 3. Quod teſtatio debet fieri vno contextu. Differt à teſtamento in ſcriptis. 1. Quod ſola conſtat nuncupatione, & fieri poteſt ſine ſcriptura §. *vlt. hic.* 2. Si ea adhibetur; quod id fiat tantum probationis ergo, non quod ipſa ſit de teſtamenti ſubſtantia; de qua eſt in teſtamento in ſcriptis. §. *vlt.* 3. Quod hic teſtes nō tantùm audire ſermonem teſtatoris heredem palam nuncupantis, ſed & intelligere debeant.

TIT. XI.

De Militari Teſtamento, cui adde cætera priuilegiata.

Quot ſunt genera teſtamentorum priuilegiatorum?

R. Plura; 1. Militare. 2. Inter liberos. 3. Ad pias cauſas. 4. Ruſtici. 5. Oblatum principi. 6. Factum apud acta iudicis. 7. Factum tempore peſtis. 8. Quibus additur, ex iure Canonico, factum coram Presbytero à Parochiano.

Quid eſt militare teſtamentum?

R. Teſtamentum militare (dictum non modò quod à milite; ſed quod iure militari factum ſit) eſt teſtamentum iuſtum, minus ſolenne à milite in expeditione, vel acie cōſtituto, omiſſis, vel omnibus, vel aliquibus teſtamentorum ſolennitatibus, ita factū, vt tamen de eius voluntate cōſtet.

Quæ ſunt priuilegia militibus ſecundùm teſtamenti factionem conceſſa?

R. Varia; alia quoad perſonam teſtantis; puta quod miles mutus ſurdus (ſed caſu talis factus. *Viglius ad* §. *3. hic.*) itē filius familias. §. 1. Item de crimine militari condemnatus, teſtari poſſint. *l.* 11. *ff. de mil. teſt.* Alia circa ſubſtantiam diſpoſitionis; puta quod poteſt mori pro parte teſtatus, & inteſtatus. *l.* 6. *eod.* Item non tenetur liberos ſuos vel inſtituere, vel nominatim exheredare; ſed tacitè eos præterire poteſt. §. *ſed in exhered. Infra de exhered. lib.* Præterea poteſt ex

certo

certo tempore,& ad certum tempus heredem instituere. *l.* 41. *ff. & l.* 8. *C. hic.* Item deportatum instituere. *l.* 13. §. *deportat ff. hic.* filio testamentū facere, licet sibi non fecerit. *l. in fraudem. ff. hic.* Potest tam extraneo, quàm filio puberi heredi instituto directè substituere, & quidem vel certa ætate expressa, vel nulla. *Infra* §. *extraneo. de pupil. subst. l.* 4. §. *pen. ff. hic.* Potest quoque decedere cum pluribus testamentis. *l.* 19 *ff. hic.* Non tamen potest aliquid focariæ suæ relinquere. *d. l.* 41. §. *muliere*. Aliaque circa solennitates testandi, & testium adhibitionem.

Quatenus remissa sunt militi solennitates testandi?

R. Imperator remisit illis generaliter testamentorum solennitates iure ciuili in testamentorum ordinatione obseruandas, ita vt quomodo velint, testari possint; & quoquo modo, siue scripto, siue sine scripto facta ab ipsis testamenta sint, rata sit eorū voluntas. Adeò vt si scribant testamentum, non integris literis, (vt pagani) teneantur heredem scribere; sed id notis facere possunt. *Fr. hic. &* §. 1. *l.* 1. *l.* 40. *ff. l.* 3. *C. eod.*

Quæ remissa illis sunt circa testium adhibitionem?

R. Quoad personam testium, quod hic testes esse possint, peregrini, & mulieres. Quoad numerum: quod hic duo sufficiant. Quoad testandi solennitatē; quod hic non requiritur vt testes sint rogati, aut in conspectu militis, aut subscribant, aut signent testamentum; aut si per nuncupationem miles testetur, vt testamenti integrum tenorem percipiant; sed, si vel quædam tantum ex ijs de quibus deponunt intelligant, subsistat testamentum, *Facit l.* 30. *ff. hic.*

Quatenus obtinent præcedentia?

R. Eatenus tantum, quatenus constare potest, de militis testantis voluntate.

Quomodo potest constare de eius voluntate?

R. Constabit de militis volūtate vel scriptura quauis, siue in vagina, aut clypeo, sanguine, aut in puluere gladio notata in extremo vitæ. *l.* 25. *C. hic.* modò intelligatur, & militis testantis esse apparuerit. §. 1. *hic.* Vel sine scriptura conuocatis testibus, saltem duobus, qui, licet non sint rogati affirment, militi verè fuisse voluntatem testandi. §. 1. *hic. l.* 12.

C. de

C. de testam. & id quidem in acie; non si fortè extra eam in conuiuijs, aut iocosè aliquem ab eo heredem dictum testentur. *d.* §. 1. *hic.*

Vbi ergo testari milites debent, vt his priuilegijs gaudeant?

R. In castris, & in expeditione occupati: non extra castra, & citra expeditionis necessitatem in alijs locis versantes. Quod ibi, licet (etiam filiusfamilias propter militiam) testari miles possit, testari tamen debeat, modò communi, id est, ijsdem adhibitis solennitatibus, quas adhibere debent pagani. *Pr. hic.*

An in expeditione versans precedentibus priuilegijs pariter gaudet?

R. Ita gaudet priuilegijs istis, vt extra congressum hostium duos debeat testes adhibere, specialiter rogatos, remissis cæteris solennitatibus iuris ciuilis, *gl. in l.* 15 *C. hic.* In acie & conflictu si versatur, sufficit indicio, vel signis tantùm voluntatem eius esse expressam. *d. l.* 15. *Nou. Leonis* 40.

Quamdiu valent militum priuilegia?

R. Durat vis testamenti in castris iure militari facti, quatenus testatores militant, & in castris degunt; post missionem, siue honestam (quæ fit militiæ tempore finito) siue causariam (puta ob causam aliquam necessariam impetratam) si quidem pura est testantis dispositio, intra annum tantùm; si conditionalis, etiam post annum, donec conditio heredi adscripta existat. §. 3 *hic & l.* 26. *ff. eod.* Ignominiosa missio statim perimit priuilegium. *gl. indictum* §. 3.

An ex his priuilegijs potest valere militis testamentum ante militiam non iure factum, ex eo solo, quod testator factus est miles?

R. Non, nisi illud resignauerit miles factus, & quædam adiecerit, siue detraxerit; vel aliàs manifestauerit se illud valere velle. Quod sic valeat quasi ex noua militis voluntate. §. 4. *hic.*

An non sunt quædam priuilegia militis circa testamenti infirmationem?

R. Circa testamenti infirmationem etiam plura sunt militum priuilegia. 1 Quod ratione personæ ipsius minima captis deminutione, puta si vel paterfamilias miles se in arrogationem dedit, vel filius familias emancipatus, vel in ado-

adoptionem datus sit; testamentum non fiat irritum. §. 5. *hic l.* 22. 23. *ff. hic.* 2. Quoad ipsum testamentum; quod militis testamentum prius non rumpatur per posterius, nisi expressa reuocatione. *l.* 19. *ff. hic.* 3. Nec rumpatur agnatione posthumi, siue sciuerit vxorem esse prægnantem cum posthumum præterijt: siue ignorauerit esse prægnantem, attamen voluit heredem esse quisquis sibi nasceretur. *l.* 7. *ff. l.* 10. *C. hic.* 4. Nec quasi agnatione posthumi; puta, si miles arrogauerit filium, vel nepos in locum filij successerit. *l.* 8 *ff. hic.* 5. Contra militis testamentum non datur querela inofficiosi. *l.* 27. §. 2. *ff. eod. & l. vlt. pr. C. eod.* nec bonorum possessio contra tabulas. *l.* 30. *ff. hic.* puta siquidem scit se habere liberos, quos præterit; aliàs præterire liberos non potest, sed communi iure vti debet. *l.* 9. *C. hic.*

Sunt ne & alia militum priuilegia?

R. Sunt. sc. quod excusatur ab iuris ignorantia *l. Regula.* §. 1. *ff. de iur. & fact. ign.* Quod torqueri nequit. *l. milites. C. de quæst.* nec propter debitum capi, potest; puta quia damnatus tantum, in quantum facere potest, tenetur. *l. miles, & l. item ff. de re iud.* De quibus suis locis.

Quomodo amittit miles priuilegium testandi?

R. Si de deserta acie & fide; si de amissis armis, læsa maiestate; vel altero graui crimine damnatur. *l. ex militari,* §. 1. *ff. eod. gl. in.* §. 3. *hic.*

An soli filiofamilias militi priuilegium testandi concessum?

R. Vt filiofamilias militi de peculio castrensi datum testandi priuilegium, ita etiam togatam militiam exercenti, de quasi castrensi testandi idem datur priuilegium; ad exemplum filij militis: sed ea lege, vt id faciat non militari, sed communi iure. §. *fin. hic. l. fin. C. in of. test.*

An nostri temporis militibus eadem testandi priuilegia competunt?

R. Omnino talibus, qui in expeditione versantur; itidem limitaneis ad hostium repentinas incursiones intentis *Dd. cõmuniter,* non præsidiarijs; vt nec militibus togatis, puta aduocatis, alijsque iuris in Academijs professoribus, vt iam dictum.

DE

DE ALIIS PRIVILEGIATIS TESTAMENTIS.

Quod eſt teſtamentum inter liberos, & quatenus priuilegiatum?

R. Teſtamentum parentum inter liberos priuilegiatum eſt, quo liberos heredes inſtituit: quoad patrem liberorum legitimorum, & naturalium ſimul; quoad matrem (niſi illuſtris ſit) etiam reſpectu naturalium tantùm. Et quidem ſimiliter tale hoc eſt priuilegium, quod, modo quoad voluntatem teſtantium ſit perfectum, id eſt, totam voluntatem parentum exponat; licet quoad iuris ciuilis ſolennitates ſit imperfectum, nihilhominus ſubſiſtit, ſiue ſit ſcriptum, ſiue nuncupatiuum. *Dd. communiter.*

Quid hic ſufficit ratione teſtamenti in ſcriptis?

R. Olim quidem, quodcunque parentum ſcriptum ſufficit. *l. vlt. C. fam. herciſc.* at poſteà requiſitum, vt patet manu propria claris & proprijs literis liberorum nomina & vncias ex quibus heredes eos eſſe vellet; item res ſingulas inter ipſos diſtribuendas; vnà cum teſtamenti facti tempore, ſcriberet. *Nou.* 107. *c.* 2. Et valet quidem hoc teſtamentum, licet adhibiti teſtes nulli fuerint, modò manum patris liberi agnoſcant. *Gayl.* 2. *obſ.* 112. *num.* 8.

Quid ratione teſtamenti nuncupatiui?

R. Sufficit ſimiliter duos adhiberi teſtes, licet non rogatos; modò ſint idonei; qualis hic etiam eſt mulier. *l.* 17. *cum leg. ff. de teſt.*

Quorum reſpectu habet hoc teſtamentum imperfectũ effectum?

R. Habent teſtamenta imperfecta inter liberos effectum ipſorum liberorum tantùm ratione; non extraneæ perſonæ ipſis fortè adiunctę. Cui ſi quid relictum, liberis accreſcit. *l. hac conſultiſſima. in fine C. hic.* Niſi fortè teſtamentum palam teſtibus nuncupatum. Quo caſu liberi ex eo legata extraneis præſtare coguntur. *Nou.* 107. *cap.* 1. *in fin.*

Quod eſt teſtamentum ad pias cauſas, & quatenus priuilegiatum?

R. Teſtamentum ad pias cauſas dicitur, quo vel Dei diuinique cultus amore, Eccleſijs; vel miſerabilium perſonarum commiſeratione xenodochijs, pauperibus, captiuis aliquid

aliquid relinquitur. Quomodo, ſi quis ſuprema voluntate quid diſponit, ſimiliter de iure canonico (etiam in foro ciuili obſeruando,) duo teſtes etiam non rogati, licet mulieres, ſufficiunt. *cap. relatum* XI. *Extr. de Teſtam.*

Quatenus ruſtici teſtamentum eſt priuilegiatum?

R. Teſtamentum ruſticorum eatenus eſt priuilegiatum, quod ipſis & numerus ſeptem teſtium, & ſubſcriptiones ſunt remiſſæ; niſi eo loco vbi ruſticus teſtamentum facit, ſeptem literati adſint. Quo caſu omnes ſubſcribere debent: Vel adſint quidem teſtes, ſed ijs non literati. Quo caſu non minus, quàm quinque teſtes adhiberi debent; & ſi vnus, duo, vel plures adſunt literati, ij pro alijs debent ſubſcribere; ita tamen vt & cæteris teſtibus cognita ſit voluntas teſtatoris. *l. vlt. C. de Teſt.*

Quid eſt teſtamentum factum coram Principe?

R. Coram principe fit teſtamentum, quando quis voluntatem ſuam ſupplici libello complexus, Principi offert, & in ſcrinia deferri petit, & Princeps eandem receptam, & in conſiſtorio lectam per magiſtrum libellorum in ſcrinia refert. *l. 19. omn. C. de teſt.*

Quomodo fit teſtamentum coram iudice?

R. Cum quis ſcriptum quo voluntatem ſuam comprehendit, vel iudici, vel municipibus offert, & actis inſeri petit: Vel (quod ad nuncupatiui ſpeciem referri debet) cum quis in loco iudicij apud acta, coram iudice, vel municipibus palam voluntatem ſuam declarat, & iſtis authoribus ad acta publica referri petit. *d. l. omnium.*

Quatenus vtrumque hoc teſtamenti genus eſt priuilegiatum?

R. Teſtamentum coram Principe factum (vtpote coram tot nobilibus & probatis perſonis lectum) omnes teſtamentorum ſolennitates dicitur ſuperare, & conſcientiam Principis, fidem ſuam ad eiuſdem cuſtodiam adſtringentis, tenere. Teſtamenti coram iudice & municipibus facti volunt quidem fidem etiam eſſe publicam, modò in actis inueniatur: *d. l. omnium & l. Sancimus verb. vel inter acta manifeſtauerit C. de Teſt.* malunt tamen alij etiam hic ſaltem duos requiri teſtes, qui ita factum eſſe corã iudice teſtamẽtum declarent. *d. l. omnium, in verb. idoneis teſtibus?*

Qua-

Quatenus priuilegiatum eſt teſtamentum factum tempore peſtis?

R. De hoc teſtamento nihil certi iure definiunt Doctores; tamen conueniunt, ob neceſſitatem de ſolennitatibus iuris ciuilis aliquid relaxandum; ad exemplum teſtamenti militaris; quod tempus belli & peſtis æquiparentur. Puta, quando peſtis ita graſſatur, vt plurium teſtium copia haberi non poſſit, coram quinque teſtibus: vel etiam (maximè ſi ipſe teſtator correptus ſit peſte) minori, puta duorum vel trium, numero teſtium, etiam in terris imperij, ſubſiſtere: *Gayl.2.obſ.118.num.18.*

Quatenus ſubſiſtit teſtamentum, iure Pontificio factum coram præsbytero à parochiano?

R. Si coram duobus vel tribus teſtibus eſt factum, vt in omni vltima voluntate, eodem iure. *c.cum eſſes.10.Extrau.de teſt.*

Quatenus circa teſtium adhibitionem ſubſiſtunt teſtamenta moribus Batauicis?

R. Permiſſum quidem in Batauia communi iure h.e.ſeptem teſtibus adhibitis facere teſtamentum; fiunt verò plerumque & ſubſiſtunt teſtamenta Batauicis moribus, vel coram duobus Scabinis & Secretario facta; Vel coram Notario & duobus teſtibus idoneis viris, non mulieribus *Vlt.Grotius Introd.Iur.Holl.l.2.c.17.*

In qualibus teſtamentis requiruntur de iure communi plures ſolennitates præter ſupra expoſitas, & quæ?

R. Præter ſolennitates ſupra expoſitas requiritur. 1. In teſtamento eius qui literas ignorat teſtis octauus ſubſcriptor. *d.l. hæc conſult.* 2. Cæcus teſtari debet per nuncupationem (quod ſcribere non poſſit;) & ita quidem vt teſtes ſeptē cum Notario; vel, ſi eius copiam habere non poteſt, octauum teſtem qui eius munere fungatur, adhibeat, & coram ijs heredem, eiuſque dignitatem declaret; is verò voluntatem teſtatoris exceptam in ſcripturam redigat, eamq; cum teſtibus reliquis conſignet, ſimul & ſubſcribat. 3. In teſtamento eius qui liberos habet in poteſtate, requiritur ſpeciatim, vt eos vel inſtituat, vel expreſsè exheredet. *tit. 3.hic.*

TIT.

TIT. XII.

Quibus non eſt permiſſum facere Teſtamentum.

AN igitur omnibus eſt permiſſum facere teſtamentum?

Bz. Verbis legis XII. Tab. *Vt quiſque legaſſet ſuæ rei ita ius eſto*; latiſſima quidem poteſtas teſtandi ciuibus Romanis fuit tributa, ſed id vel authoritate legum, vel interpretatione iura conſtituentium eſt coangustatum. *leg.* 120. *de V. S.*

Quotuplex eſt prohibitio?

Bz. Prohibitio eſt vel talis, vt teſtamenti factio actiua aliquibus omnino negetur; vel vt non poſſint teſtari, niſi ſub certo modo.

Quæ ſunt cauſæ ob quas aliqui omninò prohibentur teſtari?

Bz. Variæ. 1. Defectus communionis iuris ciuilis, vel circa eam dubitatio. 2. Poteſtatis defectus. 3. Defectus facultatis teſtandi, ſeu earum rerum quas natura ad teſtamenti factionem requirit. 4. Legis prohibitio, qua inteſtabiles fiũt.

Qui prohibentur teſtari quod non ſunt ciues Romani?

Bz. 1. Serui, *l.* 16. 19. 20. *hic.* nequidem permittente domino; quia præterquam, quod nihil proprij habent de quo teſtentur, ipſi pro mortuis habentur. 2. Capti ab hoſtibus; quorum tamen teſtamentum ante captiuitatem factum, ſi apud hoſtes decedunt, lege Cornelia confirmatur: ſi redeũt, iure poſtliminij valet. *§. vlt.* 3. Obſides à nobis hoſtibus, vel ab hoſtibus nobis fidei ſeruandæ cauſa dati (quod captiuorum loco habeantur, *l.* 31. *de iure fiſci.*) niſi hoc nominatim ijs à Principe permittatur, *l. obſides ff. hic.* Vel eis vſus togæ Romanæ conceſſus fuerit; vtpote quem tantum ciues habent, *C. in d. l. obſides.* 4. Capitali, non alia, pœna, & quidem cum effectu, id eſt, non ſuſpenſa per appellationem ſententia, damnati. Ante damnationem, quamuis poſt accuſationem inſtitutam, factum teſtamentum, valet, *l.* 9. *ff. eod.* Niſi vel peculatus, vel læſæ maieſtatis ea ſit. *l.* 20. *ff. de accuſ. & inſcript.* Vel reus ſibi mortem conſciuerit, *l.* 3. *de bonis eorum qui ſibi mort.*

Qui

Qui prohibentur testari ob dubitationem status, & cur?

¶. De statu suo siue dubitantes, siue errantes testari prohibentur: quod integro iudicio testamentum faciendum: l.15.ff. hic. Tales verò sunt. 1. Qui nesciunt an ab hostibus, an à latronibus sint capti. 2. Relegati, qui capite se minutos putant. 3. Filius eius qui ab hoste captus est, patris captiuitate ita pendente; vt reuerti possit. *l.* 11. & 15. *hic. Vide tamen Nou. Leonis 37.*

Qui prohibentur testari ob defectum potestatis?

¶. Filius familias; & quidem ita, vt ne quidem id possit patre consentiente: quod ita alieno iuri est subiectus, vt nihil proprij habeat (de qualibus tantum bonis lex xij. Tab. testari permittit. *d. l.* 120. *de V. S.*) nisi miles sit, & de peculio castrensi (quod potest etiam militari iure) vel de quasi castrensi (quod potest tantum more pagano) testetur. Quod in his pro patrefamilias habeatur. §.1. *hic.* §. *vlt. tit. de militari Test. l.* 4. *ff. de iud.* De cæteris testari nullo modo potest. *l. penult. C. hic.*

Qui prohibentur ob defectum facultatis testari?

¶. Qui vel defectu iudicij, siue per ætatem, vt impubes; siue per morbum animi, vt furiosus (cui prodigus comparatur, ideoque & hic ei iungitur) & mente captus: siue per morbum corporis, vt mutus surdus testari mentem non possunt legitimo modo, vel qui alieno iuri subiecti, non habent de quo testentur.

Qua ergò ætate potestas testandi conceſſa?

¶. Potestas testandi conceditur demum puberibus, id est, masculis decimo quarto, fœminis duodecimò anno completo, *l. qua ætate l.* 5. *pr. ff. hic.*

Quatenus furiosis, mente captis, prodigis testari prohibitum?

¶. Furiosis quidem & mente captis prohibita est tantum testamenti factio morbi tempore. Ita vt testamentum talium, siue ante, siue potest morbos factum, subsistat, vt & à furioso speciatim factum (quæ habere solent) interuallorum dilucidorum tempore. Modò talia sint interualla quibus mentem ipsis constare planè constat. Prodigi similiter, ante prodigalitatem, & post factum valet testamentum: in prodigalitate, id est, dum ei bonorum administra-

tio

tio est interdicta, non valet eius testamentum, nisi posteritati suę cōsuluerit, & sanè sit testatus. *Nou. 39. Vigl. ad §. 2. hic.*

Quatenus mutis & surdis prohibitum testari?

R. Mutum & surdum intelligimus, non qui difficulter, sed qui planè nihil loquitur, vel audit. *§. 3. hic.* Circa quos variatum iure; ita vt olim ne eo quidem casu quo mutus scribere, & surdus loqui potuit, testamētum facere possent, nisi Principis indultu. *l. 6. §. 1. & l. 7. ff. hic.* Ex constitutione Iustiniani ita res decisa est, vt qui mutus simul & surdus sit natus, minimè, ne quidem ad pias causas testari possit. *l. 10. C. eod.* nec quidem etiam iure militari; quod nec militare possit: testari vero possit ex accidenti talis factus, siquidem literas tenet. *d. l. 10.* aut miles sit. *§. 2. supra de milit. Test. ibique Vigl.* Siue natura, siue casu surdus tantum, si loqui; mutus tantum, si scribere nouit, testari possit.

Quatenus prohibentur testari intestabiles facti?

R. Eatenus quod legis prohibitione speciali intestabiles iubentur esse non solum ij, qui alijs testimonium dicere nequeunt: sed etiam quibus testimonium dici non potest. *l. 26. ff. hic.* At cui testimonium dici nequit, eius testamentum (quod non nisi adhibitis testibus valet) non posse valere, certum est.

Qui sunt tales?

R. Tales sunt. 1. Damnati ob crimen famosum. *l. 18. §. vlt. ff. hic.* 2. Mulier nubens intra annum luctus. *t. t. ff. de his qui not. infr.* Quæ tamen tertiam partem bonorum marito secundo relinquere potest. *l. 1. C. de sec. nupt.* Quibus adde hæreticos, & qui ijs fauent, si intra annum ex quo sunt excommunicati satisfacere contempserint. *Auth. credentes C. de hæret.* Vsurarios manifestos, nisi priùs de vsuris satisfaciant, vel de satisfactione cōueniant. *c. quanquā de vsuris in 6.*

Quibus conceditur tantum testari sub modo?

R. Cæcis, & ijs qui literas ignorant; vtpote quibus tantū conceditur testari secundum modū. *l. hac cons. C. de test.* præscriptū, & in fine Tit. præced. à nobis explicatū. Quib. adde vasallū, quod ad feudū attinet: vt cui non nisi consensu dñi feudi & agnatorū, (nisi heredem instituat ad quē feudū alioqui erat vēturū, aut ipsum sit francū) testari est permissum,

TIT. XIII.

De Exheredatione liberorum.

H*Actenus ſolennitates externæ teſtamentorum, & qui teſtamenti faciendi habeant actiuam: dic, quæ eſt forma teſtamenti interna, qua ab alijs vltimis voluntatibus diſtinguitur?*

Bz. Heredis directa inſtitutio. Vtpote ex qua vim accipit. Quæ ideò totius teſtamenti veluti caput & fundamentum dicitur. §. 34. *Infra de legatis.*

Quid eſt heredis inſtitutio?

Bz. Eſt ſucceſſoris in vniuerſum ius, quod defunctus tempore mortis habuit, ſiue ſcripto, ſiue nuncupatione, id eſt, viua voce, facta deſignatio. *l.* 1 §. 1 *ff. de hered. inſtituendis.*

Quotuplex eſt?

Bz. Duplex; vel prima, quæ nomen retinet, & inſtitutio in ſpecie dicitur; de qua primò agendum; vel ſecunda, quæ ſubſtitutio dicitur, de qua deinceps.

Licet ne teſtatori, quos velit, heredes inſtituere pro libitu?

Bz. Non: ſed alios tenetur inſtituere, vel exheredare, quales ſunt liberi ipſius; alios poteſt quidem inſtituere, non tamen tenetur, quales ſunt præter liberos alij Romani ciues: Alios non poteſt inſtituere, de quibus Tit. ſequente.

An tenetur pater præcisè liberos inſtituere, & mater?

Bz. Pater quidem tenetur liberos ſuos præcisè inſtituere vel exheredare, vt valeat eius teſtamentum. *Pr. hic.* Mater verò, & auus maternus poſſunt eos præterire, ſed eorum ſilentium eſt pro exheredatione. §. 7. *hic.*

Quid ex exheredatio?

Bz. Eſt iuris ſuccedendi, quod alicui in bonis alterius competebat, vel competere potuit, ademptio; ſeu à teſtatore facta hereditatis priuatio.

Quid eſt præteritio?

Bz. Quando talis, cui ius ſuccedendi competit, neque inſtituitur heres, neque expreſsè, vt oportet, exheredatur: ſed vel planè omittitur ſilentio, vel ei modo aliquid legatur.

Quotuplex ergo eſt exheredatio?

Bz. Du-

R. Duplex. 1. Propria; quando talis ab hereditate excluditur, qui ex lege, seu ipso iure est heres designatus, vt suus, seu qui debuit necessariò heres institui. 2. Impropria, quando ab hereditate remouetur talis, qui ipso iure non est heres, nec necessariò institui debet, vt extraneus. *l.* 132. *ff. de verb. oblig.*

Quomodo fieri debet exheredatio, vt ritè fiat?

R. 1. Si fit consultò, non temerè, aut iracundiæ calore; vtpote qualis non valet exheredatio, etsi iusta eius sit causa. *l.* 19. *C. de inof. test.* 2. Si fit nominatim. §. 1. *hic.* id est, nomine, prænomine, vel cognomine filij expresso; vt constet de quo filio pater senserit. *d. l.* 1. *de lib. & post.* 3. Vt fiat purè; non sub conditione, vtpote cum nec sub conditione institui filius sub potestate possit. *l.* 3 §. *purè. De lib. & post.* 4. Quibus accessit ex iure nouissimo, vt fiat ex iusta causa testamento expressa. *Nou.* 115. *c.* 3.

An ergo circa hanc exheredationis doctrinam non idem semper fuit ius Romanis.

R. Minimè; sed valde hic fuit variatum, & ita quidem, 1. vt hoc ius quo pater liberos suos debuit instituere, vel nominatim exheredare, tantùm concerneret filios primi gradus, quos habebat pater sub potestate, siue iam natos, siue posthumos, eosque siue naturales, id est, ex iusto matrimonio procreatos; siue legitimos tantùm, id est, adoptiuos; ita vt filios, vel alios per virilem sexum descendētes, etiam vtriusq; sexus, id est, nepotes & neptes, etiam posthumos & posthumas inter cæteros exheredare posset: & has quidem, modò illis aliquid relinqueret, vel tantillum; ne per obliuionem præteritæ viderentur. *Prin.* §. 1. 4. *hic.* 2. Quod Prætor istius iuris moderatione omnes liberos qualescunque, si non instituerentur heredes, iussit exheredare, vel nominatim, vt masculos: uel inter cæteros, vt fœminas: & præterius etiam emancipatis dedit bonorum possessionem contra tabulas testamenti. §. 3. *hic.* 3. Posteà Iustinianus sua constitutione, iure nouo sublata sexus, & emancipationis differentia, voluit omnes liberos, siue mares, siue fœminas, siue emancipatos, siue vlterioris gradus, natos, siue posthumos, nominatim institui vel exheredari: circa adoptiuos

filios seruata definitione. *l. penult. C. de adopt.* expressa.

Qua verò circa ius vetus quoad effectum exheredationis & præteritionis erat differentia?

¶. 1. Si pater filios præterijsset quos in potestate habebat, eius testamentum adeò erat inutile, vt ne quidem filio ante eum mortuo, vires acciperet; quod initio non constiterit. 2. Si filias natas præterijsset, vel nepotes ex filio, aut alios vtriusque sexus, valeret quidem testamentum; sed ita, vt præteritæ personæ, scriptis heredibus accrescerent & numerum heredum augerent; suis quidem heredibus in viriles tātùm partes; extraneis in partem dimidiam. *Vlp. §. 22. §. 14. l. 7. & 10. de lib. & post.* 3. Posthumo præterito, siue masculo, siue fœmina, valebat quidem testamētum, sed agnatione posthumi, vel posthumæ rumpebatur. §. 2. *hic.*

Qua veteris istius iuris in istis omnibus videtur fuisse ratio?

¶. Veteris istius iuris respectu filiorum qui sunt sub potestate, necessariam institutionem quod attinet, causa erat, patria potestas ciuilis (cuius respectu, vna videbatur filij persona cum defuncto patre) & inde existens ius suitatis; quod viuo patre essent quasi domini paternorum bonorum. Respectu necessariæ exheredationis ratio est, quod ista dominij præsumtio non aufert patri de bonis suis libertatem testandi. Respectu concessæ præteritionis filiarum ratio fuit: quod filiæ minus, quam filij patri viderentur coniunctæ ciuiliter; eò quod per eas non continuatur familia paterna, sed ipsæ nubendo in familiam viri transeant, ratione iuris specialis posthumos concernentis; quod hi in ijs quæ commodum ipsorū spectant pro iam natis habeantur.

Quotuplices sunt posthumi?

¶. Posthumi dupliciter accipiuntur, propriè, & quidem tam hic, quam extra materiam successionis, pro ijs qui post mortem patris nascuntur. 2. Impropriè, & quidem in doctrina successionis speciatim ex lege Velleia, qui ante mortem quidem testatoris nascuntur; sed respectu testamenti facti dicuntur posthumi. Et sic dicuntur posthumi tribus modis. 1. Qui post factum testamentum viuo testatore nascitur suus heres. 2. Nepos qui natus quidem est ante testamentum factum, sed post illud factum, mortuo priore instituto,

tuto, in locum eius succedendo fit suus. 3. Post testamentum natus, non suus; sed qui priore instituto defuncto, in locum eius succedendo fit suus; qui posthumus Iulianus dicitur. *l. Gallus ff. de lib. & posthum.*

Qui hic omnino posthumorum loco veniunt?

Bz. Hi omnes posthumi sunt: & quidem vel sui, qui sic nati sunt, vt sui esse possint; verè quidem si nemo eos in iure suitatis antecedit, vt filius in potestate patris existens ante eius mortem. Suorum loco habentur, vel quasi sui, sunt nepotes; qui sui modò sunt spe & potentia, puta mortuo eo qui ipsos antecedit. Vel alieni, qui nati, testatori non sunt sui heredes futuri, sed extranei; vt nepos ex filio emancipato.

Quid nouo iuri additum hic iure nouissimo?

Bz. Quod siue parentes, siue liberi sint exheredandi, non permittatur exheredatio, nisi sit iusta exheredandi causa nominatim testamento expressa, ab herede probanda. *Nou. 115. cap. 3.*

Quæ est ista causa?

Bz. Vtrimque generalis causa est, ingratitudo.

An ob quasuis ingratitudinis causas licet siue parentes, siue liberos exheredare?

Bz. Non, sed ob eas tantum quæ speciatim legibus, & nominatim *Nou. 115. cap. 3.* sunt expressæ.

Ob quas parentibus licet exheredare liberos secundum istam Nouellam?

Bz. Ob causas quatuordecim, ibi definitas. 1. Si quis parentibus suis manus intulerit. 2. aliamve grauem iniuriam & inhonestam. 3. Si parentem in causis criminalibus (nisi contra principem, vel Remp. sint) accusauerit. 4. Si vt maleficus, cum maleficis versetur. 5. Si vitæ parentum sit insidiatus. 6. Si delator contra eos extiterit. 7. Si nouercæ, vel concubinæ patris se miscuerit. 8. Si pro patre carceri incluso detrectauerit fideiubere. 9. Si parentes testamentum facere prohibuerit. 10. Si sit histrio, & cum histrionibus maneat, parente, eiusdem conditionis non existente, inuito. 11. Si filia libidinosè ante annum vigesimum quintum vixerit, & vt ita viuat, honestum matrimonium respuit.

12. Si liberi parentem furiosum neglexerint, & is postea sanus factus testetur. 13. Si parentem captiuum non redemerint. 14. Si sint hæretici. *d. Nou. cap. 3.*

Quæ sunt causæ ob quas liberis licet parentes exheredare?

R. Tales sunt. 1. si vitæ liberorum fuerint insidiati. 2. si pater nurui, aut concubinæ filij se miscuerit. 3. si liberos suos prohibuerit testari de peculio castrensi, vel quasi. 4. si pater matrem, vel mater patrem interfecerit. 5. si liberis furiosis alimenta denegauerit. 6. si captiuos reducere neglexerit. 7. si liberos criminaliter accusauerit, ob causas principem vel Remp. non concernentes. 8. si sint hæretici.

An non sunt causæ exheredationis in fratribus vel sororibus?

R. Statuuntur quidem in his vulgo tres causæ exheredationis, *ex Nou. 22. l. 24.* 1. si frater mortem fratri machinetur. 2. eum criminaliter accuset. 3. facultatibus eius magnũ damnum inferat. Sed, cum exheredationis verbum, vt ante dictum, fratribus non rectè tribuatur (quod instituere frater fratrem non cogatur) statuendum ibi non proponi causas, ob quas exheredari, sed ob quas à lucris nuptialibus arceri frater possit.

An non sufficit habere alias aquè graues, vel etiam graviores exheredandi causas, quàm quæ dicta Nouella. 115. sunt expressæ?

R. Statuunt quidem Dd. communiter ob tales etiam procedere exheredationem: sed quia Imperator (cum querimonia quod causæ exheredationis antea vagæ essent & incertæ,) eas sollicitè definiuerit, prohibendo ne alias apponere liceret, placet magis *cũ Vigilio ad §. fin. hic. & Con. lib. 10. comment. cap. 10.* non sufficere; maximè cum odiosa sint restringenda. Vnde & Menochio. *lib. 2. de arb. iuris quæst. cent. 3. casu* 277. placet an iusta sit exheredationis causa, arbitrio iudicis relinquendum; quod non iudicamus absonum.

An miles & mater liberos suos tenentur nominatim exheredare?

R. Non; sed vtriusque silentium est pro exheredatione, quasi nominatim facta esset. Militis quidem, ob priuilegium circa testamenti factionem ipsi concessum & antè explicatum; siquidem non ignorauerit se liberos habere, aut vxorem prægnantem esse, alias testamentum eius ipso iure nullum

lum eſt. §. 6. *hic*. Matris verò, aut cæterorum per matrem aſcendentũ, ſiue ſciuerint, ſiue ignorauerint ſe liberos habere, ita vt aduerſus præteritionem concedatur liberis querela inofficioſi; idque quia liberos non habent in poteſtate. §. *vlt. hic*.

TIT. XIV.

De Heredibus inſtituendis.

Hactenus qui debeant inſtitui; dic qui poſſint inſtitui, ita vt etiam omitti liberè poſſint?

℟. Ij ſunt extranei, hoc eſt, alij præter parentes, & liberos naturales & legitimos, vel legitimos tantùm; etiam collaterales, hoc eſt, fratres, vel ſorores. Qui tamen turpibus perſonis præferuntur. *l.* 27. *C. de inoff. teſt.* niſi fratri cauſa aliqua ingratitudinis obijci poſſit. *Nou.* 22. *cap.* 47. vel & ipſe turpis perſona ſit, *l.* 11. *C. hic.* vel ſeruus neceſſarius ſit inſtitutus. *d. l.* 27. *in fine*.

Quales extraneos permiſſum eſt inſtituere?

℟. Qualeſcunque, tam liberos homines (modò teſtamentum ipſi facere, vel ex eo accipere poſſint,) quàm ſeruos, eoſque vel domitio pleno, vel proprietate tantum noſtros, vel alienos, ſiue planè, ſiue proprietate tantum, vſum fructum teſtatore habente. *Princ. hic*.

Quomodò ſeruos proprios permiſſum inſtituere?

℟. Vel cum, vel ſine libertate; (quod ea, vt ſine qua hereditatem accipere non poteſt, inſtitutus tacitè inſtitutioni ineſſe videatur;) niſi aut adulterio dominæ ſint commaculati, *Princ. hic.* aut in fraudẽ creditorũ inſtituti. *ſup. lib.* 1. *tit.* 6.

Quis eſt effectus Inſtitutionis quoad ſeruum proprium?

℟. Vt ſiquidem domini Teſtatoris manet ſeruus vſque ad mortem, libet fiat & heres; ſed neceſſarius, vt adire hereditatem cogatur. Antè manu miſſus, liber quidem & heres fiat, ſed voluntarius; vt inuitus adire hereditatem non cogatur; alienatus à viuo teſtatore, nec heres ipſe, nec liber ſit, ſed nouus dominus; & eius iniuſſu hereditatem adire non poſſit.

Quando & quomodo alienus ſeruus rectè inſtituitur?

R. Tum, ſiquidem cum domino eſt teſtamenti factio. *l. 5.§.fin ff hoc tit.* Vt pote quia ex domini perſona heres inſtituitur. Cum libertate tamen nō rectè heres inſtituitur, quod ſeruus adeundo hereditatem domino quidem acquirere, Teſtator autem eum inſtituendo ius dominij in eum transferre non poſſit. Inſtitui verò poteſt, ſub conditione, cum liber erit. *l. 47 ff. hic.*

Quis eſt effectus huius Inſtitutionis?

R. Quod ſeruus manens domini cuius fuit tempore facti teſtamenti, eiuſdem iuſſu: ſin fuerit antè mortem Teſtatoris alienatus, eius domini iuſſu adire debeat hereditatem, cuius tempore mortis Teſtatoris fuit: viuo teſtatore manumiſſus, vel eo, antequam adeat, mortuo, ſuo arbitrio adire hereditatem poſſit. §. *eod.*

An & ſeruus alienus poſt mortem domini rectè heres inſtituitur: hoc eſt, an poteſt inſtitui cum dominus eius mortuus eſt?

R. Omninò: planè vt eius qui in vtero eſt ſeruus rectè inſtituitur. Quia vt hic in ijs quæ commodum eius ſpectant pro iam nato habetur: ita mortui domini hereditas perſonam eius repræſentat fictione iuris. §. 2. *hic & ibid. Viglius.*

Quid ſi inſtitutus ſit ſeruus plurium dominorum?

R. Si cum omnibus teſtamenti factio eſt, omnibus acquirit, quorum iuſſu adijt hereditatem, pro dominij portione; non iubentium portiones, iubentibus tacitè accreſcunt. §. 3. *hic.*

Qui prohibentur omninò inſtitui?

R. 1. Qui iuris ciuilis carent communione, vt deportati (niſi à mihte,) peregrini, *l. 1. C. hoc tit.* Item ſerui pœnæ *l. 3. l. 17 ff. de pœn.* 2. Lege inteſtabiles eſſe iuſſi; hoc eſt, ob carmen, vel crimen famoſum condemnati, item mulier ante annū luctus nubens. *l. 1. C. de ſec. nuptijs.* Quod iure pontificio ſublatum. 3. Lege maieſtatis accuſati. *l. 5. C. ad leg. Iul. maieſt.* 4. Apoſtatæ. *l. 3. C. de apoſtatis.* 5. Hæretici. *l. 4. de hæret.* 6. Collegia illicita. *l. 3. §. 1. ff. de collegijs illicitis.* 7. Liberi ex damnato coitu nati. *Nou. 89. cap. vlt.* 8. Perſonæ planè ita incertæ vt nec ex poſtfacto, nec vel per conſequentiam certæ fiant. *Vlp. in Fragm. tit. 22. §. incerte.* De facie modò ignotos. *l. 11. C. hic.* vel

per

per consequentiam alicuius corporis modò notos, licet aliàs omninò ignotos, instituere licet. Quia collegia licita & nota instituere hodie licet. *l.12.C.eod.* & corpus testatori notum vnius personam sustinet. *l.5.ff. quod cuiusque vniuersorum.§.vlt.hic.*

Quot licet heredes instituere?

R. Heredum instituendorum numerus lege non est definitus, sed ab arbitrio Testatoris pendet, vt quot velit, vsque infinitum heredes facere possit. *§.& vnum hic.l.9.§.12. ff.eod.*

Quid requiritur vt siue vnus, siue plures instituantur heredes, ritè fiat institutio?

R. Quatuor. 1. Debet heres manifestè, hoc est, vel nominatim, vel certa demonstratione, quæ nominis vice fungi possit, institui. *l.38.ff. hic & l.34.ff.de condit. & demonstr.* 2. Vt scribatur, vel nuncupetur heres verbis idoneis, hoc est, expressis & affirmatiuis, talibus vt certò constet quem velit Testator heredem esse. *l.15.C.de Test.* 3. Vt Testator si plures heredes instituit, exprimat ex qualibus partibus singulos heredes esse velit. 4. Vt, siue vnum, siue plures instituit, exprimat quomodò heredes esse velit.

Quotuplicia ponuntur verba idonea?

R. 1. *Directa*, quæ sui natura efficiunt vt heres institutus hereditatem à testatore ipso immediatè accipiat, vt Titius heres esto. 2. *Obliqua*, quæ efficiunt, vt mediatè, hoc est per alterũ accipiat hereditatem, vt *rogo te, vt à Titio hereditatem accipias*; vel, *Sempronirogo te, vt Titio hereditatem meam restituas. l.38.§.vlt.l.33.item §.vlt,de legat.3.* 3. *Communia*, quæ vtrãque habere possunt significationem; vt verbum *substituo. volo peruenire, habere, pertinere, succedere, reuerti, deuolui.*

Quas partes singulis heredibus potest assignare Testator, si plures instituit?

R. Similiter quas voluerit, siue æquales, siue inæquales. *§.5.hic & l.13.§.5.eod.*

An igitur non est certa hereditatis diuisio ex lege?

R. Est quidem lege introducta ea diuisio qua in assem hereditas, hoc est, in duodecim vncias diuiditur; verum non ideò introducta, vt eam testator præcisè sequeretur,

sed

sed vt haberet quomodò mentem suam eloqueretur. *d. l.* 13. §. 1. *hic.*

An itaque certis nominibus singula partes ab vncia vsque ad assem ex lege enunciantur?

R. Omnino, vt duæ vnciæ dicantur Sextans, quasi sexta pars assis; tres, Quadrans, quasi quarta pars assis; quatuor vnciæ, Triens, quasi tertia pars assis: Quincunx, dicuntur quinque vnciæ; Semis, quasi semias, sex vnciæ; Septunx, septem; Bes, quasi bis triens, octo; Dodrans, quasi dempto quadrante as, nouem: Dextans, quasi demto sextante as decem; Deunx, quasi dempta vna vncia as, vndecim vnciæ; §. 2. *hic. Vvesf. hic.*

An igitur Testator variè hereditatem diuidere potest?

R. Omnino, & quidem. 1. Aut sine partibus, 2. Aut vt singulis heredibus partes sint adscriptæ, aut vt quibusdam non sint adscriptæ. 3. Ita vt vel plures assignatæ sint partes quam continet as, vel pauciores. Vt sic tot vnciæ faciant assem, quot testator voluerit. §. 5. *hic.*

Quid iuris in hâc diuersa diuisione?

R. 1. Si vnus sine partibus instituitur, vel ex parte quidem aliqua, sed nullo coherede nominato; is heres est ex toto asse. Quod nemo simul testatus & intestatus mori possit, nisi sit miles. §. 5. *hic.* Si plures instituuntur non nominatis partibus, ex æquis partibus heredes sunt. §. 6. *hic.* Nisi quidam coniunctim, quidam disiunctim sint instituti, vt e. g. *Titius & Caius heredes sunto, & Mævius heres esto.* Quo casu coniuncti pro vno sunt. *l.* 15. & 19. §. 2. *hic.* 3. Partibus in quorundam personis expressis, in aliquo non, is, si qua assis pars desit, ex ea heres est. Sin plures sine parte adscripti, in eandem omnes concurrunt. *d.* §. 6. 4. Partibus in singulis personis adscriptis si pars assis vacet, ea pro rata portione singulis accrescit: si verò desit, pro rata singulis decrescit. §. 7. 5. Si plures vnciæ quàm duodecim sint distributæ, aliquo sine parte instituto, is quod dupondio, hoc est alteri assi deest, habebit. Dupondio distributo, si alius sine parte instituitur, idem iuris est. §. 8. *hic.*

Quomodo omninò potest Testator, siue vnum, sint plures instituere heredes?

R. Vel

R. Vel purè, id est simpliciter, citra vllam adiectionem; vel sub conditione Ex certo tempore, & ad certum tempus non potest: sed ita adiectus dies pro superuacuo, & heres pro purè instituto habetur. §. 8. *hic.* Nisi incertum tempus adijciatur; quod pro conditione habetur, & valet institutio. §. 9. *hic.*

Quid est conditio hoc loco?

R. Est adiectio, qua institutio heredis in futurum euentum suspenditur. Quæ natura conditionis est in omni eo quod agitur. Adeò vt quæ in præsens vel præteritum tempus confertur, quamuis per conditionalem particulam enunciata reuera conditio non sit. *l. conditio in præteritum ff. de V. O. Vult. hic. Inst. §. 3. num. 6.*

Quotuplex est conditio?

R. Conditio est vel possibilis, cui res aliqua non est impedimento quo minus existere possit; vel impossibilis, cui tale impedimentum est.

Quotuplex est conditio impossibilis?

R. Statuitur plerumque triplex. 1. *Naturæ*, quòd per naturam aliquid fieri non potest. 2. *Legis*, cùm pro conditione ponitur res lege prohibita, vt si parentem non alueris. *Quippe quod lege nobis non licet, id nec posse iudicamur.* 3. *Facti*, cum id quod natura & lege fieri potest, propter facti difficultatem nobis impossibile iudicatur. Quibus addunt, impossibile ex perplexitate verborum; veluti, *Si Titius heres erit, Seius heres esto: Si Seius heres erit, Titius heres esto, l. 16. ff. de cond. instit.*

Quid iuris circa has conditiones?

R. Conditio naturæ & legis impossibilis pro non adiecta habetur. Aliter quàm in contractibus, quos vitiant. Quod ipsum hic faciunt conditiones facto & perplexitate verborum impossibiles. Idq; ex præsumptione iuris, quod ita instituenti non fuerit instituendi animus; licet quoad conditionem ex facto impossibilē Doctores dissentiant. *Vigl. hic.*

Quotuplex est conditio possibilis?

R. 1. Vel potestatiua, in potestatem heredis institui collata, puta *Caius heres erit, si centum aureos dederit.* 2. Casualis, quæ non in arbitrium heredis, sed in fortunam confertur, *Si nauis ex Asia venerit.* 3. Vel mixta ex vtraque præcedente,

cedente, seu casualis & potestatiua constans. *Paul. l. si iam facta §. 1. ff. de cond. & demonst.*

Quid circa possibilem conditionem iuris?

R. Quod omnis talis conditio adijci institutioni potest, & adiecta seruari debet. *l. 35. ff. de hered. instit.*

An nulla hic differentia heredum respectu?

R. Omninò. Extraneus sub quauis conditione possibili institui potest. Suus heres tantum sub potestatiua. Sub qua institutus (quod eam implere potest) pro purè instituto habetur. Si verò in incertum casum instituitur; quia vt is non eueniat, fieri potest, non expectato euentu statim pro præterito habetur. *Vvef. par. de condit. instit.*

An sub pluribus conditionibus institui potest?

R. Omninò: & quidem vel coniunctim, si illud & illud factum fuerit. Quo casu omnibus parendum est. Vel disiunctim, & alternatiuè, puta si hoc, aut illud factum fuerit, & sufficit cuilibet parere; hoc est, alteram adimpleri. §. 11. *hic.*

Quis est effectus institutionis?

R. 1. Successio in vniuersum ius quod defunctus tempore mortis habuit. *d. l. hereditas.* 2. Quod iura omnia tam actiua, quam passiua, adita hereditate in heredem transeunt. §. 2. *infra de perpet. & temp. act.*

TIT. XV.

De vulgari substitutione.

H*Actenus de prima heredis institutione; qua est secunda, & quomodo definitur?*

R. Secunda heredis institutio, substitutio dicitur; estque in secundo, & vlteriore gradu heredis, seu successoris designatio. *Accurs. Rubr. ff. eod.* Secundi quippe gradus appellatione etiam tertium, & quartum heredem notamus, &, vt & nomine secundarum nuptiarum, vlteriores.

Quomodo hic gradus numerantur?

R. Non ex personarum numero, vel scripturæ ordine, sed ex ordine successionis. *l. 2. §. 6. hic.*

Potest

Potest ne Testator plures gradus heredum facere in suo testamento?

R. Potest in quantum velit heredes substituere. *Text. Pr.*

Quotuplex est substitutio?

R. Diuiditur multis modis; præcipua autem diuisio est qua diuiditur in directam & obliquam.

Quæ est directa?

R. Directa (quæ & propria) est quæ fit verbis directis & ciuilibus, legitimis, immediatè ipsum substitutum respicientibus, in casum si primus heres deficiat: puta, *Titius heres esto: si heres non erit, Sempronius heres esto. Schneid. eod.*

Quæ est obliqua?

R. Obliqua, seu fidei commissaria & precaria (quæ impropria) est, quæ fit verbis non directis, sed obliquis & precarijs, non ad ipsum substitutum immediatè directis, sed ad institutum heredem; cuius fidei committitur, vt hereditatem acquisitam restituat alteri. e. g. *Titius heres esto, ac rogo eum, seu fidei eius committo, vt hereditatem restituat Sempronio. Schneid. eod.*

De qua specie substitutionis hic agitur, & quomodo subdiuiditur?

R. Agitur hic de directa; quæ à varijs substituendi formis, vulgò diuiditur in vulgarem, pupillarem, exemplarem, compendiosam, & breuiloquam, seu reciprocam. Et malè quidem; quia exemplaris cum sit species pupillaris; breuiloqua & compendiosa, vel vulgaris, vel pupillaris; separatam speciem facere non possunt. Secundùm Imperatorem hic, (vt & in Digestis) à duobus casibus & conditionibus substitutioni inhærentibus formaliter, (puta hereditatis non acquisitæ, & mortis filij impuberis) distinguitur in vulgarem & pupillarem. *l. 39. §. filio ff. hic.*

Quotuplex est vtraque?

R. Duplex, vel *expressa*, quæ fit verbis conditionis præcedentis negativè expressis. Vel *tacita*, quæ ita fit, vt conditio negatiua; *si heres non erit*, diserte non exprimatur; sed talibus verbis affirmatiuis, quibus tacitè cõditio negatiua subaudiatur; vt cum duos heredes sibi inuicem substituuntur, vt, *Titius & Seius heredes sunto, eosque sibi inuicem substi-*

tuo,

tuo, vel *Titius & Seius, vter eorum vixerit, heres esto*. *Schneid. hic num. 9.*

An vtriusq; huius modi tacitè substituendi idem effectus est?

R. Non; Prioris modi hic est effectus, vt si coheredum vnus adita hereditate decedat, alter coheres non succedat; sed tum demum, si non adita hereditate moriatur. Posterioris hic effectus est; vt si vterque instituerus vixerit, vterque sit heres: Si vnus vel nolit, vel non possit esse heres, alter solus sit heres. *l. 24. ff. de hered. instit.*

Quæ est altera subdiuisio?

R. Quod substitutio est vel simplex, seu μονόπλευρος, quæ ab vna tantum fit parte, hoc est sic, vt instituto substituatur is, qui non est coheres; vt *si Titius heres non est, Caius heres esto*. Vel duplex, seu reciproca, cum coheres coheredi substituitur, vt, *Titius heres esto: si heres non est, Caius heres esto; si Caius heres non est, Titius heres esto*. §. 1. *hic*.

Quæ est vulgaris substitutio?

R. Vulgaris substitutio (sic dicta quod vulgò à quolibet testatore fiat) est directa secunda institutio, quæ fit iure communi à quolibet testatore, cuiusvis ætatis heredi, in hunc casum, si heres non erit: siue ita generaliter expressam, siue specialius expressa huius deficientiæ causa; puta si noluerit, vel non potuerit esse heres. *l. 1. ff. hoc Tit. l. 8. de impub. substit. l. 3. C. de hered. instit.*

Vbi omninò fieri potest substitutio hac?

R. Tantùm in testamento. §. 36. *hic*. In codicillis nec institui, nec substitui directè potest, nisi à milite, aut à parentibus inter liberos testantibus. *l. hac consult. § ex imperfecto. C. de testam.* Benignè tamen substitutio talis facta in codicillis, trahitur in fideicommissum. *l. vlt. C. de codicillis. l. 76. ad S. C. Trebel.*

Qui omnino vulgariter substituere & substitui possunt?

R. Quilibet qui instituere, vel institui possunt, hoc est, qui testamenti factionem cum testatore habent; cuiuscunque sint conditionis, liberi, vel serui; tam proprij, quàm alieni, cùm quibus, puta ex persona dominorum, testamenti factio est. *Vlp. Frag. 22. l. 5. ff. de seruis leg. Perez. hic.*

Quibus potest substitui?

R. Om-

R. Omnibus similiter cuiuscunque conditionis & ætatis heredibus, suis, extraneis, liberis, seruis, ijsque non tantùm alienis, sed & proprio seruo qui necessarius heres est. Eo effectu vt seruo instituto non adeunte, per substitutum sustineatur, nec deseratur Testamentum. *Perez. hic.*

Qualiter substitui possit?

R. Possunt verò substitui, vel singuli singulis, vt *Titius heres esto: si Titius non est, Caius heres esto:* vel vnus in locum plurium: *Titius & Caius heredes sunto: si heredes non sunt, Seius heres esto:* vel plures in locum vnius; vt *Titius heres esto: si heres non est, Caius & Mœuius heredes sunto*: vel vnus & idem sibi: cum pluribus institutis vnus ex institutis cæteris omnibus substituitur; puta *Titius, Caius, Mœuius, Seius heredes sunto, si non sunt Caius heres esto.*: denique cum inuicem ipsi instituti heredes substituuntur, vt *Titius & Caius heredes sunto, eosque sibi inuicem substituo.* Quæ est ipsa reciproca à Modestino: à Doctoribus verò breuiloqua dicta substituto. §. 1. *hic l.* 38. §. 1 *ff. eod.*

Quomodo inter substitutos diuiditur hereditas?

R. Eodem ferè modò vt inter institutos. Quia pluribus substitutis partes à Testatore factæ seruantur: ijs non factis (siquidem substituti prius non sunt instituti) ex æquo omnes heredes sunt. *l.* 9. §. 12. *de hered. instit.* & vnus substitutus in totam hereditatem institutus intelligitur. Pluribus verò institutis, si inuicem sibi ipsi, aut plures ex his vni substituantur, tum substituti videntur ex ijsdem partibus ex quibus sunt instituti. §. 2. *hic l.* 5. 9. 24 *ff. hic.* Puta si quidem sub generali appellatione heredum sunt instituti. *d. l.* 5. Quod si proprijs nominibus quidam expressè sunt substituti, viriles partes inter eos factæ videntur. *arg. legis* 124. *de leg.* 1. *& l.* 24. *ad Trebel.* Vel si æqualiter grauati sunt substituti ad æqualia onera. Tunc enim quia ad personas fuit habita relatio, meritò viriles partes in substitutione factæ censentur. §. 2. *hic. & ibi glossa.*

Quid iuris si instituto heredi dato substituto coherede, alius ei fuerit substitutus: puta si testator instituit Titium & Caium, & Caio Titium coheredem substituit, & Titio deinde Seium?

R. Ad vtramque partem tertius substitutus, (si neuter insti-

instituto tertius hereditatem adierit) admittitur; Puta non tantùm eius cui substitutus est, sed etiam alterius qui solùm est institutus; & eidem etiam substitutus censetur. §.3. *hic.*

Si quis seruo per errorem quasi liber esset instituto substituatur; quid iuris, si is iussu domini hæreditatem adeat?

R. Propter errorem testatoris, & præsumptionem, quod eum, si sciuisset seruum esse, forte non instituisset (licet regulariter institutus & substitutus simul in successione non admittantur) vterque extra ordinem æquis portionibus defuncto succedit. §.4. *hic.*

Qui sunt effectus substitutionis vulgaris?

R. 1. Quod instituto ex alterutra causa (puta quod vel nó possit, vel nolit) hereditatem non adeunte, vel aliàs irrita facta institutione ipsa, locus fiat substituto; excluso tum instituti herede (quod hereditas non adita transmitti non possit) tum iure accrescendi; quod hoc ius tacitè ex legibus descendat, cum substitutus expressè vocetur. *l.* 2. §. *fin. l.* 4. *hoc. tit. Perez. hic.* 2. Quod hæc substitutio expressè facta continet tacitam pupillarem. *l. vnic. C. de Caduc. tol. l. vnic. de his quæ ant. apert. tab.* 3. Quod hoc modò substitutus non instituto (vtpote qui nunquam fuit heres) sed ipsi testatori succedat. *Princ. hic.*

Quomodo extinguitur vulgaris substitutio?

R. 1. Instituto hereditatem adeunte, hoc est, deficiente substitutionis conditione, si heres non est. *l.* 5. *Cod. hic.* Idque siue omnes instituti adeant, siue vnus ex copulatiue institutis; quia ei qui adit pars deficiens accrescit; quod non censeatur vocatus substitutus, nisi in casum si nullus adeat ex institutis. 2. Deficiente conditione alia substitutioni apposita. *l.* 2. *&* 4. *C. de Repud. her.* 3. Si ipse substitutus repudiauit hereditatem. 4. Filiofamilias pupillo facta speciatim extinguitur completa pubertate. *l. in pupil. ff. eod.*

TIT.

TIT. XVI.

De Pupillari ſubſtitutione.

Quid eſt pupillaris ſubſtitutio?

℟. Pupillaris ſubſtitutio eſt qua pater liberis ſuis impuberibus, quos in poteſtate habet, non recaſuris in alterius poteſtatem, ſubſtituit in eum caſum, ſi heredes erunt, & in pupillari ætate deceſſerint. Vnde & pupillaris dicta, *Princ. hic l. 2. ff. eod.*

Quo iure introducta eſt?

℟. Non tam lege, quàm moribus populi Romani, idq; ex intuitu patriæ poteſtatis, eodem iure propriè obtinentis. Quia cùm pater & filius viderentur quodammodo vna eſſe perſona, patris teſtamentum etiam ipſius filij eſſe cenſebatur. *l. 2. ff. hic. Vigl. ad pr. Inſt. hic. Quia verò iſta poteſtas moribus patriæ non obtinet, ceſſat & ijſdem pupillaris ſubſtitutio.*

Quotuplex eſt hæc ſubſtitutio?

℟. Ex præcedentibus quidem liquet etiam hanc eſſe, vel *expreſſam*, quæ verbis fit, ſiue generalibus, ſiue ſpecialibus *; ſi filius heres non erit, vel ſi heres erit, & in pupillari ætate deceſſerit*, vel *tacitam*, cum interpretante lege, præſumptam mentem teſtatoris filio in poteſtate impuberi ſubſtituentis vulgariter, etiam ita facta cenſetur, iſta ſubſtitutio, vt (ſiquidem adita hereditate filiusfamilias impubes in pupillari ætate deceſſerit,) planè ac ſi expreſsè pupillariter ſubſtitutus eſſet, etiam in iſtum caſum ſubſtitutus eſſe cenſeatur. *l. 2. § ſed ſiquis. ff. eod.* Sed nos hic conſideramus diſtinctionem huius ſubſtitutionis eam, qua diuiditur in veram, vel quaſi pupillarem, ſeu exemplarem.

Quæ eſt vera pupillaris?

℟. Ea ipſa quæ modò eſt definita.

Quæ requiruntur vt huic ſubſtitutioni ſit locus?

℟. 1. Requiritur vt ſubſtitutus ſit è liberis teſtatoris, & quidem in poteſtate. 2. Impubes. 3. Vt maneat in poteſtate teſtatoris ſubſtituentis donec viuit. 4. Vt morte ſubſtituentis fiat ſui iuris, nec recidat in alterius poteſtatem. 5. Vt

pater ſubſtituens ſibi ipſi prius faciat teſtamentum, & in eo impuberem filium vel expreſsè inſtituat, vel exheredet. 6. Denique vt hereditas patris adeatur. Niſi pater ſit miles. Cuius ſubſtitutio pupillaris valet etiam ea nō adita. §. 2. & c. & ibi gl. hic. l. 2. 4. 5. ff. eod.

Cur pater prius ſibi debet facere teſtamentum?

R. Quia pupillaris ſubſtitutio eſt quaſi pars & ſequela teſtamenti paterni, nec valet, niſi patris teſtamentum ipſum valeat. §. 2. & 5. *hic.*

An cum pater ſibi & filio facit teſtamentum, ordo ſcriptura ſemper requiritur?

R. Non ſemper; puta, ſi filius impubes ſit inſtitutus à patre. Omninò, ſi eſt ab eo exheredatus. Quo caſu debet pater ſibi priùs, quàm filio heredem ſcribere. *l. 2. §. prius & ſeqq. ff hic.*

Qui poſſunt pupillariter ſubſtituere?

R. Pater, aut ſi quis aſcendentium alius liberos habet in poteſtate, non mater: quæ liberos in poteſtate non habet. *Burt. ad d. l. 2. num. 7 ff. eod.*

Quibus poteſt ſubſtitui hoc modo?

R. Liberis naturalibus & legitimis ſimul, legitimatis, etiam arrogatis, impuberibus in poteſtate exiſtentibus, iiſque vel inſtitutis, vel exheredatis; non tantùm iam natis, ſed & poſthumis qui olim quidem exheredari poterant, ſed hodie non niſi inſtitutis. §. *quacunque Auth. non licet, ibi Dd. C. de lib. prat.* etiam nepotibus in poteſtate exiſtentibus. *l. 2. ff. eod.*

An ergo extraneo ſubſtitui non poteſt?

R. Extraneo, vel filio puberi, non quidem pupillariter ſubſtitui poteſt: ſed omninò tamen per fidei commiſſum; ita vt obligetur hereditatem alteri reſtituere, eamque vel totam, vel ex parte. §. 9. *hic.*

Quot liberis poteſt ſubſtitui?

R. Vel ſingulis, vel ei qui eorum impubes nouiſſimè morietur. Singulis quidem, ſi neminem eorum inteſtatum voluerit mori. Nouiſſimo, ſi legitimarum hereditatum, hoc eſt ſuccedendi ab inteſtato ius inter eos integrum cuſtodire voluerit, §. 6. *hic.*

Qua

Quæ est formula substitutionis pupillaris?

R. Hæc; Titius filius meus heres esto: & si heres non erit vel erit quidem, sed antequam pubes factus sit, moriatur, Seius heres esto. *Princ. hic.*

Quomodo omninò substitui pupillariter potest?

R. Vel purè, vel sub conditione, quemadmodum & instituitur. 2. Vel nominatim, vel generaliter. Illo modo, *Titius filius meus heres esto: si heres non erit, vel impubes moritur, Seius heres esto.* Hoc modo, *Quisquis mihi heres erit, is filio meo impuberi intra pubertatem morienti heres esto.* §. 7. *hic d. l. 8. & l. 10. ff. hic.*

Quid refert nominatim, an generaliter fiat substitutio?

R. Hoc, quod si fiat nominatim substitutus hereditatem pupilli consequitur, etiam paterna repudiata. Generaliter si fiat, non aliter, quam si & scriptus fuerit heres, & patri heres exstiterit, hoc est, eius hereditatem adierit. Alias enim pro non scripto habetur, & sic testamentum infirmatur. Item pro qua parte heres fuerit factus, pro eadem substitutus intelligitur. *d. §. 7. hic & l. 8. & 10. ff. eod. Perez. hic.*

An substitutio semper palam debet fieri?

R. Vt non interest in qua parte testamenti fiat institutio; sic testator, vulgari substitutione facta, in prioribus testamenti partibus, potest in inferioribus pupillarem scribere, easque consignare, ac in priori testamenti parte cauere, ne inferiores tabulæ filio, & quidem adhuc impubere, viuo aperiantur. §. 3. *hic.*

An in vnum casum substitutus expressè, puta vulgariter, etiã in alterum casum, hoc est substitutioni pupillari peculiarem, tacitè substitutus videtur?

R. Omninò, vt modò dictum, vulgaris expressa continet tacitam pupillarem, & contra; si pupillariter substituit, pupillaris expressa in se continet tacitam vulgarem. *l. 4. ff. & C. hic.* Aliter quàm in vulgari substitutione, in qua in vnum casum, (puta si noluerit) expressè substitutum, volunt Dd. non censeri substitutum in alterum casum, (si non potuerit esse heres) omissum. Licet hic varient. *Treut. disp. hic. th. 6. lit. à.*

An igitur expressa & tacita substitutionis pupillaris eadem est vis?

R. Non. Nam illa matrem pupilli adeò excludit, vt nec de inofficioſo teſtamento queri poſſit: hæc, matre pupilli ſuperſtite, nulla eſt & inutilis, *l.45. ff eod. l.8.§. ſed nec impuberis ff. de inof. teſt. Pac. Epitome hic. th.15.*

Quis eſt effectus ſubſtitutionis huius?

R. Varius. 1. Quod expreſſa pupillaris continet tacitam vulgarem. *l.4.§. vnam hoc iure ff. hic.* 2. Quod per eam ſuccedit non patri teſtatori, ſed ipſi pupillo impuberi, ſiquidem heres extiterit; & quidem in bonis eiuſdem tam aduentitijs quàm à patre profectis. *l.10. §. ad ſubſtitutum ff. hic.* 3. Quod expreſſa pupillaris excludat à ſucceſſione pupilli omnes eius aſcendentes per lineam maternam, etiam ipſam matrem. *l.4. ff. hic.* (cui tamen inopi alimenta præſtanda ſtatuunt. *Zaſius Tract. de ſubſtit.*) Tacita ſubſtitutione matrem non excludi, iam dictum.

Quomodo extinguitur hac ſubſtitutio?

R. 1. In teſtamento quidem pagani pubertate eius cui ſubſtituitur, id eſt, in maribus 14. in fœminis 12. anno completo: tanquam vna ſubſtitutionis cauſa, puta pupillari ætate, ſublata. §.8. *hic.* Quod tempus miles ex priuilegio excedere poteſt. 2. Si pubertate breuius tempus definiuit teſtator, eo completo. *l.21. ff. hic.* 3. Emancipatione, vel adoptione pupillariter ſubſtituti; tanquam ſublata cauſa altera ſubſtitutionis huius, id eſt, patria poteſtate. *l.41. §. cum filia ff. hic.* 4. Subſtitutionis conditione deficiente. *l.8. ff. eod.* 5. Teſtamento ipſo, & inſtitutione patris omninò infirmata *Pr. hic l.* 2. §.1. *ff. eod.* 6. Non adita hereditate teſtatoris. Secùs ſi ex parte infirmetur putà per querelam inofficioſi, aut per bonorum poſſeſſionem contra tabulas. *l.8. §. ſed nec impuberis C. de inof. teſt. l.34. §. vlt. D. hic.*

Quid differt ſubſtitutio hac à vulgari?

R. 1. Vulgaris à quouis teſtatore cuiuis heredi fieri poteſt; pupillaris à ſolo patre, ſolis liberis, in poteſtate exiſtentibus, iiſque impuberibus. 2. Vulgaris fit iure communi; pupillaris contra regulas iſtius iuris (ſecundum quod alius pro alio non facit teſtamentum) moribus, vt dictum, ſolius patriæ poteſtatis & pupillaris ætatis intuitu introducta eſt. *Pr. hic. Verſ. nam moribus.* 3. In vulgari ſubſtitutus ſemper fit heres

heres testatori; in hac substitutione ita tantum, si non extiterit heres filius: Si verò extiterit, ipsi filio sit heres; ita, vt non eius modò; sed & patris bona simul capiat. *Text. pr. vers. quo casu. l. 4. ff. eod. Puta quia filius adeundo, hereditatem paternam suam facit, & ad substitutum transmittit.* 4. In vulgari substitutione vna tantum est hereditas; duæ pupillari. *l. 10. ff. hic. Quod hic duo sint quodammodo testamenta; & quòd non sibi tantùm, sed & filio pater testetur. §. 5. hic.*

Quæ est substitutio quasi pupillaris?

R. Hæc substitutio (ad exemplum prioris à Iustiniano introducta, ideòq; exemplaris à Dd. communiter, elegantius Iustinianea dicta est) est quà parentes liberis puberibus, mente captis, aut furiosis, siue in potestate eorum existant, siue non, substituunt in eum casum, si quidem priusquam mentis fiant compotes moriantur. §. 2. *hic. l. 17. C. hic.*

Qui possunt quasi pupillariter, seu exemplariter substituere?

R. Parentes vtriusque sexus, etiam mater, modò honesta sit, nec transierit ad secunda vota; *Quia non patria potestatis, sed humanitatis solùm hic habetur ratio. l. 9. C. hic.* Vtroque parente simul substituente, patris præfertur substitutio, *secundùm Zasium de subst. cap. 3.* Nec filius patri furioso ita substituit. *Bartolus & Dd. in l. ex hoc facto ff. hic.*

Quibus exemplariter substitui potest, & quo casu?

R. A patre quidem liberis naturalibus & legitimis simul, vel legitimis tantùm, etiam nepotibus & neptibus, mente captis, & furiosis (quod & ad mutos surdos, & prodigos extendunt. *in d. l. hoc facto Dd. c.* non admittendum nisi speciali consensu Principis accedente) nisi ante morbum fecerint testamentum. *Quia malum superueniens ante vitè factum non vitiat.* Mater verò liberis etiam tantùm naturalibus ita substituit. *Dd. in d. l. ex facto 43. ff. h. t.*

Qui ita possunt substitui?

R. Hoc (aliter, quam in substitutione verè pupillari, qua quiuis substitui potest) lege ita definitum est: vt primo substituendi sint liberi ipsius furiosi. 2. His deficientibus, fratres & sorores. 3. Post hos, extranei. *l. humanitatis Cod. hic. Gothof. ad Schneid. hic.*

Qua ſunt requiſita huius ſubſtitutionis?

R. 1. Reſpectu patris ſubſtituentis, vt filius ſit legitimus: Reſpectu matris, naturalem eſſe ſufficit. 2. Vt ſit talis, qui non recidat in poteſtatem patris poſt mortem aui ſubſtituentis: 3. Vt furioſus decedat durante morbo. 4. Vt & hic pater ita ſibi faciat teſtamentum, vt filium, ſaltem in legitima, inſtituat. *Bart. in d. l. ex facto. Schneid. hic.*

Quis eſt effectus huius ſubſtitutionis?

R. 1. Quod expreſſa quaſi pupillaris, vel exemplaris in ſe continet tacitam vulgarem. 2. Quod & hoc modo ſubſtitutus, poſt parentis & filij obitum, in vtriuſque bona ſuccedat. 3. Quod etiam per hanc ſubſtitutionem expreſſam mater arceatur à ſucceſſione filij furioſi. *Zaſ. d. loco cap. 3. Breder. Analyſ. hic.*

Quomodo finitur?

R. 1. Ceſſante furore, vel morbo, vel omninò; vel per longum ſaltem interuallum dilucidum; *Quod iſtius interualli tempore furioſus ipſe teſtari poſſit.* Secus ſi id breue, & tale eſt, vt de ſana mente teſtantis conſtare non poſſit. *Zaſius per l. 9. l. qui teſt. fac. poſ. Schneid. hic.* 2. Liberorum ſuperuenientia. 3. Per incapacitatem heredis ſubſtituti. 4. Per ipſum teſtamentum ſubſtituentis ſublatum. *Schneid. hic.*

Quid differt à verè pupillari?

R. 1. Hæc fit puberi, ſed furioſo & dementi: illa impuberi, etiam ſanę mentis. 2. Illa fit à patre tantùm iure patriæ poteſtatis; hæc quoque à matre humanitatis ratione. 3. Illa ſubſtitui quiuis poteſt, etiam extraneus, pro ſubſtituentis arbitrio; hic ordo ſubſtituendi legibus definitus eſt, nec ſubſtituitui extraneus poteſt, niſi liberis, fratribus, & ſororibus furioſi deficientibus. 4. Hæc tantùm deficiente morbo, & agnatione ſui heredis; illa ætate pupillari extinguitur. *Per ante dicta.*

Explicaſti hactenus geminã ſubſtitutionis ſpeciem ab Imperatore propoſitam, vulgarem & pupillarem: & ſub hac quidem etiam quaſi pupillarem, ſeu exemplarem à Da. vocatam; ſub illa etiam reciprocam, ſeu breuiloquam Doctoribus dictam quando, puta, plures vna verborum conceptione vltrò citroque inſtituuntur & ſubſtituuntur: *Dic nunc porro, quis ſit effectus huius reciprocæ,*

ſeu


image
not
available

verbis communibus, intra filij pubertatem, etiam matre in medio existente, vim pupillaris habeat: post eam ad fideicommissariam similiter trahatur, Obliquis verbis facta, fidei commissariæ tantùm vim habeat. *Schneid. eod.*

TIT. XVII.

Quibus modis testamenta infirmantur.

H*Actenus quibus modis testamenta constituuntur iure, dic ita constituta quousque valeant?*

R. Testamenta iure facta valent donec siue iure ciuili, siue iure prætorio infirmentur. *Pac. Epit. th. 23.*

Quomodo infirmantur iure ciuili & prætorio?

R. Infirmantur iure ciuili, vel ipso iure, (de quibus infirmandi modis hoc titulo.) Vel officio iudicis (de quo modo infirmandi titulo proximo) Iure prætorio per bonorum possessionem contra tabulas; de quo infirmandi modo sub titulo de bonorum possessionibus. *l. 3. tit. 10. hic.*

Quot modis infirmantur testamentum ipso iure?

R. Cum rumpitur, vel irritum fit. *Princ. hic.*

Quando dicitur rumpi?

R. Cum, in eodem statu manente testatore, ipsum testamenti ius vitiatur. §. 1. *hic.*

Quot modis hoc fit.

R. Per agnationem sui heredis, siue veram, siue quasi; puta per posthumum natum; vel filium siue arrogatum, siue adoptatum à testatore post factum testamentum. §. 1. 2. Per posterius testamentum iure perfectum; idque; siue ex priore aliquis heres extiterit, siue non existat; modo casu aliquo esse heres potuerit. Et hoc quidem modo adeò prius rumpitur testamentum, vt, licet ex posteriore nemo heres extiterit, prius tamen non conualescat; sed ad successionem legitimi heredes vocentur. §. 2. *hic.* Item, licet heres in posteriore testamento iure perfecto ex rebus certis tantùm sit institutus. §. 3. *hic.* Quia talis heres (nullo coherede dato) habetur pro in vniuersam hereditatem instituto. Puta *ne quis partim testatus, partim intestatus decedat* coherede dato,

pro

pro legatario habetur. *l.13.C.de hered.inst.*

Quid si testator dicat in secundo testamento, se velle prius valere?

R. Eo quidem casu tollitur nihilominus testamentum de rigore iuris, ita vt non valeat iure testamenti; sustinetur tamen benignè, vt valeat iure fideicommissi; puta ita, vt institui ex re certa in secundo testamento (reseruato eo in quo sunt instituti, aut suppleta quarta ex SC. Trebelliano) videatur grauati reliquam hereditatē restituere ijs, qui in priori testamento erant instituti. *l.5.29. ad ff. SC. Treb. & §.3. hic.*

An nullo casu per posterius testamentum imperfectum, prius tollitur?

R. Omninò. 1. Ijs casibus, qui excipiuntur. *l. fancimus C. de test.* 2. Quando testamentum primum tantùm est validū iure militari. 3. Quando primum testamentum, cum prius esset de iure communi validum, factum est deinde militare. 4. Cum in secundo testamento imperfecto instituuntur venientes ab intestato. 5. Aut ipse Testator in secundo testamento imperfecto, propter offensam ipsi datam, hereditate indignum esse institutum profitetur. *l.4. C. de his quibus vt indignis.*

An sola panitentia, & mutata modò voluntate Testatoris, infirmatur testamentum?

R. Nullo modo. Quia sola volūtate testatotis testamentum non conficitur, sed factum eius requiritur; vnde etiam hic in dissoluendo testamento, vt ad factum deueniat, requiritur. Puta, si non ritè fecit aliud testamentum, ut saltem testamentum scriptum inciderit, vel cancellauerit, vel sigilla remouerit; vel nuncupatiui testamenti non exemplum modò, sed ipsas tabulas authenticas inciderit. Si se intestatum velle mori significauit. *l.pen.C.de Testam.* Denique si ad declaratam testatò pœnitentiam cursus decennij accesserit, à die primi testamenti computandi. *Dd. Clarus hic quæst.91.*

Quomodò irritum fit testamentum?

R. Irritum fit Testamentum, quoties manente eodem iure testamento, conditio testatoris, & per hoc vires testamenti minuuntur. §.4.

Cur distinguis inter rumpi & irritum fieri testamentum?

R. Licet

R. Licet & quæ rumpuntur irrita fiant; & ea quæ statim ab initio non iure fiunt, irrita sint; item ea quæ iure facta sunt, & postea per capitis deminutionem irrita fiunt, rupta dici possint; distinguuntur tamen hæc, vt distinguatur modus infirmandi testamentum, ex persona testatoris, à modis quibus infirmatur citra testatoris statum mutatum.

Quibus modis fit irritum testamentum?

R. Fiunt irrita testamenta, vel ratione testatoris, 1. Per quamlibet capitis deminutionem ipsius testatoris, etiam minimam. §. 4. 5. *hic l. si quis filio* §. *irritum ff. hic.* 2. Si testator vel ipse, se metu pœnæ imminentis interfecerit: vel memoria eius post mortem sit damnata. *l.* 6. §. *vlt. ff. eod.* 3. Militari factum iure post lapsum annum à missione, *l.* 7. *ff. eod.* Vel ratione heredis instituti, 1. Herede scripto hereditatem non adeunte. *l.* 1. *ff. eod.* 2. Testatorem captum ab hostibus non liberante *Auth. si captum Cod. de Epise. & cler.* 3. Testatorem furiosum factum negligente custodire; quo casu et tanquam indigno hereditas aufertur.

An per capitis deminutionem semper fit irritum testamẽtum?

R. Non. Nam 1. Testamentum militis per minimam capitis deminutionem non infirmatur. §. *vlt sup. de Mil. Test.* 2. Filiusf. de bonis castrensibus testans pro patrefa. habetur. *Vigl. hic.* nisi se in arrogationem dans in alienam transeat familiam. *Not. in l.* 8. §. *si post factum ff. de iure Codicill.*

An semel irritatum testamentum manet irritum?

R. Imò verò per capitis deminutionem irritatum contualescit; si modò defunctus mortis tempore & ciuis Rom. & suæ potestatis fuerit; & quidem in media & maxima capitis deminutione, tanquam necessaria, absque vlla noua declaratione; quod mutasse voluntatem testator non præsumatur. In minima, seu voluntaria capitis deminutione, siquidem codicillis testamentum confirmet. *Dd. hic.*

Quo iure conualescit irritum testamentum?

R. Regulariter iure prætorio. §. 6. *hic.* Sed & ciuili duobus casibus. 1. Si testator ab hostibus captus redierit; ex iure postliminij, quod ciuili iure introductum. 2. Si ob crimen damnatus in integrum restituatur à Principe. *Quia Princeps prætorio iure non vtitur, l. si quis filio* §. *penult. ff. eod.*

Quale

Quale teſtamentum conualeſcit hoc modo?

R. Teſtamentum ſcriptum, ſolenne dictum; puta ſeptem teſtium ſignis confirmatum: non nuncupatiuum; in quo iſta ſolennitas confirmationis non requiritur.

Quid ſi in teſtamento perfecto Princeps ſit inſtitutus litis cauſa, vel non litis cauſa in imperfecto?

R. Neutrum teſtamentum admittitur. Non illud; quia licet ſimpliciter Princeps heres inſtitui poſſit, inuidioſum tamen Principi tales adire hereditates, à quibus terrore ſuo propinquos & creditores abſterreat. *l. penult. ff. de hered. inſt. tot. tit. C. ne liceat potentiores hered. inſt.* Non hoc; quia, licet Princeps legibus ſolutus ſit, tamen legibus viuit. §. *vlt. hic.*

TIT. XVIII.

De inofficioſo Teſtamento.

QVomodo infirmatur teſtamentum officio iudicis?

R. Per querelam inofficioſi teſtamenti.

Quod teſtamentum dicitur inofficioſum, ſeu contra officium pietatis factum?

R. Tale teſtamentum, in quo vel ſine iuſta cauſa exheredati ſunt liberi aut parentes, vel iis caſibus præteriti, in quibus præteritio eſt pro exheredatione. Vel perſonis turpibus heredibus inſtitutis, fratres, conſanguinei, & quidem durante, vel diſſoluta agnatione. *Pr. hic. Pac. Epitome hic.*

Quibus remedijs infirmatur tale teſtamentum?

R. Ordinarijs quidem, ſi quidem tale ſit, vt talibus remedijs impugnari poſſit. Vtpote quibus demum deficientibus ad hanc querelam, qua defuncti dementia arguitur, deueniendum.

Quo iure introductum eſt hoc remedium?

R. Ciuili iure, an prætorio introductum ſit, incertum: & potius cùm vtroque iure remedium ordinarium deficeret, vtroque introductum volunt. *Vult. hic. num. 2.*

Quid eſt querela inofficioſi teſtamenti?

R. Eſt imploratio officij iudicis aduerſus heredem ſcriptum, qui hereditatem iam adijt, aut eum qui ſit loco heredis

redis(puta fideicommiſſarium vniuerſalem;)qua petitur teſtamentum, tanquam inofficioſum, reſcindi. *l.17. infin. hic. num.115.c.3.inf.* & (cumulata hereditatis petitione, ad quam inſtituendam hoc remedium eſt præparatorium) hereditatem actori, tanquam proximo ab inteſtato heredi, adiudicari. *l.34. C. hic.*

Quibus datur hoc remedium?

R. 1. Deſcendentibus vtriuſque ſexus, ſiue legitimis & naturalibus ſimul, ſiue legitimis tantum, id eſt, adoptatis ab aſcendente, modò in poteſtatem adoptantis tranſierint, & iura ſuorum nacti ſint; & quidem ijs tanquam proximioribus, qui ab inteſtato alios excluderent, ſiue ſint primi, ſiue vlterioris gradus. §.2. *hic*, non naturalibus aut ſpurijs, niſi aduerſus teſtamentum matris. §.1. & 2. *hic.* nec poſthumis (contra quam olim) iure nouo, quo exheredari non poſſunt; non arrogatis, vtpote quibus, ex conſtitutione diui Pij, aliter prouiſum. 2. Parentibus vtriuſque ſexus, ſiue liberos habeant in poteſtate, ſiue non habeant, modò ipſis ab inteſtato fuiſſent ſucceſſuri. *l.1. & 14. hic.* 3. Fratribus & ſororibus conſanguineis, ſiquidem inſtituti ſpeciatim ſint turpes perſonæ; id eſt, vſurarij, infames, ſimileſque: non vterinis, aut alijs vltra fratres & ſorores cognatis. §.1. *hic.*

Contra quos datur?

R. Contra heredes ſcriptos & nuncupatos, ſiue directos, ſiue fideicommiſſarios, item eos qui heredis locum obtinent, & quidem poſt aditam hereditatem. *l.15.§ fi.l.17. & 24.29. §. ſi. hic. l.31. C. eod.*

Ad quid & quo effectu datur?

R. Ad teſtamentum officio iudicis reſcindendum. Eo effectu tantum, vt, licet olim per querelam hanc recte intentatam in totum corrueret, hodie tantum reſcindatur ſecundum articulos inſtitutionis, ſaluis cæteris, id eſt, legata & fideicommiſſa, aliaque concernentibus. *Nou.115. cap.3. Auth. Ex. cauſ. C. de lib. prat. l.18. C. tit. hoc.*

Vbi intentanda eſt querela hæc?

R. In ea prouincia, in qua ſcriptus heres habet domicilium, *leg.29. §. fin. ibique gl. verb. domicilium ff. hic.* Niſi forte exheredatus ſit in poſſeſſione hereditatis, quam ſcriptus

heres

here's petit,& agat in modum contradictionis. *l.*8. §.13. *hic, & ibi gl.*

Quamdiu durat hoc remedium?

R. Quinquennium tantum. Post quod tempus agens, (si quidem tacuerit) excluditur quidem à querela. *l. si quis filium C. hic.* ius tamen sibi seruat vsque ad annum tricesimum petendæ legitimę, vel supplementi, *Vtpote quod instar aliarum actionum personalium perpetuum est. Angelus hic.*

An non transmittitur hæc querela ad heredes?

R. Omninò: ad suos quidem indistinctè, ad extraneos non nisi præparata. *l.*6. §. *fin. ff. l.*1. §.1. *l.*5. *C. hic.* Et transactione quidem finita ab heredibus resuscitari nequit. *l.*3. & 14. *ff. de Transactionibus, ibique Donellus.*

An nullo casu cessat?

R. Non vno; sed secundum antedicta, si aliud remedium, quo ad defuncti hereditatem, vel eius partem perueniat heres, supereſt. 2. Si per silentium quinquennij tacitè vel expressè querelę sit renunciatum. *d. l. si quis filium.* 3. Si legitima, siue tota, siue ex parte, actori sit relicta. §.3. *hic.* & quidem (vt volunt) institutionis titulo. Parte enim relicta, ad supplementum agitur, nec querela instituitur, nisi nihil relictum sit. §.6.

Quid est legitima?

R. Legitima nihil aliud est quam portio eius, quod ab intestato quis habiturus esset, lege definita. *Auth. nouissima C. hic.*

Quibus debetur?

R. Ab ascendentibus debetur descendentibus; viciſſim à descendentibus ascendentibus, quos iure instituere debent; & sine iusta causa exheredare non licet.

Quo iure debetur?

R. Descendentibus quidem iure naturali; collateralibus iure ciuili deberi (casu quo instituti debent) consentiunt Doctores, ascendentibus, ob turbatum successionis naturalem ordinem, ciuili an naturali iure debeatur, dissentiunt.

Quomodo relinquenda?

R. Olim relinqui potuit, siue hereditario, siue alio vlti-

mæ voluntatis titulo. An ſolo inſtitutionis titulo relinqui debeat, variant Dd. Illud expeditum eſt, relinqui debere ſine vllo onere, aut grauamine aut dilatione, *l. Quoniam in prioribus. C. hic.*

Quota pars eſt bonorum?

R. Olim indiſtinctè erat quadrans, §. *Vlt. hic.* hodie triens, quatuor aut paucioribus relictis liberis. Si plures relicti, ſemiſſis: non tantum in legitima deſcendentium: ſed etiam aſcendentium; non tranſuerſalium; in quibus augmentum illud Dd. communiter non admittunt. *Nou.* 18. *c.* 1. *& ibi gl.*

An nihil detrahitur de bonis hereditarijs, antequam legitima debeatur?

R. Non debetur niſi deducto ære alieno & impenſis funeris. *l.* 8. §. *quarta, ibique Dd. ff. hic.*

An in vitâ patris peti poteſt?

R. Viuente patre legitima non debetur, nec cogi poteſt pater (etiam prodigus) vt eam aſſignet. *l.* 1. §. *ſi puberi. ff. de col. bon.*

Quid ſi pater eam non aſſignauerit?

R. Poſt mortem patris aſſignabitur iudicis arbitrio, prout commodiſſimè fieri poteſt: quod filius eam ſuo arbitrio eligere non poſſit. *Baldus in l. iubemus, C. ad Treb.*

TIT. XIX.

De Heredum qualitate & differentia.

AN heredes teſtamento inſtituti omnes ſunt eâdem qualitate?

R. Non; ſed triplices ſunt: aut neceſſarij; aut ſui & neceſſarij, aut extranei, ſeu voluntarij. *Pr. hic.*

Qui ſunt neceſſarij?

R. Serui proprij à teſtatore heredes inſtituti. Sic dicti, quia velint nolint coguntur eſſe heredes. §. 1

Quæ requiruntur vt aliquis ſit heres neceſſarius?

R. Tria. 1. Vt ſeruus ſit tempore facti teſtamenti. 2. Mortis teſtatoris tempore. 3. Vt non ſit legatus alteri. Quia ante mortem teſtatoris conſecutus libertatem extraneus

eſt

est heres. §. 3. *hic.* Legatus alteri, legatario acquirit *gl.* §. 1. *hic.*

Qui sunt sui & necessarij heredes, & cur sic dicti?

R. Sui & necessarij heredes sunt liberi qui sunt in potestate testatoris morientis; siue filius, siue filia; nepos, neptisue ex filio, & cæteri. §. 2. *hic.*

Cur sic dicti?

R. Sic dicti; quia filius & pater vna eademque persona censentur, & ille quidem, viuo etiam patre, paternorum bonorum habetur dominus. *l. fin. C. de impub. & aliis substit.* Vt nō mutari, sed continuari in eo bonorum paternorum dominium videatur. *l. 11. ff. de lib. & posth. Vnde & domesticus heres dicitur.* Necessarij dicuntur, quia & ipsi, velint nolint, de iure ciuili heredes esse cogebantur; & ut hodie ab hereditate paterna abstinere possint, Prætoris modò habent beneficio. §. 2. *hic l. 1. C. de repud. & abst. her.*

Quæ requiruntur vt aliquis sit suus & necessarius heres?

R. Duo præcipuè. 1. Vt sit tempore mortis in potestate testatoris. §. 2. & 3. *hic.* 2. Vt obtineat primum locum, nec eum alius antecedat. §. *eod.*

Qui sunt heredes extranei?

R. Cæteri, qui testatoris iuri subiecti non sunt. Adeò vt extraneorum loco etiam sint liberi emancipati, aut à matre (quæ liberos in potestate non habet) instituti. Item seruus heres institutus quidem, sed ante mortem à testatore manumissus. *Quia ex testamento libertatem non habet.* §. 3. *hic.*

Cur dicuntur extranei?

R. Dicuntur extranei quia non sunt in testatoris potestate; Dicuntur & voluntarij; quia inuiti heredes esse non coguntur. §. 3. *hic.*

Quæ requiruntur vt heredes extranei, seu voluntarij capere hereditatem possint?

R. Vt sint capaces hereditatis; seu vt sit cum ijs testamenti factio. Et quidem, 1. Tempore conditi testamenti, sic vt ab initio constiterit institutio. 2. Tempore mortis; vtpote quo demum effectum habet testamentum. 3. Tempore aditæ hereditatis: Quia eo tempore, quo acquirunt heredi tatem, maxime inspiciendum est, an acquirere possint. §. 4. *ff. Schneid. hic.*

An

An in cæteris hæredibus eadem tempora consideranda?

R. In necessario herede duo tantum considerantur tempora, facti testamenti & mortis; eademque in suis.

An nulla hic distinctio?

R. Omninò; quia si succedunt ab intestato, requiritur capacitas tantum tempore mortis: si verò succedunt ex testamento, similiter duo ista tempora, mortis & facti testamenti tantum considerantur. Puta si quidem purè sint instituti. Sin verò sub conditione, pro tempore mortis, tempus existentis conditionis, & aditæ hereditatis (medij temporis non habita ratione,) attendendum est. *Schneid. hic eodem.*

An eadem tempora ratione legatorum considerantur?

R. In legatis consideratur tempus, quo cedit legatum, respectu capacitatis iudicandæ in legatario, *l. interuenit ff. de legat. præstand.* id est, in legatis puris tempus mortis testatoris: in conditionalibus tempus existentis conditionis. *l. vnica. §. 1. & 7. C. de caduc. toll. Schneid. eod.*

Cum heredes instituti ea, quam dixisti, sint qualitate & differentia, dic quis est effectus immediatus & proprius institutionis heredum?

R. Sicut finis testatoris heredem instituentis est, vt heres ipso mortuo in hereditatem in quam est institutus succedat; ita effectus proprius institutionis est potestas istam hereditatem adeundi, vel cùm aditionis necessitate, vel cùm libertate abstinendi & repudiandi pro diuersa heredum qualitate, *secundum ante dicta.*

Quid est aditio hereditatis?

R. Est actus extranei heredis (non sui, qui se immiscere hæreditati paternæ dicitur) *l. 8. C. de iure delib.* quò hereditatem sibi delatam vindicat. *Obrecht. hic th. 625.*

Quando dicuntur sui heredes se immiscere hereditati, vel extranei eam adire?

R. Aditio fit solo animo. *l. 88. ff. de acq. her. l. 9. C. de iure delib.* Declaratur verò animus, duobus modis, vel verbis, vel facto, seu reipsa. *§. 6. hic.*

Quando verbis?

R. Quando animo deliberato dicit quis se velle heredem

dem esse, siue ex testamento, siue ab intestato, licet id facto nondum declarauerit, hoc est, pro domino rerum hereditariarum se non gesserit. *Vlp. Frag. tit. Qui her. inst. poss.* §. 22. §. *eod. hic.*

Quando facto?

R. Pro herede se gerendo, seu quando quis rebus hereditarijs, tanquam heres vtitur. §. *eod.* Seu quando actum heres exercet, qui non nisi hereditario iure & titulo exerceri potest, *l.* 20 *ff. de acq. hered. Vlp. de loco. Marant repet. in l.* 15. *poteſt. ff. eod. num.* 53. Vt si quis res hereditarias vendat, prædia colat, locet &c. §. 6. *eod.* Item creditoribus hereditarijs soluat. *l.* 2. *C. de iure de lib.* Vel de bonis hereditarijs testamentum aliaque similia faciat. *l.* 6. *Cod. eod. Obrecht. eodem. th.* 635. *&c.*

Quando dicuntur heredes repudiare hereditatem, vel ab eâ abstinere?

R. Iisdem modis repudiatur hereditas, quibus aditur; h.e. vel sola animi declaratione, qua dicit se heredem esse nolle, vel facto; hereditate puta in alium translata, similibusque actibus quibus se auersos ab hereditate declarant. *Marant. eod.*

Quis est effectus aditionis?

R. Præcipuus effectus aditionis est, quod omnes actiones & iura defuncti, tam actiua, quàm passiua (vt loquuntur) seu quæ defuncto, & in defunctum competunt, in heredem transeant, ita vt heres omnia onera hereditaria subire, & creditoribus hereditarijs ac legatarijs satisfacere teneatur. §. 5. *hic.* §. 1. *Infra de oblig. ex quasi contr. l. vlt. C. de iur. delib.* & vice versa bonis, actionibus & iuribus hereditarijs tanquam suis vtatur.

An ex aditâ hereditate eadem est haredis obligatio quoad creditores hereditarios & legatarios?

R. Creditoribus hereditarijs tenetur heres, ex quasi contractu, *Infrà tit. eod.* (quia adeundo cum ijs contrahere videtur) in solidũ, etiam vltra vires hereditarias: vt de proprio quod debito deest supplere teneatur. *l. fin.* §. 1. *& ibi Dd. C. de iur. de leg.* Legatarijs olim vltra vires hereditarias non tenebatur, (vt nec defunctus) *leg.* 15. *C. de legat.* Hodie om-

nino, nisi inuentarium confecerit. *Nou 1. de hered. & Falc.*

An contra istum obligationem nullum iurè proditum remediũ?

R. Ex iure, constitutionibusque anterioribus proditum quidem ius deliberandi, quo heredi, ne temerè vel adiret vel repudiaret suo damno delatam hereditatem, deliberandi spatium datum; primitus, quidem ita, vt à Testatore præfigeretur. *Vlp. frag tit. 22. §. cretio.* Postmodum vt ex lege esset annus, à die mortis ipsius Testatoris, vel scientia de delata hereditate numerandus. *l. 19. C. de iur. delib.* &, siquidem (quando de tempore à lege concesso aliquid esset elapsum) peteretur ab Imperatore itidem annus à die concessionis: si à iudicibus, nouem menses non minus tamen, (siquidem arbitrari vellent; quod poterant) quàm centum dies. Non tamen erat concessum remedium quo intra elapsum tempus deliberationis non repudiata hereditate, ab ista obligatione liberarentur heredes, quantumuis ære alieno ipsa grauata esset. *l. vlt. §. sui autem C. de iur. delib.* Concessum verò est tale remedium, ab Imperatore nostro, beneficium inuentarij dictum. *§. Extraneis hic. d. l. vlt. §. si autem dubius.*

Qualibus heredibus & quoties concedebatur beneficium deliberandi?

R. Concedebatur semel tantum. *d. l. vlt.* & cùm olim iure ciuili esset peculiare extraneorum, factum deinde est commune omnium iure prætorio, eratque in heredes transitorium: in suis ratione cuiuslibet hereditatis, in extraneis, modò ratione testamentariæ. *l. 19. C. de iur. delib. l. 2. C. ad SC. Orfic.*

Quid est beneficium inuentarij?

R. Est beneficium, quo solenniter confecto rerum hereditariarum inuentario, intra tres menses, vel, si alibi sitæ sunt, intra annum, licet heredi ita adire hereditatem, vt non teneatur vltra vires bonorum hereditariorum, nec sibi in aliquo præiudicet, eius iuris respectu quod ipse aduersus defunctum habebat; item Falcidiam & impensas in confectionem inuentarij ipsius factas detrahat, aliaque commoda lucretur; de quibus statim latius. *§. eod. hic.*

Quid vocas inuentarium?

R. In-

R. Inuentarium (sic dictum quod in eo inueniatur omnium rerum hereditariarum descriptio. *l. vt C. de arbit. tit.*) est legitima bonorum in hereditate repertorum annotatio, & in scripturam redactio. *Vult. Inst. hic num. 6.*

Quæ sunt necessaria de iure, vt inuentarium ritè conficiatur?

R. Sunt ea comprehensa, *d. l. vlt. C. eod.* & quidem præcipua. 1. Vt inchoetur intra triginta dies à scientia delatæ hereditatis. 2. Citatis per iudicem legatarijs & creditoribus. 3. Absoluatur intra sexaginta dies; siquidem res hereditariæ sint in eodem loco; aliàs intra annum à morte testatoris numerandum. 4. Scribatur manu publici Notarij, præsentibus legatarijs, & fideicommissarijs omnibus, vel si eorum copia non sit, tribus testibus idoneis heredem cognoscentibus. *Nou. 1. c. 2.* 5. Ei subscribat heres. 6. Ipsumq; inuentarium omnia bona mobilia, immobilia, corporalia, incorporalia; iuraque defuncti tam actiua, quam passiua contineat. *d. l. vlt.*

An hodieque ista omnia in confectione inuentarij requiruntur præcisè?

R. Hodie sufficit inuentarium pro more cuiusque loci confici, *Roll. à Val. de Inuent. pag. 90.*

Quid si inuentario confecto comperiantur res omissa?

R. Si quidem dolo omissæ essent, heres de iure Digestorum amittebat tantum Falcidiam in re ita omissa & occultata, *l. 24 ff. ad Falcid.* & si suus heres esset, beneficium abstinendi, *l. 7. §. l. 4 ff. de acq. hered.* De iure Nouellarum totam Falcidiam in omnibus amittit legatis, *cap. 2. verf. sancimus. Nou. de her. & Falcid.* Sin bona fide; de nouo eas addit inuentario. *Ad quem effectum vtiliter addi solet protestatio de adiungendis ijs quæ per imprudentiam sunt omissa.* Neutro verò iure ob omissa tenetur heres creditoribus & legatarijs vltrà vires hereditarias, sed modò ob confectionem inuentarij omnino neglectam, *Schneid. secund. Angel. hic per d. Nou. cap. 2. §. si non fecerit.*

Dic latius quæ sint commoda ritè confecti inuentarij?

R. Plurima, quorum præcipua sunt. 1. Quod heres non tenetur, vltra vires hereditarias. *d. §. 6. hic.* 2. Habet Falcidiam saluam. 3. Deducit funeris, insinuati testamenti, &

confecti inuentarij, aliarumque cauſſarum neceſſariarum impenſas. 4. Poteſt creditoribus & legatarijs primò venientibus bona fide ſoluere, donec aliquid ex defuncti bonis ſupereſt. 5. Et quidem vtriſq; vel pretium, vel rem ſoluere, ſeu rem hereditariam in ſolutum dare. 6. Æris alieni lucrandi cauſſa res hereditarias vendere. 7. Diſtributo ita defuncti patrimonio ſuperuenientibus creditoribus nulla contra heredem competit actio: ſed quam habere ſibi perſuadent, contra creditores & legatarios inſtituere debent. 8. Obligationes & actiones heredis contra defunctum non confunduntur, ſed ſaluæ heredi maneant. *d. l. vlt. Obrecht. d. diſp. §. de confectione inuentarij th. 573. & ſeqq. Schneid. hic.*

Qua ſunt incommoda inuentarij planè omiſſi?

Rſ. Quod heres non habeat poteſtatem aditam ſemel hereditatem repudiandi, ſed legatarijs, fideicommiſſarijs & creditoribus teneatur vltra vires hereditarias in ſolidum, §. *eod. verſo niſi omiſſa hic.*

An reuocari aditio & repudiatio hereditatis nunquam poteſt?

Rſ. Minor, qualiſcunque ſit heres, læſus in integrum reſtitui poteſt. Maior, ſi extraneus ſit heres, non admittitur reuocatio, *l. 4. C. de repud. hered.* vt nec ſi ſuus eſt, poſt diſtracta bona hereditaria omnino, ſi ſalua ſunt, infra triennium à die repudiationis, *l. fin. C. eod.*

TIT. XX.

De Legatis.

Legatorum materia quamobrem hîc tractatur?

Rſ. Legata, etſi ſunt quartus modus acquirendi dominij iure ciuili, tamen hic tractantur tanquam appendices (ſeu acceſſoria) teſtamenti. Quatenus eo ſiue perfecto, ſiue imperfecto relinquuntur.

Quid ſunt legata?

Rſ. Legata ſunt donationes à defuncto relictę ab herede præſtandæ, §. 1. *hic.* Vel delibatio, ſiue deminutio hereditatis, qua teſtator ex eo quod (vi inſtitutionis) vniuerſum heredis foret, aliquid alteri collatum vult. *l. 116. de legatis. 1.*

Expli-

Explica priorem ab Imperatore hîc propoſitam definitionem?

R. Legatum dicitur *donatio*, quia proficiſcitur ex pura liberalitate. *Quædam donatio*, quia legando quid impropriè donatur, *Perez. hic. A defuncto relicta* (puta non tantùm teſtamento, vt olim, ſed quauis vltima voluntate, *l. 36. de leg. 2.*) vt à donatione cauſſa mortis diſtinguatur; quæ non relinquitur ab vno, ſed duorum conſenſu conſtituitur, *Perez. eod. Ab herede præſtanda.* 1. quod, ſecundum definitionem alteram, ſit delibatio hereditatis. 2. Quod legatarius non propria authoritate apprehendere legatum poſſit, ſed modis legitimis ab hærede petere debeat, *Perez. eod.*

Quot ſunt genera legatorum?

R. Olim fuere, ſecundum modum legandi, varia. 1. Per *vindicationem*; quæ fiebant verbis, *do, lego, capito, ſumito.* 2. Per *damnationem*, puta verbis, *damnas eſto heres meus*, vel *damno iubeo heredem meum hoc, vel illud dare, vel facere.* 3. *Sinendi modo*, puta, *damnas eſto heres meus ſinere, ſeu ſinito, vel permittito Titium talem rem ſibi ſumere, vel habere.* 4. *Per præceptionem*: hoc pacto, *heres illam rem præcipio.* Hodie, ex conſtitutione Imperatoris noſtri, omnibus legatis, quibuſcunque verbis relictis, vna eademque eſt natura, vis ac poteſtas; ac per verba qualiacunque relinqui poſſunt, modò ex ijs de mente Teſtatoris legantis conſtet. §. 2. *hic.* Nempe, *Quod ſolennitate verborum ſublata, mens potius Teſtatoris hodiè ſpectetur.*

An etiam olim ſingulis modis res omnes legari poterant?

R. Imo verò cuique legatorum generi formulæ iſtæ erat aſſignatæ, ita, vt 1. per vindicationem tantum poſſent legari res Teſtatoris propriæ; ſiue mortis, ſiue conditi Teſtamenti tempore. 2. Per damnationem, res propriæ Teſtatoris & alienæ. 3. Sinendi modo res propriæ Teſtatoris & heredis. 4. Per præceptionem non niſi heredibus ſcriptis legabatur. *Theophil. hic.*

Eſtne hodie differentia inter legata & fideicommiſſa?

R. Olim maior erat differentia; quia legatum directis modò & ciuilibus verbis, iiſque latinis, & tantum quidem in teſtamento, vel codicillis teſtamento confirmatis relinqui poterat; fideicommiſſa verò quibuſcunque verbis,

etiã ſolo nutu ab inteſtato. Hodie Imperator legata (quoad effectum quidem) fideicõmiſſis exæquauit, & ſic quod deerat legatis, ex natura fideicommiſſorum ſuppleuit, & quod amplius eſſet in legatis, per hoc naturam fideicommiſſorum auxit. Salua tamen vtriuſque ſubſtantia. Nempe quod legatum per mortem Teſtatoris legatario ſtatim directè: fideicommiſſum vero ex fide, & per manũ reſtituentis heredis fiduciarij acquiratur, §. 3. *hic. l.* 1. *C. com. de leg. Perez. hic.*

Quatenus ergo adæquatio legatorum & fideicommiſſorum intelligitur?

R. Quod 1. ijdem poſſunt fideicommittere qui legare, *not. poſt. text. in l.* 12. *ff. de leg.* 1. 2. ijſdem fideicommitti, quibus legari, 3. eedem res legari quę fideicommitti. 4. ijſdem verbis legari & fideicõmitti, modò ſint idonea, 5. ijſdem actionibus legata petantur quibus fideicommiſſa, *l.* 1. *&* 2. *Com. de leg. Schneid. ad* §. 3. *hic.*

Qui poſſunt legata relinquere?

R. Iidem qui teſtari poſſunt *l.* 2. *de leg.* 1. vt qui teſtari prohibentur, nec legare poſſint.

Quorum res legari poſſunt?

R. 1. Res Teſtatoris, §. 4. *hic.* etſi ſit oppignorata, §. 5. vel eam Teſtator putet alienam eſſe, §. 11. *hic.* 2. Res ipſius heredis. §. 4. *hic.* 3. Res communis Teſtatoris cum alio, *gl. hic. l.* 5. *de leg.* 1. 4. Res prorſus aliena, §. 4. *hic.*

Quæ res legari non poſſunt?

R. 1. Quæ purè & omninò non ſunt in commercio, *l.* 39. § 1. *de leg.* 1. 2. Quæ nec ſunt, nec eſſe poſſunt. 3. Res ipſius legatarij, 4. *Puta, quia quod cuiuſque eſt, eius amplius fieri non poteſt.*

Quo effectu res Teſtatoris oppignorata legatur?

R. Eo, vtſiquidem Teſtator ſciens eas oppignorauerit, teneatur heres eas luere, & Legatario liberas præſtare, (quod ad luendum obligatus videatur) idque ſiue ipſi creditori, ſiue alteri res ſit legata, & quidem quouis tempore ante mortem obligata. Si obligatam teſtator ignorans legauerit, liberatio ad legatarium ſpectat; niſi ſoluta quantitate nihil reſiduum legato eſſet, aut res oppignorata coniunctæ perſonæ ſit legata. §. 5. *hic. Schneid. eodem.*

Quo-

Quomodo valet legatum rei propriæ tanquam alienæ, hoc eſt, quam Teſtator putat alienam eſſe?

Rz. Quod hic error voluntatem Teſtatoris non impedit, ſed faciliorem reddit; eo quod res aliena etiam legari poteſt, licet Teſtator putauerit eſſe ipſius legatarij. *Puta quod exitum voluntas defuncti habere poteſt, ne præſumatur Teſtator luſiſſe in vltima ſua voluntate.*

Quatenus res heredis legari poteſt, & quo effectu?

Rz. Legatum hoc procedit, ſiue teſtator ſciuerit, ſiue ignorauerit rem heredis eſſe (*Quia ipſius teſtatoris, cum quo heres vnus idemq; eſſe intelligitur, cuiuſq; voluntatem implere omni modo tenentur, putatur eſſe,*) Sed dominium non transfertur, niſi ſubſecuta traditione. *Cum ſine eâ dominium rei propriæ ipſius teſtatoris ipſo iure tranſeat in legatarium,* §. 4. *& l.* 14. § *fin. ff. de vſucap.*

Quatenus res teſtatori cum alio communis legari poteſt?

Rz. Ita vt ſi rem communem habeat cum extraneo vel herede, partem ſolùm ſuam, & ius, quod habet legaſſe videatur. *l. ſerui* §. *in fundum. De leg.* 1. *l.* 25. *De V.S.*

Quatenus legari poteſt res aliena?

Rz. Eatenus tantum, quatenus legatarius eius rei habet commercium, & defunctus ſciuit rem alienam eſſe. Quam ſcientiam non heres, ſed legatarius tanquam actor, & quidem ob præſumtam Teſtatoris ignorantiam rei alienę, probare tenetur, §. 4. *eodem.*

Quo effectu legatur res aliena?

Rz. Non in veri domini, ſed heredis præiudicium: vt eam à vero domino redimere, & ſi id poteſt, ipſam; ſecus æſtimationem eius iuſtam legatario præſtare teneatur. Quæ tamen, ſi commercium eius rei non eſt, vel rem adipiſci non poteſt, non debetur. *Quod* (vt dictum) *talis rei legatum nullius eſt momenti.* §. 4. *eod l.* 39. §. 1. *de leg.* 1.

Quid ſi res legata ſiue propria teſtatoris, ſiue aliena euincatur, cui perit?

Rz. Si quidem ſimplex eſt legatum, in legato generis tenetur heres, ſi quidem rem talem dederit, cuius dominium transferre non potuit. *Bart. poſt gl. in l.* 17. §. *fin. de leg.* 1. Re in ſpecie legata, eaque propria Teſtatoris, ſi tota ratione do-

minij euincitur, ne hic quidem tenetur heres, niſi cauſſam dedit euictoni, *l.* 24. *C. de fideic.* Sin tantum ratione iuris quòd quis habet in re (niſi id tale ſit per quod non minus tota legatario auferretur, & Teſtator ſciuit rem legatam alteri obligatã eſſe, *gl. in l.* 1. §. 1 *ff. de leg.* 1. aut ab eo ignorante legata ſit coniunctæ perſonæ, aut nihil commodi ex re legata penes legatarium maneat) heres omnino non tenetur. In prælegato vni ex cohæredibus facto, non debetur euictio. Pluribus ſi factum, debetur quidem, ſed per viam retentionis, non actionis, *l.* 77. §. 8. *ff. de leg.* 2. *Gloſſ. hic. & Schneid. eod.*

Quid ſi legatarius rei alienæ legatæ viuo teſtatore factus fuerit dominus?

R. Si id factum ex cauſſa oneroſa, puta emtionis; actione ex teſtamento pretium conſequetur: ſin ex lucratiua, vt donationis, vel ſimili; agere non poteſt. (*quia duæ cauſſæ lucratiuæ in vnum hominem, eandemque rem concurrere non poſſunt,* §. 6. *hic*) niſi æſtimationem modò rei legatæ ſit conſecutus. Quo caſu rem legatam petere poteſt, non contra; ſi rem ità conſecutus eſt, petere poteſt æſtimationem. §. *eod.*

Quid ſi legatarius fundi alieni ſibi deducto vſufructu, legati proprietatem ignorans emerit, & poſtea mortuo vſufructuario totus fundus ad eum peruenerit: an totius fundi æſtimationem ab herede petere poteſt?

R. Omnino quidem de rigore iuris. Sed nudæ proprietatis, non vſusfructus æſtimatio ex æquitate, & officio iudicis ob dictam regulam (*puta ne duæ cauſſæ lucratiuæ circa vſumfructum concurrant*) præſtabitur, §. 9. *hic.*

Quæ & quales res omninò legari poſſunt?

R. Res omnis generis; tum corporales, ſiue fungibiles ſint, ſiue non ſint, eæque vel in ſpecie vel genere, vt triticum, vinum, oleum, fundi inſtrumentum, peculium, penus ſupellex, alimenta, cibaria, aurum, argentum, mundus, ornamenta, vnguenta veſtes, ſtatuæ, &c. Tum incorporales, vt ſeruitutes, opera, nomen, liberatio, dos, optio, electio, itẽ factum ab herede præſtandum, &c. Nec tantum res præſentes, ſed & futuræ, *t. t. hic & ff. titulis ſpecialibus.*

Quemodo res futuræ legari poſſunt?

R. Quia ſpes loco rei ſuccedit; puta fructus qui ex fundo naſcen-

naſcentur, partus ancillæ ſperatus. §. 7. *hic.*

Rebus præſentibus legatis quid legato vini continetur?

R. Legato vini continetur, 1. Quod ex vino eſt factum, & vini nomine Teſtator à ſe relictum habuit, etiam acetum. 2. Vaſa, minus ampla, cum vino vendi ſolita; non dolia maiora ad perpetuum vſum ſeruata, nec zythum, ſeu cereuiſia. *l. 9. ff. de tut. & c. legato.*

Si vinum, frumentum, oleum non expreſſa ſiue qualitate, ſiue quantitate legetur, quid iuris?

R. Si certa menſura, vel pondus non adiecta qualitate legatur, liberum eſt heredi cuius generis velit frumentum aut oleum legatario ſoluere, *l. 4. eod.* Non adiecta quãtitate, non quantum heres velit, ſed quantum teſtator reliquit, legatum putatur, *l. 7 ff. eod.*

Ædibus legatis quid iuris.

R. 1. Quod non ipſæ tantum ædes, ſed & ædibus (licet poſt factum teſtamentum) adiecta (vt columnæ, marmora) legato cedunt, §. 19. *hic.* 2. ædibus conſumptis tamen area debetur, *l. 49. ff. de R. V.*

Grege legato quid iuris?

R. Planè vt ædium legatum, ſic & hoc legatum, (quod vniuerſitatis eſt) augmentum & decrementũ recipit. Nempe, 1. Si grex legatus fuerit, etiam eæ oues quæ poſt factum teſtamentum gregi adijciuntur, legato cedunt. 2. Itidem (puta quoad proprietatem) ſi poſtea ad vnam ouem peruenerit, quod ſuperfuerit, hoc eſt vnica illa ouis debetur, & vindicari poteſt, & in ea grex intelligitur. §. 18. *hic.* Legato tantum gregis vſufructu, poſtquã ad decem capita is peruenerit, extinguitur vſusfr. *l. fin. ff. quib. mod. vſuſr. amitt. Schneid. hic. Rationẽ cõparationis inter ædes & gregem vide in tex.* §. 18. *hic.*

Fundo inſtructo, vel cum inſtrumento, ſiue fundo & inſtrumento legato quid iuris?

R. Nihil intereſt, ſi fundum & inſtrumentum legare velis, quomodo trium iſtorum modorum leges. *l. 12. ff. de inſtructo vel inſtrum. leg.* Fundi tamen inſtructi, quam cum inſtrumento relicti legatum plenius eſt, *Goth. ibid.* Quòd inſtrumento ea duntaxat continentur, quæ aut quærendi, aut cogendi, aut conſeruandi fructus gratia parantur,

Vvesf. hic. & ſine quibus fundus inſtructus eſſe non poteſt, *l.* 12. §. 15. *ff. eod.* inſtructo vero, non modò quæ fundo neceſſaria ſunt, verum etiam quæ teſtator habuit, præterea quibus fundum ſuum inſtruxit. Quid autem omnino in eiuſmodi legatis contineatur, explicatum *tit. eod.* In omnibus verò id iuris, vt fundo alienato, & inſtrumenti legatum extinguatur. Planè vt vino cum vaſe legato, ſi vinum deſit, nec vas debetur, *l.* 1. *ff. eod.* §. 17. *hic.*

Peculio legato quid iuris?

R. Peculio (quod quid ſit, alibi exponitur) legato id iuris, 1. vt quidquid ei vino Teſtatore accedit aut decedit, legatarij damno ſit, 2. Quod teſtatori vel eius liberis, vel etiam ſibi debetur, deducat heres, *l. 6. & 21. ff. de pecul. leg.* 3. Si ſeruo manumiſſo legatum, ab ipſo acquiſita cedunt legato: minime ſi legatum extraneo; niſi ex rebus peculiaribus auctum fuerit peculium. 4. Seruo extincto cui legatum, ſimul extinguitur ipſum legatum, *l.* 1. *&* 2. *ff. eod.*

Quando omnino videtur ſeruo legatum peculium?

R. Non niſi exprimatur, ſiue ſeruus ſit ſimpliciter legatus, ſiue libertas data. *l. antep. eod.* Videtur tamen legatum, cum rationibus redditis liber eſſe ſeruus iuſſus eſt, & reliqua inferre, *eod.*

Penu legata quid iuris?

Penoris appellatione licet propriè ea tantum eſculenta & poculenta contineantur, quæ conrahuntur & recondunturlongioris vſus gratia: in ea tamen legata continentur. 1. quæcunque vſui potuique ſunt comparata. 2. ea quæ non eſſe, ſed per quæ eſſe ſolemus, vt oleum, garum, muria, &c. (niſi aliaſit teſtatoris mens) *l. 3. de penu leg.* 3. vaſa penuaria *d. l.* 3. § *fin. l.* 4. *eod.* Transfunditur verò hoc legatum (quod penus facile corrumpitur) poſt moram heredis in obligationem pecuniæ. *Vvesf. par. hic.*

Supellectile legata quid iuris?

R. Legata ſuppellectile (ſeu domeſtico patris familias inſtrumento,) eæ res contineri videntur, quæ ad vſum eius quotidianum paratæ ſunt, & quidem vſu rerum & moribus ciuitatis Romanæ imitata appellatione, cuiuſcunque ſint materiæ, modò domum inſtruant, & in aliam ſpeciem

(vt

(vt penus, aurum, argentum factum, veſtis ornamenta, inſtrumenta agri, domus) non tranſeant; *Quod ſpecies potius rerum, quam materia attendatur, Adeò vt, de quibus non dubitatur, quin in alio genere ſint, legato non contineantur: in ijs vero de quibus, an in eodem ſint, dubitatur, legantis mens, & quomodo ijs vſus ſit, inſpiciatur.* Quæ verò hoc legato ſupellectilis in vniuerſum contineantur, legibus, 3. 4. 5. ſpecialius recenſentur.

Alimentis vel cibarijs legatis, quid iuris?

R. 1. *Alimentis* legatis, cibaria quoque & veſtitus, ac habitatio (ſine quibus corpus ali non poteſt) debentur: non diſciplina, niſi aliud teſtatorem ſenſiſſe probetur, *l. 6. & 7. ff. de alim. & cib. leg. Cibarijs* (ſeu *diarijs*) hoc eſt, quotidiano victu, legatis, nec habitatio, nec veſtiarium, nec calcearium debetur, *l. 21. eod. & ibi Gothof.* Pecunia certa in alimenta legata, ea debetur, *l. 10. & 12. eod.* Non adiecta quantitate; vel quid defunctus præſtare ſit ſolitus, vel alijs eiuſdem ordinis reliquerit videndum. Si neutrum appareat; eius cui fideicommiſſum datum eſt, modus ſtatui debet, *l. pen. princ. h. t.* Ex certo prædio alimentis relictis; à quolibet poſſeſſore præſtanda ſunt, *l. 2. l. 10. eod. 2.* Finitur hoc legatum morte legatarij; ex natura quidem ſua, niſi aliud voluerit teſtator. *l. 4. pr. l. 20. §. 2. l. 13. §. vlt. eod.*

Auro & argento legato quid iuris?

R. Quicquid auri argentiq;, ſiue factum, ſiue infectum ſit, relictum, etiam vaſa aurea, & gemmis legatis gemmea vaſa, legato continetur; non pecunia ſignata, *l. 19. princ. & §. vlt.* Certum auri & argenti pondus ſi legatum; magis quãtitas legata videtur, nec ex vaſis tanget, *d. l. 19. pr.* Si auri facti pondus legatum; ex facto argento debebitur legatum, nec vaſcula ſeparabuntur, *d. l. 19. pr.*

Mundo, & ornamentis, & vnguentis legatis quid iuris?

R. Legata mundi & ornamentorum differunt. Illo equidem ea omnia continentur, quæ ad mundum ſpectant, hoc eſt, quibus mulier fit mundior, vt ſpecula, vnguenta, lauatio, riſcus, &c. niſi valetudinis cauſſa parentur, *l. 25. §. ſi. l. 34. §. pen. l. 29. h. t.* Item ea quibus mulier ornatur, ſeu quæ non niſi corporis ornandi cauſſa parantur, vt inaures,

res, armillæ, viriolæ, annuli, *d. l.25. §. ornamentorum* §. *ornamenta*, non veſtes; quia potius tegendi corporis cauſſa parantur. Vnguentis legatis, ea quibus ſiue voluptatis, ſiue valetudinis cauſſa vngimur, legata videntur. *l.21. §.1. ff. eodem.*

Veſtibus, aut veſtimentis legatis quid iuris?

℟. Veſtis, an veſtimenta legentur, nihil refert, *l.23. pr. hic.* Continentur autem ea appellatione omnia veſtimenta lanea, lineaq́, vel ſerica, vel bombycina, quæ induendi, præcingendi, amiciendi, inſternendi, injiciendi, accubandive cauſſa parata ſunt, & quæ his vice acceſſionis cedunt, vt inſitæ picturæ, & claui, qui veſtibus inſuuntur, *d.l. 23. §.1.* etiam quæ ex veſte ornatus potius gratia, quam quo corpus tegatur, comparantur, ſi quidem eo nomine ſunt repleta, *l.26. eod.* Sed & veſtimentum, id eſt, quod detextum eſt, id eſt, remotum à texendo (ſiue ſit inciſum à globo, vel tela, ſiue non; modò conſummatum ſit) non ſtamen neque ſubtemen, aut veſtis nondum detexta, *l.22. eod.* nec etiam pannus ad vendendum, non ad vſum legantis factus, *gl.1. in add. ad l.23. eod.* Indiſtinctè autem prolatæ veſtis appellatione tam virilis, quam muliebris, & ſcenica, etiamſi tragædica aut citharædica ſit, continetur, *l.127. ff. de V. S.* Virilis verò veſtis legato ea tantum continentur quę ipſius patrisfamil.; muliebris quæ matrisfamil. cauſſa paratæ ſunt, minimè quibus viri vel mulieres inhoneſtè vtuntur, *l.33. eod. & ibi Gothof.* Quibus promiſcuè, ſine reprehenſione, viri & mulieres vtuntur, communium veſtium legato continentur, *d. l.23. & pen.*

Statua & imagine legata quid iuris?

℟. Satua legata, etiam vindicari à legatario poteſt brachium ex alia ſtatua ei adiectum, *l.14. hic.* nec minuit legatum primæ formæ additum, *Goth. eod.* Imagine legata, ſi eam deraſerit heres, tenetur legatario, licet tabulam ſoluerit. *Quia non tabula, ſed imaginis fuit legatum, l.12. ff. eod.*

Quales omnino ſeruitutes legari poſſunt?

℟. Tam perſonales, quam reales, *ff. de vſufr. legato.* Item *de ſeru. legata: Vtraſque quippe non pactionibus modò, ſed & vltimis voluntatibus conſtitui, ſupra dictum.*

Quo-

Quomodo, & quo effectu vſus fructus legatur?

R. Et hoc ſupra explicatum, *tit. de vſufr.* Huc addimus; poſſe vſumfructum, vel ſolum, vel cum proprietate legari. Item alteri proprietatem, alteri vſumfructum, *Quod ſi fiat (niſi détracto vſufructu ſe fundum legare expreſſerit) vſusfructus inter duos legatarios communicabitur, l. 19. ff. de vſufr. &c. leg. 2.* Idque vel ſingulis, vel etiam in genere municipibus *(quo caſu centum anni obſeruandi, l. 8. eod.)* 3. Ita & cum adiectione, vt alterius annis debeatur. *Quo caſu plura ſunt legata, non vnum. l. 13. eod.* Plane vt in legato annuo, cui legatum vſusfructus, ex parte quidem, ſimile eſt. *Paul. lib. 3. ſent. tit. 6.*

Quod eſt annuum legatum, & quid in eo iuris?

R. Legatum annuum dicimus, quando in ſingulos annos aliquid legatur, *l. 1. ff. de an. leg.* In eo quod primi anni eſt, purum, ſequentium conditionale eſt, ob tacitam, quæ huic legato ineſt, conditionem, *ſi viuat, l. 4. ff. de an. leg.* Quia ipſi legatario, puta eius alendi cauſſa, non eius heredibus conſulere voluiſſe defunctus videtur. Vnde nec mortuo legatario ad heredes tranſit *d. l. 4.*

Qua eius cum vſufructu eſt comparatio?

R. Simile eſt cum eo, quod vtrumque legati genus morte finitur. Differt. 1. Quod capitis deminutione hoc legatum non finitur, qua finitur vſusfructus. 2. Quod ingreſſu cuiuſlibet anni debetur, vt licet deceſſerit legatarius, eius anni legatum heredi relinquat; cum fructuarius non niſi perceptos fructus, non pendentes, licet maturi ſint, tranſmittat. *l. 8. ff. eod.* quod & in habitationis legato obtinet *l. 13. C. de vſufr.*

Qua opera legari poſſunt, & quid differt hoc legatum ab vſufructus legato?

R. Legari poſſunt operæ tam liberi, quam ſerui. Differt autem hoc legatum ab vſufructu. 1. Quod operæ non amittuntur capitis deminutione, vel non vtendo. 2. Operas, non ipſi modò locare poſſimus & ex ijs mercedem accipere; ſed & ſeruus, cuius operas ipſi habemus, eas locare poteſt. 3. Ad heredes operarum legatum tranſmittitur. *Gothof. ad l. 2. ff. de vſu. vſufr. reditu, &c.*

Re-

Reditum fundi, vel omnium bonorum annuum ſi quis leget, quid iuris?

Bz. Conſimile & hoc legatum eſt legato vſusfructus, aut annuo. *l.*12. *l.*16. *&* 17. *eod.* Vt ad hæredes legatarij non tranſeat, ſed morte eius finiatur.

Quomodo legari poſſunt ſeruitutes reales?

Bz. Vel principaliter & expreſsè, vt viam per meum fundum tibi lego. *l.*2. *de ſeru. l.* vel in conſequentiam, *vt l.*1. *eod. Vveſ. par. eod.* Puta quando res ſeruiens legatur vt nunc eſt (quod præſumitur,) cum ſuis ſeruitutibus legata videtur. *Gloſſ. & addit. marg. in d.l.*

Quatenus nomina rectè legantur?

Bz. 1. Quando teſtatur alteri legat quod ſibi à Titio debetur. §.21. *hic. Quo caſu heres actiones ſuas legatario cedere tenetur,* §.21 *hic* §. *eod. Ipſe tamen etiam, antequam cedantur, vtiliter experitur. l.*18. *C. eod.* 2. Quando ipſe debitor id quod debet creditori legat. *Quo caſu inutile eſt legatum, niſi plus ſit in legato quam in debito; puta ſi legetur purè, quod non debetur niſi ſub conditione, & in diem.* §.14. *hic.* 3. Quando creditor ſuo debitori legat id quod debet, *Quo caſu liberatio legata dicitur,* §.13. *hic.*

Liberatio quot modis legatur?

Bz. Quatuor modis. 1. Si dicat Teſtator, Tale debitum peti nolo, vel remitto debitori actionem. *Quo caſu liberatur debitor ab omni debito, gl. hic & l.*3. *ff. eod.* 2. Quando dicit ſe nolle rationes exigi ab eo, qui ipſius negotia geſſit, *Quo caſu ſimiliter ab omni debito liberatur, præterquam ab eo quod penes ſe habet, & ipſius eſt teſtatoris vel ab eo quod dolo fecit, leg.*9. *ff. eod.* 3. Quando damnat heredem ne exerceat actiones contra debitorem, *Fab. hic num.*1. 4. Quando legat debitori chirographum *d.l.*3. *& ibi Bart. Schneid. hic.* Legatur verò etiam liberatio, vel ſimpliciter & in totum, vel ad tempus. Item vel ipſi debitori, vel etiam eius heredibus & fideiuſſoribus, *l.*5. *l.*15. *ff. eod.* §.13. *hic.*

Quis eſt effectus legata liberationis?

Bz. Quod is, cui liberatio legata, ſi ſolus eſt debitor, quatenus quidem ea legata eſt, non tantū habet exceptionem contra heredem debitum exigentem, vel ſimpliciter, vel

ante

ante tempus legati, ab ipso, eius herede, vel eo qui heredis loco est, §. 13. *hic.* verum etiam actionem, vt eum per acceptilationem liberet. Si verò habet correum debendi; tantum per pactum personale, non per acceptilationem liberatur. Quod vno ex correis debendi liberato, alter non censeatur liberatus, nisi sint socij, & nisi paciscentis liberationem interfit, §. 13. *hic & l. 3. §. 3 ff. de lib. leg. Schneid. hic, & ibi Goth.*

Quatenus dos rectè à marito vxori legatur?

Bz. Quia plenior est legati, quam de dote actio; §. 15. *hic.* Puta, quod legatum statim, dos verò annua, bima, trima die olim; hodie post annum mobilia (licet immobilia statim) peti possint, *l. 1. §. cum autem ff de dot. præleg.* 2. De dote datur actio in quantum maritus, vel eius heres facere potest, l. 12. & 13. *ff. sol. matr.* Legatum verò (nisi sicubi Falcidiæ ratio aliud suaserit) in solidum petitur & exigitur. 3. Pacta in præiudicium vxoris circa restituendam dotem facta ea prælegata tolluntur. *Glos. hic, & Schneid.*

Optionis & electionis legatum quid est?

Bz. Licet hæc legata, tanquam diuersa in inscriptione tituli in Digestis proponuntur, (quod optio solenniter olim proponeretur, arbitraria esset electio, *Vvest. par. eod.*) tamen hodie adæquata sunt, *l. vlt. C. eod. Vvest. par. hic.* Estque hoc legatum optionis cum Testator ex seruis, vel alijs rebus suis legatarium optare iubet, seu eligere, quam volet §. 23. *hic l. 3. 4. 5. §. penult. de leg. 1. Perez.*

Circa illud legatum quid iuris?

Bz. 1. Quod hic expresse legata optione legatarij est electio, ea quidem, vt etiam quod optimũ est eligere & optare ei liceat, *in l. fin. §. 1. sup. verb. ex seruis C. Com. de leg.* 2. Semel tantum fit electio, & omne ius legati prima testatione, qua sumere se dixerit legatarius consumit, vt mutari non possit, *l. antepenult. ff. de opt. leg.* 3. Legatarius, antequam eligat moriens, ius optandi iure nouo ad heredem, suum transmittit, §. 23. *hic.* 4. Pluribus existentibus legatarijs quibus optio relicta est, si dissentiant eligendo, siue vnius legatarij plures heredes sint, & circa optandum inter se dissentiant, forte hoc dirimendum, vt sententia eius in optione præcellat

lat ad quem ſors peruenerit. §.23. *eod.* 5. Legatarius legata optione poſt aditam hereditatem, vt aliquid agat, optare debet. *l.*1.6. *ff. hic.*

Quid quoad electionem, ſeu optionem iuris circa legatum generis? (hoc eſt, quo generaliter res aliqua legatur nullâ certâ ſpecie, ſeu (vt loquuntur Logici) indiuiduo expreſſo?

R. 1. Nihilominus electio eſt legatarij, Teſtatore plures eiuſdem rei ſpecies, ſeu indiuidua habente §.2. *hic.* maxime ſiquidem verba executiua teſtamenti ad legatarium dirigantur, ſecus ſi ad heredem. *Graſſ. §. legatum qu.62.nu.*2. Sed ita, vt nec optimum legatarius accipiat, vel peſſimum accipere cogatur, *l.*37. *ff. de leg.*1. 2. Poſtquam elegit ſimiliter variare non poteſt. 3. Heres ſi eligat peſſimum dando, nec ipſe liberatur. *l.*110. *ff. de leg.*1.

Facto ab herede præſtando legato, quid iuris?

R. Equidem ita legari poteſt, ſi quidem factum legatario eſt vtile, veluti vt heres domum illius reficiat, vel illum alieno ære liberet, §.21. *hic.* Sed non niſi per damnationem, ex facti natura. *Vult. Inſt. hic.* Id verò hic iuris eſt, vt ſi heredes ſint plures, omnes in ſolidum teneantur, *l. fideicommiſſa §. ſi in opere ff. de leg.*1. *Vult. eod.* An autem præcisè ad factum teneatur heres, an verò præſtando intereſſe liberetur, *Vide Ang. hic. Schneid. hic remiſſiuè.*

Eâdem re duobus Teſtamentis legata, quid iuris?

R. Intereſt, verum rem, an æſtimationem legatarius ſit conſecutus. Nam ſi rem ſit conſecutus ex vno teſtamento, non agit ad æſtimationem eiuſdem ex altero. Æſtimationem ſi conſecutus eſt ex vno teſtamento, ex altero ad rem agere poteſt. *Quia licet pretium loco rei ſæpe ſuccedat; aliud tamen res eſt, aliud pretium. §. hac ratione hic.* Eodem verò teſtamento ſi res, vel quantitas eadem ſæpius legetur, res illa regulariter ſemel tantum debetur. *l.*34. §.1. *de leg.* 23.

An eâdem res pluribus legari poteſt?

R. Omnino; idque vel coniunctim, vel diuiſim: coniunctim ita: *Seio & Titio Stichum do, lego.* Diuiſim, ſeu diſiunctim ita. *Titio hominem Stichum do lego, Seio hominem Stichum do lego. §.8. hic.*

Quo-

Quotuplex est coniunctio, vel disiunctio?

R. Triplex est coniunctio: *Quidam dicuntur coniuncti re tantum*s puta, quando duobus, aut pluribus vna eademque res in specie, non vna oratione, sed separatim, expressè legatur; vt, *Titio lego fundum Tusculanum: Seio fundum Tusculanum lego. Quidam sunt coniuncti verbis tantum*s puta, qui vna oratione coniunguntur; vt, *Titio & Seio fundum Tusculanum aquis partibus do, lego.* partibus puta in oratione expressè assignatis. *Quidam re & verbis simul*s puta, quibus vna oratione eadem res partibus non assignatis legatur, *Titio & Seio fundum Tusculanum, do, lego*. Disiunctis dupliciter legatur. 1. *Quando re & verbis legatarij sunt disiuncti*; puta, *lego Titio dimidiam partem fundi Tusculanis Seio dimidiam eiusdem fundi partem alteram.* 2. *Quando legatarij verbis tantum sunt disiuncti*; vt, cum eadem res duobus in solidum legatur in diuersis orationibus vt: *Seio Stichum do lego: Titio Stichum do lego* §. 8. *Schneid. eod.*

Eadem re pluribus legata, quid iuris?

R. Siue coniunctim, siue diuisim res pluribus sit legata, si ambo perueniant ad legatum, scinditur inter eos legatum, & diuiditur. Altero deficiente, vel ad legatum non perueniente, totum ad collegatarium pertinet, §. 8. *hic.* id est, accrescit ei portio quam alter legatarius cepisset, & ad heredem non transmittitur. *Schneid. eod.*

Quibus legari non potest?

R. Omnibus cum quibus testamenti factio est passiua, id est, qui ex testamento capere possunt, §. 24. *hic.*

An incertis personis legari potest?

R. Personis plane quidem incertis, sed qui ex futuro euentu certificari possunt, puta quas Testator incerta opinione animo suo obijciebat; Veluti si quis dicat: *Quicunque filio meo filiam suam in matrimonium dederit, ei hæres meus illum fundum dato*; olim minimè, nec quidem à milite, legari, aut fideicommitti poterat: hodie vtiliter legari potest, nisi omninò incerta maneat persona. Quo casu nec hodie legatum valet, *Gl. & Bart. in l. quidam relegatus De reb. dub. Schneid. hic.* Si ex incertis personis alicui sub certa demonstratione legatur; puta sic, *Ex cognatis meis qui*

nunc ſunt heres fundum illum date ei, qui filiam meam in vxorem duxit, & olim valuit,& hodie valet legatum. *Quod demonſtratio vice nominis fungatur. §.25. hic.* Nomine legatarij expreſſo,ſi plures iſtius ſint nominis,ſubſiſtit quidem, ſed propter incertitudinem inutile fit legatum, & poteſt heres cui volet ſoluere,*l.18.§.ſi inter duos ff.eod.2.* niſi de ſe ſenſiſſe Teſtatorem legatarius probet,*Schneid.hic.* Incertæ perſonæ,per errorem iuris, non facti ſolutum neutro iure heres repetit, *hic. Text. & ibi Vult.*

An poſthumo legari poteſt?

R. Poſthumo quidem ſuo poteſt & potuit ſemper legatum relinquì: alieno olim non potuit; hodie vt inſtitui, ſic & legari ei poteſt. §.36.& 27.*hic.*

An ſeruo heredis?

R. Non poteſt ei pure legari.*Quia tale legatum cedit à morte Teſtatoris, & quicquid ſeruus acquirit, domino acquirit; vt ſic idem eſſet heres & legatarius; quod fieri non poteſt; quia ſibi ipſi nemo legare poteſt.* §.32.

Quid ſi ſeruus viuo teſtatore manumittatur?

R. Ne ſic quidem valet legatum tale purum.Propter regulam Catonianam hanc,*Quod legatum purum non valet ſi teſtator ſtatim moreretur, id ex eo non conualeſcit, quod teſtator diutius vixit,l.1.§.de Reg.Cato:* In conditionalibus legatis (in quibus euentus conditionis ſpectatur) alia eſt ratio.

Quid ſi, inſtituto ſeruo herede, domino aliquid pure legetur?

R. Valet legatum, *quia hereditas à legato ſeparata eſt, & per eum ſeruum poteſt aliquis heres effici; ſiquidem ante iuſſu domini aditam hereditatem ſit manumiſſus.* Quod tamen legatum euaneſcit, ſi in domini poteſtate manens eiuſdem iuſſu hereditatem adeat; *Ob eandem cauſam, quod idem dominus & legatarius & heres eſſe non poſſit.*

Error in nomine & re legata an vitiat legatum?

R. Error talis ſiue ſit in nomine proprio, prænomine, cognomine, agnomine, vt non vitiat inſtitutionem, aut alios contractus, ſic nec legata. Modo de perſona conſtet. *Quia nomina rerum ſignificandarum cauſa tantum ſunt reperta; de quibus ſi alio modo cognoſci poſſit, nihil intereſt, nec vitiatur actus.* Idem eſt ſi erratum ſit in nomine proprio rei

lega-

legatæ, quando de corpore proprio constat. Puta cum ab homine est impositum: *vt si fundum Sempronianum sub nomine Corneliani legauerit*. Si nomen rei est appellatiuum, hoc est, communi vsu tantum receptum, vitiatur legatum; *vt si orichalcum legare volens vestimentum dixerit*. §. 19. *hic l.* 4. *de leg.* 1.

Quid si vel res legata, vel persona legatarij falsò demõstretur?

R. Ne sic quidem vitiatur legatum; puta; *Cum demonstratio rei cognoscendæ causa adhibeatur; re cognitâ, nec ipsa curetur*. §. 30. *sic. l.* 23. *&* 34. *de condit. & cognit.* Rei autem falsa demonstratio est, cum Stichum, quem legat Testator vernam vocat, qui talis non est. In legatario falsa demonstratio est, cum Sempronio tanquam Titij filio legatur, qui talis non est. §. 30. *eod.*

An falsa caussa adiecta legatum vitiat?

R. Minime, §. 31. *hic.* Puta si legato non cohæret, sed in eo abundat, *l.* 72. §. 4. *ff. de cond. & dem. Abundantia autem, & sine necessitate adiecta non solent vitiare scripturas, l. non solent de R.* 1. Conditio, *quia est de substantia conditionalis legati, si adiectas* non debetur legatum, nisi ea impleta. *Vult. ad* §. *eundem.*

Quomodo omnino legari potest?

R. Vel pure, vel adiectione diei, modi, conditionis, causæ.

Explica singulos modos legandi?

R. *Pure* legatur, quando legatur simpliciter citra vllam adiectionem. *Cum adiectione diei*; cum siue certus dies nominatur, siue incertus, quo legatum peti possit. *Sub conditione*; quando legato conditio adijcitur in futurum, (quæ quotuplex sit, supra explicatum in materia institutionis heredum.) *Sub modo*; quando ita legatur, vt in futurum quid fiat, aut non fiat; hoc est, causa finali addita. *Ex causâ*, cum testator exprimit quid ipsum ad legandum mouerit.

Quis est effectus legatorum?

R. Translatio dominij, idque statim à morte testatoris: in legato quidem puro *L.* 64. *de furt.* Ita tamen vt possessionem legatarius nec propria authoritate, nec via executiua apprehendere possit; sed actiones competentes ad eam consequendam intentare debeat. *Treut. hic thesi.* 7.

Quot actiones competunt ad legatum consequendum, & quando?

R. Tres: 1. Personalis ex quasi contractu; *ob hereditatem ab herede aditam.* 2. Hypothecaria; *ob tacitam hypothecam in bona defuncti legatario pro solutione legati competentem, l. 1. Com. de leg.* 3. Rei vindicatio. Competunt autem post aditam tantum hereditatem. Vt per eas tum rem legatam, tum eiusdem fructus & accessiones post moram consequamur, *Treut. eod.* Omnes quidem, si res legata testatoris fuit propria: Si aliena fuit: rei vindicatione excepta. *Quia rei alienæ dominium testator transferre non potest. l. 54. ff. de R. 11.*

An igitur in omni genere legatorum res legata eodem tempore debetur & peti potest?

R. Non: legatum enim conditionale nec capi, nec peti potest, nisi ea impleta; die adiecto statim quidem debetur legatum, si certus est: peti tamen non potest, nisi eius aduentu: incertus dies (vt dies mortis) pro conditione habetur.

An refert quo ordine in testamento legetur?

R. Olim quidem præcisè præcedere debebat heredis institutio, tanquam caput & fundamentum totius testamenti: hodie nihil interest qua parte testamenti legetur; nec tam scripturæ ordo, quam voluntas testatoris attenditur, §. 34. *hic.*

An etiam sic rectè legatur, cum heres meus mortuus fuerit do, lego: Vel simili modo post mortem testatoris?

R. Olim quidem ita legabatur inutiliter; hodie omnino vtiliter; quia actiones ex legato demum post mortem incipiunt ab heredibus & contra heredes.

An pœna nomine legari potest, id est, coercendi heredis causa, quò aliquid magis faciat, aut emittat?

R. Olim ita inutiliter vt legabatur, sic transferebatur, aut adimebatur legatum. Hodie, sublata scrupulositate iuris veteris in donatione pœnam, vel odium non admittentis, generaliter valet legatum tale, vltimæ voluntatis fauore. *Quem imprimis ius nouum attendit, §. 36. hic.*

TIT.

TIT. XXI.

De ademptione, vel translatione legatorum.

Hactenus quibus modis legata relinquuntur. Explicatis iam modos quibus extinguuntur, transferuntur, auferuntur, & pro non scriptis habentur, denique quibus augentur, vel minuuntur, & die primò,

Quibus modis extinguitur legatum?

R. 1. Si rei legatæ dominium ex alia causa lucrativa ad legatarium, non per aliam personam acquisitum, viuo testatore peruenerit. §. *si res aliena hic. l.* 108. §. 1. *de leg.* 1. 2. Si legatarius viuo testatore decesserit, & sic caducum fiat legatum. *lege Vnica §. in nouiss. Cod. de cad. toll.* 3. Si conditio legati defecerit, *l.* 2. *de cond. & demonst.* 4. Si res legata commercio eximatur, aut sine dolo, vel culpa heredis perierit. §. *si res legata hic.*

Quid est legatorum ademtio?

R. Est eorūdem per Testatoris pœnitentiam reuocatio?

Quot modis reuocatur legatum?

R. Vel tacitè, vel expressè.

Quibus modis tacite?

R. 1. Nuda Testatoris voluntate, cum rem legatam alteri donat. *l.* 18. *ff. hic.* licet donatio non valeat, *l.* 24. §. 1. *ff. eod.* vel eam citra necessitatem vendit. §. *si rem suam tit. proced.* 2. Ex præsumta modò voluntate, per inimicitias inter Testatorem & Legatarium superuenientes, nec reconciliatione sublatas, *l.* 5 *ff. hic.* modò graues sint.

Quo modò expressè legata reuocantur & adimuntur?

R. 1. *Verbis,* vel directè contrarijs, vel aliis quibuscunque ex quibus contraria voluntas reuocatoria Testatoris constet, idque siue eodem testamento, siue alio æquè solenni, vel etiam Codicillis. 2. *Facto aliquo;* puta si Testator eam testamenti partem in qua legatum reliquerat, & consultò quidem, deleat, *pr. hic & l.* 1. §. 9. *si inconsulto ff. de his qua iust. del.*

Quis est effectus ademtionis?

Vvesf. hic. & sine quibus fundus instructus esse non potest, *l.* 12. §. 15. *ff. eod.* instructo vero, non modò quæ fundo necessaria sunt, verum etiam quæ testator habuit, præterea quibus fundum suum instruxit. Quid autem omnino in eiusmodi legatis contineatur, explicatum *tit. eod.* In omnibus verò id iuris, vt fundo alienato, & instrumenti legatum extinguatur. Planè vt vino cum vase legato, si vinum desit, nec vas debetur, *l.* 1. *ff. eod.* §. 17. *hic.*

Peculio legato quid iuris?

R. Peculio (quod quid sit, alibi exponitur) legato id iuris, 1. vt quidquid ei viuo Testatore accedit aut decedit, legatarij damno sit, 2. Quod testatori vel eius liberis, vel etiam sibi debetur, deducat heres, *l. fi.* & 21. *ff. de pecul. leg.* 3. Si seruo manumisso legatum, ab ipso acquisita cedunt legato: minime si legatum extraneo, nisi ex rebus peculiaribus auctum fuerit peculium. 4. Seruo extincto cui legatum, simul extinguitur ipsum legatum, *l.* 1. & 2. *ff. eod.*

Quando omnino videtur seruo legatum peculium?

R. Non nisi exprimatur, siue seruus sit simpliciter legatus, siue libertas data. *l. antep. eod.* Videtur tamen legatum, cum rationibus redditis liber esse seruus iussus est, & reliqua inferre, *eod.*

Penu legata quid iuris?

Penoris appellatione licet propriè ea tantum esculenta & poculenta continentur, quæ conrahuntur & recondunturlongioris vsus gratia: in ea tamen legata continentur. 1. quæcunque vsui potuique sunt comparata. 2. ea quæ non esse, sed per quæ esse solemus, vt oleum, garum, muria, &c. (nisi alia sit testatoris mens) *l.* 3. *de penu leg.* 3. vasa penuaria *d. l.* 3. § *fin. l.* 4. *eod.* Transfunditur verò hoc legatum (quod penus facile corrumpitur) post moram heredis in obligationem pecuniæ. *Vvesf. par. hic.*

Supellectile legata quid iuris?

R. Legata suppellectile (seu domestico patris familias instrumento,) eæ res contineri videntur, quæ ad vsum eius quotidianum paratæ sunt, & quidem vsu rerum & moribus ciuitatis Romanæ imitata appellatione, cuiuscunque sint materiæ, modò domum instruant, & in aliam speciem

(vt

(vt penus, aurum, argentum factum, veſtis ornamenta, inſtrumenta agri, domus) non tranſeant; *Quod ſpecies potius rerum, quam materia attendatur, Adeò vt, de quibus non dubitatur, quin in alio genere ſint, legato non contineantur: in ijs vero de quibus, an in eodem ſint, dubitatur, legantis mens, & quomodo ijs vſus ſit, inſpiciatur.* Quæ verò hoc legato ſupellectilis in vniuerſum contineantur, legibus, 3. 4. 5. ſpecialius recenſentur.

Alimentis vel cibarijs legatis, quid iuris?

R. 1. *Alimentis* legatis, cibaria quoque & veſtitus, ac habitatio (ſine quibus corpus ali non poteſt) debentur: non diſciplina, niſi aliud teſtatorem ſenſiſſe probetur, *l. 6. & 7. ff. de alim. & cib. leg. Cibarijs* (ſeu *diarijs*) hoc eſt, quotidiano victu, legatis, nec habitatio, nec veſtiarium, nec calcearium debetur, *l. 21. eod. & ibi Gothofr.* Pecunia certa in alimenta legata, ea debetur, *l. 10. & 12. eod.* Non adiecta quantitate; vel quid defunctus præſtare ſit ſolitus, vel alijs eiuſdem ordinis reliquerit videndum. Si neutrum appareat; eius cui fideicommiſſum datum eſt, modus ſtatui debet, *l. pen. princ. h. t.* Ex certo prædio alimentis relictis; à quolibet poſſeſſore præſtanda ſunt, *l. 2. l. 10. eod. 2.* Finitur hoc legatum morte legatarij; ex natura quidem ſua, niſi aliud voluerit teſtator. *l. 4. pr. l. 20. §. 2. l. 13. §. vlt. eod.*

Auro & argento legato quid iuris?

R. Quicquid auri argentiq; , ſiue factum, ſiue infectum ſit, relictum, etiam vaſa aurea, & gemmis legatis gemmea vaſa, legato continetur; non pecunia ſignata, *l. 19. princ. & §. vlt.* Certum auri & argenti pondus ſi legatum; magis quãtitas legata videtur, nec ex vaſis tanget, *d. l. 19. pr.* Si auri facti pondus legatum; ex facto argento debebitur legatum, nec vaſcula ſeparabuntur, *d. l. 19. pr.*

Mundo, & ornamentis, & vnguentis legatis quid iuris?

R. Legata mundi & ornamentorum differunt. Illo equidem ea omnia continentur, quæ ad mundum ſpectant, hoc eſt, quibus mulier fit mundior, vt ſpecula, vnguenta, lauatio, riſcus, &c. niſi valetudinis cauſſa parentur, *l. 25. §. ſi l. 34. §. pen. l. 29. h. t.* Item ea quibus mulier ornatur, ſeu quæ non niſi corporis ornandi cauſſa parantur, vt inau-

res,

res, armillæ, viriolæ, annuli, *d. l.25. §. ornamentorum* §. *ornamenta*, non veſtes; quia potius tegendi corporis cauſſa parantur. Vnguentis legatis, ea quibus ſiue voluptatis, ſiue valetudinis cauſſa vngimur, legata videntur. *l.21. §.1. ff. eodem.*

Veſtibus, aut veſtimentis legatis quid iuris?

Bz. Veſtis, an veſtimenta legentur, nihil refert, *l.23. pr. hic.* Continentur autem ea appellatione omnia veſtimenta lanea, lineaq́; , vel ſerica, vel bombycina, quæ induendi, præcingendi, amiciendi, inſternendi, injiciendi, accubandive cauſſa parata ſunt, & quæ his vice acceſſionis cedunt, vt inſitæ picturæ, & claui, qui veſtibus inſuuntur, *d.l.* 23. §.1. etiam quæ ex veſte ornatus potius gratia, quam quo corpus tegatur, comparantur, ſi quidem eo nomine ſunt repleta, *l.26. eod.* Sed & veſtimentum, id eſt, quod detextum eſt, id eſt, remotum à texendo (ſiue ſit inciſum à globo, vel tela, ſiue non; modò conſumnatum ſit) non ſtamen neque ſubtemen, aut veſtis nondum detexta, *l.22. eod.* nec etiam pannus ad vendendum, non ad vſum legantis factus, *gl.1. in add. ad l.23. eod.* Indiſtinctè autem prolatæ veſtis appellatione tam virilis, quam muliebris, & ſcenica, etiamſi tragædica aut citharædica ſit, continetur, *l.127. ff. de V. S.* Virilis verò veſtis legato ea tantum continentur quę ipſius patrisfamil.; muliebris quæ matrisfamil. cauſſa paratæ ſunt, minimè quibus viri vel mulieres inhoneſtè vtuntur, *l.33. eod. & ibi Gothoſr.* Quibus promiſcuè, ſine reprehenſione, viri & mulieres vtuntur, communium veſtium legato continentur, *d. l.23. & pen.*

Statua & imagine legata quid iuris?

Bz. Satua legata, etiam vindicari à legatario poteſt brachium ex alia ſtatua ei adiectum, *l.14. hic.* nec minuit legatum primæ formæ additum, *Goth. eod.* Imagine legata, ſi eam deraſerit heres, tenetur legatario, licet tabulam ſoluerit. *Quia non tabula, ſed imaginis fuit legatum, l.12. ff. eod.*

Quales omnino ſeruitutes legari poſſunt?

Bz. Tam perſonales, quam reales, *ff. de vſufr. legato.* Item *de ſeru. legata: Vtraſque quippe non pactionibus modò, ſed & vltimis voluntatibus conſtitui, ſupra dictum.*

Quo-

Quomodo, & quo effectu vſus fructus legatur?

R. Et hoc ſupra explicatum, *tit. de vſufr.* Huc addimus; poſſe vſumfructum, vel ſolum, vel cum proprietate legari. Item alteri proprietatem, alteri vſumfructum, *Quod ſi fiat (niſi detracto vſufructu ſe fundum legare expreſſerit) vſusfructus inter duos legatarios communicabitur, l.19. ff. de vſufr. &c. leg. 2.* Idque vel ſingulis, vel etiam in genere municipibus *(quo caſu centum anni obſeruandi, l.8. eod.)* 3. Ita & cum adiectione, vt alterius annis debeatur. *Quo caſu plura ſunt legata, non vnum. l.13. eod.* Plane vt in legato annuo, cui legatum vſusfructus, ex parte quidem, ſimile eſt. *Paul. lib.3. ſent. tit.6.*

Quod eſt annuum legatum, & quid in eo iuris?

R. Legatum annuum dicimus, quando in ſingulos annos aliquid legatur, *l.1. ff. de an. leg.* In eo quod primi anni eſt, purum, ſequentium conditionale eſt, ob tacitam, quæ huic legato ineſt, conditionem, *ſi viuat, l.4. ff. de an. leg.* Quia ipſi legatario, puta eius alendi cauſſa, non eius heredibus conſulere voluiſſe defunctus videtur. Vnde nec mortuo legatario ad heredes tranſit *d. l.4.*

Qua eius cum vſufructu eſt comparatio?

R. Simile eſt cum eo, quod vtrumque legati genus morte finitur. Differt. 1. Quod capitis deminutione hoc legatum non finitur, qua finitur vſusfructus. 2. Quod ingreſſu cuiuſlibet anni debetur, vt licet deceſſerit legatarius, eius anni legatum heredi relinquat; cum fructuarius non niſi perceptos fructus, non pendentes, licet maturi ſint, tranſmittat. *l.8. ff. eod.* quod & in habitationis legato obtinet *l.15. C. de vſufr.*

Qua opera legari poſſunt, & quid differt hoc legatum ab vſufructus legato?

R. Legari poſſunt operæ tam liberi, quam ſerui. Differt autem hoc legatum ab vſufructu. 1. Quod operæ non amittuntur capitis deminutione, vel non vtendo. 2. Operas, non ipſi modò locare poſſimus & ex ijs mercedem accipere; ſed & ſeruus, cuius operas ipſi habemus, eas locare poteſt. 3. Ad heredes operarum legatum tranſmittitur. *Gothofr. ad l.2. ff. de vſu. vſufr. reditu, &c.*

Re-

Reditum fundi, vel omnium bonorum annuum si quis leget, quid iuris?

R. Consimile & hoc legatum est legato vsusfructus, aut annuo. *l.*12. *l.*16. *&* 17. *eod.* Vt ad hæredes legatarij non transeat, sed morte eius finiatur.

Quomodo legari possunt seruitutes reales?

R. Vel principaliter & expresse, vt viam per meum fundum tibi lego. *l.*2. *de seru. l.* vel in consequentiam, *vt l.*1. *eod. Vves. par. eod.* Puta quando res seruiens legatur vt nunc est (quod præsumitur,) cum suis seruitutibus legata videtur. *Gloss. & addit. marg. in d.l.*

Quatenus nomina rectè legantur?

R. 1. Quando testatur alteri legat quod sibi à Titio debetur. §.21. *hic. Quo casu heres actiones suas legatario cedere tenetur,* §.21 *hic* §. *eod. Ipse tamen etiam, antequam cedantur, vtiliter experitur. l.*18. *C. eod.* 2. Quando ipse debitor id quod debet creditori legat. *Quo casu inutile est legatum, nisi plus sit in legato quam in debito; puta si legetur purè, quod non debetur nisi sub conditione, & in diem.* §.14. *hic.* 3. Quando creditor suo debitori legat id quod debet, *Quo casu liberatio legata dicitur,* §.13. *hic.*

Liberatio quot modis legatur?

R. Quatuor modis. 1. Si dicat Testator, Tale debitum peti nolo, vel remitto debitori actionem. *Quo casu liberatur debitor ab omni debito, gl. hic & l.*3. *ff. eod.* 2. Quando dicit se nolle rationes exigi ab eo, qui ipsius negotia gessit, *Quo casu similiter ab omni debito liberatur, præterquam ab eo quod penes se habet, & ipsius est testatoris; vel ab eo quod dolo fecit, leg.*9. *ff. eod.* 3. Quando damnat heredem ne exerceat actiones contra debitorem, *Fab. hic num.*1. 4. Quando legat debitori chirographum *d.l.*3. *& ibi Bart. Schneid. hic.* Legatur verò etiam liberatio, vel simpliciter & in totum, vel ad tempus. Item vel ipsi debitori, vel etiam eius heredibus & fideiussoribus, *l.*5. *l.*15. *ff. eod.* §.13. *hic.*

Quis est effectus legata liberationis?

R. Quod is, cui liberatio legata, si solus est debitor, quatenus quidem ea legata est, non tantū habet exceptionem contra heredem debitum exigentem, vel simpliciter, vel

ante

ante tempus legati, ab ipso, eius herede, vel eo qui heredis loco est, §.13. *hic.* verum etiam actionem, vt eum per acceptilationem liberet. Si verò habet correum debendi; tantum per pactum personale, non per acceptilationem liberatur. Quod vno ex correis debendi liberato, alter non censeatur liberatus, nisi sint socij, & nisi paciscentis liberationem interfit, §.13. *hic & l.3.§.3.ff. de lib. leg. Schneid. hic, & ibi Goth.*

Quatenus dos rectè à marito vxori legatur?

82. Quia plenior est legati, quam de dote actio; §.15. *hic.* Puta, quod legatum statim, dos verò annua, bima, trima die olim; hodie post annum mobilia (licet immobilia statim) peti possint; *l.1.§. cum autem ff. de dot. præleg.* 2. De dote datur actio in quantum maritus, vel eius heres facere potest, l.12. & 13. *ff. sol. matr.* Legatum verò (nisi sicubi Falcidiæ ratio aliud suaserit) in solidum petitur & exigitur. 3. Pacta in præiudicium vxoris circa restituendam dotem facta ea prælegata tolluntur. *Glos. hic, & Schneid.*

Optionis & electionis legatum quid est?

83. Licet hæc legata, tanquam diuersa in inscriptione tituli in Digestis proponuntur, (quod optio solenniter olim proponeretur, arbitraria esset electio, *V vesf. par. eod.*) tamen hodie adæquata sunt, *l. vlt. C. eod. V vesf. par. hic.* Estque hoc legatum optionis cum Testator ex seruis, vel alijs rebus suis legatarium optare iubet, seu eligere, quam volet §.23. *hic l.3.4.5.§. penult. de leg. 1. Perez.*

Circa illud legatum quid iuris?

84. 1. Quod hic expresse legata optione legatarij est electio, ea quidem, vt etiam quod optimū est eligere & optare ei liceat, *in l. fin. §.1. sup. verb. ex seruis C. Com. de leg.* 2. Semel tantum fit electio, & omne ius legati prima testatione, qua sumere se dixerit legatarius consumit, vt mutari non possit, *l. antepenult. ff. de opt. leg.* 3. Legatarius, antequam eligat moriens, ius optandi iure nouo ad heredem, suum transmittit, §.23. *hic.* 4. Pluribus existentibus legatarijs quibus optio relicta est, si dissentiant eligendo, siue vnius legatarij plures heredes sint, & circa optandum inter se dissentiant, forte hoc dirimendum, vt sententia eius in optione præcel-

lat

lat ad quem ſors peruenerit. §.23. *eod.* 5. Legatarius legata optione poſt aditam hereditatem, vt aliquid agat, optare debet. *l.*1.6. *ff. hic.*

Quid quoad electionem, ſeu optionem iuris circa legatum generis? (hoc eſt, quo generaliter res aliqua legatur nullâ certâ ſpecie, ſeu (vt loquuntur Logici) indiuiduo expreſſo?

R. 1. Nihilominus electio eſt legatarij, Teſtatore plures eiuſdem rei ſpecies, ſeu indiuidua habente §.2. *hic.* maxime ſiquidem verba executiua teſtamenti ad legatarium dirigantur, ſecus ſi ad heredem. *Graſſ.* §. *legatum qu.*62. *nu.*2. Sed ita, vt nec optimum legatarius accipiat, vel peſſimum accipere cogatur, *l.*37. *ff. de leg.*1. 2. Poſtquam elegit ſimiliter variare non poteſt. 3. Heres ſi eligat peſſimum dando, nec ipſe liberatur. *l.*110. *ff. de leg.*1.

Facto ab herede præſtando legato, quid iuris?

R. Equidem ita legari poteſt, ſi quidem factum legatario eſt vtile, veluti vt heres domum illius reficiat, vel illum alieno ære liberet, §.21. *hic.* Sed non niſi per damnationem, ex facti natura. *Vult. Inſt. hic.* Id verò hic iuris eſt, vt ſi heredes ſint plures, omnes in ſolidum teneantur, *l. fideicommiſſa* § *ſi in opere ff. de leg.*1. *Vult. eod.* An autem præcisè ad factum teneatur heres, an verò præſtando intereſſe liberetur, *Vide Ang. hic. Schneid. hic remiſſiuè.*

Eâdem re duobus Teſtamentis legata, quid iuris?

R. Intereſt, vtrum rem, an æſtimationem legatarius ſit conſecutus. Nam ſi rem ſit conſecutus ex vno teſtamento, non agit ad æſtimationem eiuſdem ex altero. Æſtimationem ſi conſecutus eſt ex vno teſtamento, ex altero ad rem agere poteſt. *Quia licet pretium loco rei ſæpe ſuccedat; aliud tamen res eſt, aliud pretium.* §. *hac ratione hic.* Eodem verò teſtamento ſi res, vel quantitas eadem ſæpius legetur, res illa regulariter ſemel tantum debetur. *l.*34. §.1. *de leg.* 23.

An eâdem res pluribus legari poteſt?

R. Omnino; idque vel coniunctim, vel diuiſim: coniunctim ita: *Seiò & Titio Stichum do, lego.* Diuiſim, ſeu diſiunctim ita. *Titio hominem Stichum do lego, Seio hominem Stichum do lego.* §. 8. *hic.*

Quo-

Quotuplex eſt coniunctio, vel diſiunctio?

R. Triplex eſt coniunctio: *Quidam dicuntur coniuncti re tantum*s puta, quando duobus, aut pluribus vna eademque res in ſpecie, non vna oratione, ſed ſeparatim, expreſsè legatur; vt, *Titio lego fundum Tuſculanum: Seio fundum Tuſculanum lego. Quidam ſunt coniuncti verbis tantum*s puta, qui vna oratione coniunguntur; vt, *Titio & Seio fundum Tuſculanum aquis partibus do, lego.* partibus puta in oratione expreſsè aſſignatis. *Quidam re & verbis ſimul*s puta, quibus vna oratione eadem res partibus non aſſignatis legatur, *Titio & Seio fundum Tuſculanum, do, lego.* Diſiunctis dupliciter legatur. 1. *Quando re & verbis legatarij ſunt diſiuncti*s puta, *lego Titio dimidiam partem fundi Tuſculanis Seio dimidiam eiuſdem fundi partem alteram.* 2. *Quando legatarij verbis tantum ſunt diſiuncti*s vt, cum eadem res duobus in ſolidum legatur in diuerſis orationibus vt: *Seio Stichum do lego: Titio Stichum do lego* §. 8. *Schneid. eod.*

Eadem re pluribus legata, quid iuris?

R. Siue coniunctim, ſiue diuiſim res pluribus ſit legata, ſi ambo perueniant ad legatum, ſcinditur inter eos legatum, & diuiditur. Altero deficiente, vel ad legatum non perueniente, totum ad collegatarium pertinet, §. 8. *hic.* id eſt, accreſcit ei portio quam alter legatarius cepiſſet, & ad heredem non tranſmittitur. *Schneid. eod.*

Quibus legari non poteſt?

R. Omnibus cum quibus teſtamenti factio eſt paſſiua, id eſt, qui ex teſtamento capere poſſunt, §. 24. *hic.*

An incertis perſonis legari poteſt?

R. Perſonis plane quidem incertis, ſed qui ex futuro euentu certificari poſſunt, puta quas Teſtator incerta opinione animo ſuo obijciebat; Veluti ſi quis dicat: *Quicunque filio meo filiam ſuam in matrimonium dederit, ei heres meus illum fundum dato*; olim minimè, nec quidem à milite, legari, aut fideicommitti poterat: hodie vtiliter legari poteſt, niſi omninò incerta maneat perſona. Quo caſu nec hodie legatum valet, *Gl. & Bart. in l. quidam relegatus De reb. dub. Schneid. hic.* Si ex incertis perſonis alicui ſub certa demonſtratione legatur; puta ſic, *Ex cognatis meis qui*

nunc ſunt heres fundum illum date ei, qui filiam meam in vxorem duxit, & olim valuit,& hodie valet legatum. *Quod demonſtratio vice nominis fungatur.* §. 25. *hic.* Nomine legatarij expreſſo,ſi plures iſtius ſint nominis,ſubſiſtit quidem, ſed propter incertitudinem inutile fit legatum, & poteſt heres cui volet ſoluere,*l.* 18.§.*ſi inter duos ff.eod.*2. niſi de ſe ſenſiſſe Teſtatorem legatarius probet,*Schneid.hic.* Incertæ perſonæ,per errorem iuris, non facti ſolutum neutro iure heres repetit, *hic. Text. & ibi Vult.*

An poſthumo legari poteſt?

R. Poſthumo quidem ſuo poteſt & potuit ſemper legatum relinqui: alieno olim non potuit; hodie vt inſtitui, ſic & legari ei poteſt. §.36.& 27.*hic.*

An ſeruo heredis?

R. Non poteſt ei pure legari.*Quia tale legatum cedit à morte Teſtatoris, & quicquid ſeruus acquirit, domino acquirit; vt ſic idem eſſet heres & legatarius; quod fieri non poteſt; quia ſibi ipſi nemo legare poteſt.* §.32.

Quid ſi ſeruus viuo teſtatore manumittatur?

R. Ne ſic quidem valet legatum tale purum.Propter regulam Catonianam hanc,*Quod legatum purum non valet ſi teſtator ſtatim moreretur, id ex eo non conualeſcit, quod teſtator diutius vixit,l.*1.§.*de Reg.Cato:* In conditionalibus legatis (in quibus euentus conditionis ſpectatur) alia eſt ratio.

Quid ſi, inſtituto ſeruo herede, domino aliquid pure legetur?

R. Valet legatum, *quia hereditas à legato ſeparata eſt, & per eum ſeruum poteſt aliquis heres effici; ſiquidem ante iuſſu domini aditam hereditatem ſit manumiſſus.* Quod tamen legatum euaneſcit, ſi in domini poteſtate manens eiuſdem iuſſu hereditatem adeat; *Ob eandem cauſam, quod idem dominus & legatarius & heres eſſe non poſſit.*

Error in nomine & re legata an vitiat legatum?

R. Error talis ſiue ſit in nomine proprio, prænomine, cognomine, agnomine, vt non vitiat inſtitutionem, aut alios contractus, ſic nec legata. Modo de perſona conſtet. *Quia nomina rerum ſignificandarum cauſa tantum ſunt reperta; de quibus ſi alio modo cognoſci poſſit, nihil intereſt, nec vitiatur actus.* Idem eſt ſi erratum ſit in nomine proprio rei

lega-

legatæ, quando de corpore proprio constat. Puta cum ab homine est impositum: *vt si fundum Sempronianum sub nomine Cornelizni legauerit*. Si nomen rei est appellatiuum, hoc est, communi vsu tantum receptum, vitiatur legatum; *vt si orichalcum legare volens vestimentum dixerit*. §. 19. *hic l.* 4. *de leg.* 1.

Quid si vel res legata, vel persona legatarij falsò demõstretur?

R. Ne sic quidem vitiatur legatum; puta; *Cum demonstratio rei cognoscendæ causa adhibeatur: re cognitâ, nec ipsa curetur*. §. 30. *sic. l.* 23. *&* 34. *de condit. & cognit.* Rei autem falsa demonstratio est, cum Stichum, quem legat Testator vernam vocat, qui talis non est. In legatario falsa demonstratio est, cum Sempronio tanquam Titij filio legatur, qui talis non est. §. 30. *eod.*

An falsa caussa adiecta legatum vitiat?

R. Minime, §. 31 *hic.* Puta si legato non cohæret, sed in eo abundat, *l.* 72. §. 4. *ff. de cond. & dem. Abundantia autem, & sine necessitate adiecta non solent vitiare scripturas, l. non solent de R.* 1. Conditio, *quia est de substantia conditionalis legati, si adiectas* non debetur legatum, nisi ea impleta. *Vult. ad* §. *eundem.*

Quomodo omnino legari potest?

R. Vel pure, vel adiectione diei, modi, conditionis, causæ.

Explica singulos modos legandi?

R. *Pure* legatur, quando legatur simpliciter citra vllam adiectionem. *Cum adiectione diei*; cum siue certus dies nominatur, siue incertus, quo legatum peti possit. *Sub conditione* quando legato conditio adijcitur in futurum, (quæ quotuplex sit, supra explicatum in materia institutionis heredum.) *Sub modo* quando ita legatur, vt in futurum quid fiat, aut non fiat; hoc est, causa finali addita. *Ex causâ*, cum testator exprimit quid ipsum ad legandum mouerit.

Quis est effectus legatorum?

R. Translatio dominij, idque statim à morte testatoris: in legato quidem puro *L.* 64. *de furt.* Ita tamen vt possessionem legatarius nec propria authoritate, nec via executiua apprehendere possit; sed actiones competentes ad eam consequendam intentare debeat. *Trent. hic thesi.* 7.

TIT. XXI.

De ademptione, vel tranſlatione legatorum.

Hactenus quibus modis legata relinquuntur. Explicatis modos quibus extinguuntur, transferuntur, auferuntur, & pro non ſcriptis habentur, denique quibus augentur, vel minuuntur, & die primò,

Quibus modis extinguitur legatum?

R. 1. Si rei legatæ dominium ex alia cauſa lucratiua ad legatarium, non per aliam perſonam acquiſitum, viuo teſtatore peruenerit. §. *ſi res aliena hic. l.* 108. §. 1. *de leg.* 1. 2. Si legatarius viuo teſtatore deceſſerit, & ſic caducum fiat legatum. *lege Vnica §. in nouiſſ. Cod. de cad. toll.* 3. Si conditio legati defecerit, *l.* 2. *de cond. & demonſt.* 4. Si res legata commercio eximatur, aut ſine dolo, vel culpa heredis perierit. §. *ſi res legata hic.*

Quid eſt legatorum ademtio?

R. Eſt eorũdem per Teſtatoris pœnitentiam reuocatio?

Quot modis reuocatur legatum?

R. Vel tacitè, vel expreſsè.

Quibus modis tacite?

R. 1. Nuda Teſtatoris voluntate, cum rem legatam alteri donat. *l.* 18. *ff. hic.* licet donatio non valeat, *l.* 24. §. 1. *ff. eod.* vel eam citra neceſſitatem vendit. §. *ſi rem ſuam tit. præced.* 2. Ex præſumta modò voluntate, per inimicitias inter Teſtatorem & Legatarium ſuperuenientes, nec reconciliatione ſublatas, *l.* 5 *ff. hic.* modò graues ſint.

Quo modò expreſsè legata reuocantur & adimuntur?

R. 1. *Verbis,* vel directè contrarijs, vel alijs quibuſcunque ex quibus contraria voluntas reuocatoria Teſtatoris conſtet, idque ſiue eodem teſtamento, ſiue alio æquè ſolenni, vel etiam Codicillis. 2. *Facto aliquo;* puta ſi Teſtator eam teſtamenti partem in qua legatum reliquerat, & conſultò quidem, deleat, *pr. hic & l.* 1. §. 9. *ſi inconſulto ff. de his quæ ind. del.*

Quis eſt effectus ademtionis?

℟. Quod legatum manet penes heredem cum ſuo onere, *l.19.ff.hic.*

Quot modis ſit tranſlatio legati?

℟. 1. Mutata perſona legatarij; vt ſi quod Titio legatum fuit, legetur Seio. 2. Mutata perſona onerata legati præſtatione: vt ſi quod Seius heres iuſſus eſt dare Titio, iubeatur dare Caius cohæres. 3. Mutata re legata; cum pro fundo legato, legatur pecunia. 4. Mutato modo legandi, id eſt, mutato legato puro in conditionale; & contra; item quibus modis alijs vel ſimpliciter, vel variè coniunctis transferri legatum poteſt. §. 1. *hic.*

Quomodo aufertur legatum legatario?

℟. Aufertur legatario, vt ab indigno; puta ſi teſtamentum quaſi inofficioſum, vel falſum accuſauerit. *tit.C.& ff.de his qua vt indign.* 2. Quando legatarius ante traditionem, vxorem Teſtatoris poſt eius mortem ſtuprauit. *gl.ord.in l. 27.C.de fideic.Schneid.num.21.*

Quando habetur pro non ſcripto?

℟. Quando aut iam defuncto legatur, aut ita ſcriptum eſt vt intelligi non poſſit. *l.2. & penult. 15. de his qua pro non ſcript.hab.*

TIT. XXII.

De Lege Falcidia.

Quomodo augentur legata?

℟. 1. Si Teſtator legato aliquid adijciat. *l.vlt.C.de adimend.leg.* 2. Si rei legatæ aliquid accedat. §.17.18. 19. 20.*&c. tit.præced.de leg.*

Quomodo minuitur legatum?

℟. 1. Contrarijs modis: ſi vel teſtator aliquid legato detrahat, vel per ſe rei legatæ decedat. §.*iſdem.* 2. Per plurium legatariorum concurſum ad eandem rem legatam. §. *ſi eadem tit. eod.* 3. Si legatarij quantum legatum eſt capere non poſſunt; vt ſi Teſtator legitimos & naturales liberos habens legando vltra vnciam relinquat. *Nou.39.l.22.* Denique per legem Falcidiam.

Qua

Quæ est lex Falcidia?

R. Lex Falcidia lata est à Falcidio Trib.pl. qua cauetur ne plus Testatori legare liceat, quam dodrantem bonorum ab ipso relictorum, id est, ita modo vt quarta pars eorum institutis heredibus salua maneat.

Quæ eius introducendæ fuit ratio?

R. Est ipsorum Testatorum gratia introducta; ne scilicet ipsorum voluntates, (quibus ex lege 12. Tab. totum suum patrimonium legatis erogare poterant) irritæ fierent, heredibus pro nullo, vel minimo lucro hereditatem adire recusantibus. Idque quia lege Furia (qua ne cui plus quàm mille aureos legare liceret;) & Voconia, (qua ne plus quam heres haberet legatarius, cautum fuit;) non satis isti malo tollendo prouisum videretur *Vvesp. par. hic.*

Quot igitur sunt capita legis Falcidiæ?

R. Duo; Primum confirmando legem 12. tab. cauet vt ciues Romani, qui Testamentum facere vellent, (quo solo legari poterat, §. *vlt. Inst. de fid eic. her.*) per legem latam, res suas prout vellent dare vel legare possent: Alterum quo dictus modus legatorum, ciuibus constitutus, vt ita legarent, ne minus quam quartam partem heredes ex eo testamento caperent, *Vvesp. par. eod. num.* 4.

Quibus competit ergo beneficium legis Falcidiæ?

R. Ex intentione legis heredibus scriptis, eorumque successoribus & heredibus, non legatarijs, nec fideicommissarijs, *l.* 41. *de Vulg. & pupill. substitutione. l.* 1. §. *denique, l.* 28. *ff. ad Trebell.* Et pluribus quidem institutis heredibus, singulis competit. §. 1. *hic & l. vt singulis ff. eodem:* Ex accidenti etiam heredibus ab intestato; puta quando fidicommissa per codicillos, aut alio modo ab intestato ita relinquuntur, vt vniuersa hereditas fideicommisso grauetur; *Vvesp. hic numero* 6.

Licetne ergo singulis heredibus Falcidiam detrahere?

R. Omnino è legatis singuli detrahunt pro ea parte in qua sunt instituti; vt istius partis quartam saluam habeant. Planè vt heres ex asse institutus similiter de omnibus legatis, vt quartam hereditatis saluam habeat, detrahit solus. §. 1. *hic. l.* 77. *ff. eod.*

Quo tempore spectatur quantitas patrimonij ad quam detractio Falcidiæ derigitur?

R. Eo quo testator mortuus est. Ita vt, siue post factum testamentum vltra tempus mortis, siue post mortem testatoris auctum, vel deminutum sit idem patrimonium; nihil id ad rem faciat, sed omne commodum tale & incommodum hereditatis ad hæredes pertineat, non legatarios. §. 2. *hic.*

An nulla bona antequam legis Falcidiæ ratio ineatur, sunt deducenda?

R. Omnino. 1. Æs alienum (vtpote quo demum deducto bona cuiusque intelliguntur) *l.*30. *de V.S.* Etiam id quod defunctus ipsi heredi debuit. *l.*6. *C. h.* 1. Nisi hanc deductionem prohibuerit. *l.*12. *ff. eod.* 2. Impensa funeris, secundum qualitatem personæ, & quantitatem patrimonij defuncti facta. *l.*12. § *pen. l.*14. §. *hæc actio de religios.* 3. Pretia seruorũ in testamento manumissorum. §. *vlt. hic.* 4. Legata ad pias causas, *Dd. per Nou.*131. *cap.*12. Quo facto bona residua æstimantur, deque ijs, pro rata cuiusque portione, Falcidiæ quarta detrahitur. §. 8. *hic.*

Quæ in eam imputantur?

R. Cum Falcidia sit quarta hereditatis, in eam imputantur tantum quæ iure hereditario, non legati, fideicommissi, vel implendæ conditionis causa capiuntur, *l.*91. *hic.*

An Falcidiæ detractio aliquando non cessat?

R. Omnino in pluribus casibus. 1. Quando testator eum prohibuit. *Nou.*1. *cap.* 2. 2. Si heres inuentarium non fecit. *Nou. ead.* 3. Si integra legata soluit, vel sciens, vel saltem, non per errorem facti. *l.*4. *Cod eod.* 4. Vel Testatori, aut ipsi legatario ie integra legata solutorum promisit. *l. vlt. C. eod.* 5. In testamento militis. *l.*7. *C. hic.* 6. In dote prælegata. *l.*57 *ff. hic.* 7. In legatis ad pias causas. *Nou.*130. *c.*12. 8. In re ita relicta, vt alienari prohibita iubeatur manere apud heredes legatarij. *Auth. sed & in ea re. C. h. t.* Denique si æs alienum facultates defuncti exhausit. *l.*16. *C. hic.*

TIT.

TIT. XXIII.

De Fideicommissarijs hereditatibus & ad SC. Trebellianum.

POst explicatam substitutionem directam, ad obliquam transit Imperator quæ fideicommissaria, item precaria dicitur: Dic quæ ratio est istarum appellationum?

R. Patet ea ex ante dictis. Obliqua enim dicitur, quia fit verbis nõ ad substitutum immediatè, sed ad institutum, cum onere hereditatem restituendi, directis. Fideicommissaria, (vt & precaria) dicitur, quia restitutio fidei instituti committebatur, hoc est, precatiuo modò mandabatur ex ratione iuris veteris: vt pudore solo rogati fideicommissum contineretur, nec is id de quo rogatus erat, vt restitueret, cogi posset, *princ. hic.*

Vnde & quando factum, vt res (puta restitutio rogata) alioqui sui (vt dicis) natura libera, facta sit necessaria, & iure stare cœpit?

R. Factum id, vt ait Imperator, paulatim, 1. Et quidem ex Augusti Cæsaris permissu, Lentulo vt per fideicommissum aliquid faceret roganti id concedentis, eiusque, voluntatem defuncti implentis, exemplo. *Princ. tit. prox. de Codicillis.* 2. Ex eiusdem, postquam per ipsius salutem rogatus quis semel iterumque diceretur, vt Consules autoritatem suam interponerent iubentis constitutione. Quæ popularis visa in perpetuam deinde abijt iurisdictionem, Prætoribus in vrbe, & deindè in Prouincijs Præsidibus demandatam, §. 1. *hic. Suet. in Claudio. Cantiuncula. & Pacius in Notis hic.*

Quid est fideicommissum?

R. Est liberalitas, quæ verbis precarijs, vel alio quocunque vltimo iudicio precariæ voluntatis, ministerio alterius commissæ aliquem confertur. *Perez. hic. Vlp. Prag. tit. 24.*

Quotuplex est fideicommissum?

R. Est vel *vniuersale*, quando vniuersum defuncti patrimonium, vel secundum eam partem in quam heres institutus restituendum committitur, (*de quali fideicommisso hoc titulo*

Quo tempore spectatur quantitas patrimonij ad quam detractio Falcidiæ derigitur?

R. Eo quo testator mortuus est. Ita vt, siue post factum testamentum vltra tempus mortis, siue post mortem testatoris auctum, vel deminutum sit idem patrimonium; nihil id ad rem faciat, sed omne commodum tale & incommodum hereditatis ad hæredes pertineat, non legatarios. §. 2. *hic.*

An nulla bona antequam legis Falcidiæ ratio ineatur, sunt deducenda?

R. Omnino. 1. Æs alienum (vtpote quo demum deducto bona cuiusque intelliguntur) *l.*30. *de V.S.* Etiam id quod defunctus ipsi heredi debuit. *l.*6. *C. h.* 1. Nisi hanc deductionem prohibuerit. *l.*12. *ff. eod.* 2. Impensa funeris, secundum qualitatem personæ, & quantitatem patrimonij defuncti facta. *l.*12. § *pen. l.*14. §. *hæc actio de religios.* 3. Pretia seruorũ in testamento manumissorum. §. *vlt. hic.* 4. Legata ad pias causas, *Dd. per Nou.*131. *cap.*12. Quo facto bona residua æstimantur, deque ijs, pro rata cuiusque portione, Falcidiæ quarta detrahitur. §. 8. *hic.*

Quæ in eam imputantur?

R. Cum Falcidia sit quarta hereditatis, in eam imputantur tantum quæ iure hereditario, non legati, fideicommissi, vel implendæ conditionis causa capiuntur, *l.*91. *hic.*

An Falcidiæ detractio aliquando non cessat?

R. Omnino in pluribus casibus. 1. Quando testator eum prohibuit. *Nou.*1. *cap.* 2. 2. Si heres inuentarium non fecit. *Nou. eod.* 3. Si integra legata soluit, vel sciens, vel saltem, non per errorem facti. *l.*4. *Cod eod.* 4. Vel Testatori, aut ipsi legatario te integra legata solutorum promisit. *l. vlt. C. eod.* 5. In testamento militis. *l.*7. *C. hic.* 6. In dote prælegata. *l.*57 *ff. hic.* 7. In legatis ad pias causas. *Nou.*130. *c.*12. 8. In re ita relicta, vt alienari prohibita iubeatur manere apud heredes legatarij. *Auth. sed & in ea re. C. h. t.* Denique si æs alienum facultates defuncti exhausit. *l.*16. *C. hic.*

TIT.

TIT. XXIII.

De Fideicommissarijs hereditatibus & ad SC. Trebellianum.

POst explicatam substitutionem directam, ad obliquam transit Imperator quæ fideicommissaria, item precaria dicitur: Dic quæ ratio est istarum appellationum?

R. Patet ea ex ante dictis. Obliqua enim dicitur, quia fit verbis nō ad substitutum immediatè, sed ad institutum, cum onere hereditatem restituendi, directis. Fideicommissaria, (vt & precaria) dicitur, quia restitutio fidei instituti committebatur, hoc est, precatiuo modò mandabatur ex ratione iuris veteris: vt pudore solo rogati fideicommissum contineretur, nec is id de quo rogatus erat, vt restitueret, cogi posset, *princ. hic.*

Vnde & quando factum, vt res (puta restitutio rogata) alioqui sui (vt dicis) natura libera, facta sit necessaria, & iure stare cœpit?

R. Factum id, vt ait Imperator, paulatim, 1. Et quidem ex Augusti Cæsaris permissu, Lentulo vt per fideicommissum aliquid faceret roganti id concedentis, eiusque, voluntatem defuncti implentis, exemplo. *Princ. tit. prox. de Codicillis.* 2. Ex eiusdem, postquam per ipsius salutem rogatus quis semel iterumque diceretur, vt Consules autoritatem suam interponerent iubentis constitutione. Quæ popularis visa in perpetuam deinde abijt iurisdictionem, Prætoribus in vrbe, & deindè in Prouincijs Præsidibus demandatam, §. 1. *hic. Suet. in Claudio. Cantiuncula, & Pacius in Notis hic.*

Quid est fideicommissum?

R. Est liberalitas, quæ verbis precarijs, vel alio quocunque vltimo iudicio precariæ voluntatis, ministerio alterius commissæ aliquem confertur. *Perez. hic. Vlp. Prag. tit. 24.*

Quotuplex est fideicommissum?

R. Est vel *vniuersale*, quando vniuersum defuncti patrimonium, vel secundum eam partem in quam heres institutus restituendum committitur, (*de quali fideicommisso hoc titulo*

titulo agitur.) Vel *ſingulare*, ſeu *particulare*, quando res aliqua particularis, ſeu corpora ſingula de hereditate reſtituenda alicui committuntur, puta, ſcyphus, lectus, *de quali titulo ſequente.*

Quot modis vtrumque fideicommiſſum relinquitur?

R. Vel *expreſsè*, puta ſi dicat Teſtator, *Titius heres eſto, & rogo vt hereditatem Sempronio reſtituat.* Vel *tacite* ex præſumta Teſtatoris mente: puta ſi pater, filio; & filia heredibus inſtitutis, vel vtrique, vel eorum alteri mandet, ne condat teſtamentum. *Quia videtur voluiſſe, vt alter alteri hereditatem reſtitueret, Schneid. hic.* Aliiſque modis, de quibus *Graſſ. § fideicommiſſ. queſt. 4. & Mantic. de coniect. vlt. volum. lib. 8. titul. 1.*

Vbi omnino relinqui poſſunt fideicommiſſa?

R. Tam in teſtamento, quam ab inteſtato *Schneid. hic.*

Quomodo in Teſtamento?

R. Ita, vt 1. directus heres inſtituatur, qui hereditatem adeat, ſiue totam, ſiue eius partem; idque vel purè, vel ſub conditione, vel (licet id alias non liceat, §. 9. *ſupra de heredit. inſtit.*) ex certo die. 2. Vt eius fidei committatur, vt eam hereditatem alteri reſtituat, quatenus in eam inſtitutus eſt, §. 2. *hic. & ibi Schneid.*

An fideicommiſſum in Teſtamento relictum nunquam valet ſine heredis inſtitutione?

R. Nunquam. Quando quidem Teſtatorem voluit condere Teſtamentum. Omnino valet ſi voluit facere Codicillos, & relinquere fideicommiſſum ab inteſtato, §. 10. *hic.* Sed & valent in dubio adiecta clauſula codicillari, *l. 1. ff. de iur. Codicil. Schneid. eod.*

Quomodo fideicommiſſa relinqui poſſunt ab inteſtato?

R. Quando legitimus heres, vel honorarius rogatur vt totam hereditatem, vel partem eius reſtituat alteri. *Quod defunctus non auferens eis bona, nec alium inſtituens eos tacitè ad hereditatem vocet,* §. 10. *hic. & leg. 8. ff. de iur. codicil.*

Quæ fideicommiſſa omnino ab inteſtato relinqui poſſunt?

R. Tam vniuerſalia, quam particularia; etiam ſegata; tanquam particularibus fideicommiſſis adæquata, *l. 1. ff. de leg. 1.*

*leg.*1. Vtpote quæ directè ab inteſtato relicta, (quomodo relinqui non poſſunt, vt nec hereditas directo codicillis, *l.6. ff. ad SC. Treb.*) trahantur in fideicommiſſum. *l.2. C. de iur. codicill.*

Quis eſt effectus fideicommiſſorum?

℟. Secundum antedicta effectus fideicommiſſorum, pro diuerſitate temporum fuit varius. Primitus infirma erant; quod rogatu & precibus niterentur, quæ nullam obligationem rogata præſtandi inducebant. Maior eorum vis fuit ex quo in perpetuam iuriſdictionem abiere. Nempe, vt non modò rogati heredes mandatam hereditatem quatenus mandata eſſet reſtituere cogerentur: 1. Sed etiam ea reſtituta non minus actiones hereditariæ, cum actiuæ, tum paſſiuæ apud heredes *(qui tales ſemel facti nunquam eſſe deſinunt)* manerent, atque ita ſoli creditoribus hereditarijs reſpondere deberent, ſoli debitores hereditarios conuenire poſſent. 2. Quod ita licet bona nulla heredes, vel non in ſolidum haberent; ſoli tamen creditoribus hereditarijs ſoluere, & deinde à fideicommiſſario totum, vel pro parte repetere: & vice verſa, quod heredes à debitoribus prius exegiſſent, id fideicommiſſarius ab eis exigere teneretur, §.3. *hic, & ibi Ægid. Hortenſ.*

Quomodo per hoc incommodum non defecere fideicommiſſa?

℟. Factum id partim inducta, ex diſciplina Iuriſconſultorum, prouiſione inter heredem, qui totam hereditatem reſtituere rogatus eſſet, & fideicommiſſarium, vt vno nummo, ſeu venditione imaginaria venderetur hereditas, & deinde de emptæ & venditæ hereditatis commodo & incommodo pro ea parte, quæ apud heredem manſiſſet, & ea quæ reſtituta eſſet inter eos communicando, ſtipulationes interponerentur. Partim quod Neronis temporibus poſtea non ſolum eidem malo SC. Trebelliano prouiſum, ſublata per illud ſuſpicione incommodi & periculi, vel litium: ſed etiam, cum nihilominus deficerent fideicommiſſa ex moroſitate heredum, quod nihil commodi, aut non pro reſtitutione hereditatis referrent, poſtmodum, Auguſti Veſpaſiani temporibus, illi malo SC. Pegaſiano ſuccurſum eſt. §.4.5. *hic. Hort. ad d.* §.3.

Qua-

Quatenus succurſum priori malo per SC. Trebellianum?

℟. Quatenus eo cautum, vt ſi hereditas ex fideicommiſſi cauſſa reſtituta eſſet, omnes actiones, quæ iure ciuili heredi & in heredem competerent, (*hoc eſt, actiua & paſſiua, vt loquuntur,*) ei & in eum darentur, cui ex fideicommiſſo reſtituta eſſet hereditas. Atque ita is poſtquam heres eſſe non poſſit, (*quatenus qui heres eſt, non deſinit eſſe heres, l.8. §. ff. de her. inſt.*) loco heredis, ſeu pro herede factus eſt, *l.18. in ſui ff. ad l. Falc. &c. ab Hort. ibid. allegata*, & exinde Prætor actiones (vtiles ſcilicet) ei & in eum qui recepit hereditatem, (*ne amplius ſtipulationibus iſtis inter eum & heredem opus eſſet l. in princ. §.1. ad Trebel. Paul. lib. ſent. 4. tit. 2. Hort. eod.*) quaſi heredi & in heredem dare cœpit. §.4. *hic.*

Quatenus alteri malo ſuccurſum per SC. Pegaſianum.

℟. 1. Quatenus eidem heredi cuius fidei commiſſum eſſet, de tota hereditate vel ſupra dodrantem reſtituenda conceſſum quartam partem retinere, vel ſupplere; perinde atque ex lege Falcidia, cum legatis exhauſta eſſet & ſupra dodrantem onerata, vt ad adeundam ſponte, & reſtituendam hereditatem eo præmio alliceretur, permiſſa etiam eadem retentione ex ſingulis rebus per fideicommiſſum relictis, §.5. *eod.* 2. Quatenus ſi ne ſic quidem lubens adiret, expreſsè ei impoſitum eſt, vt, poſtulante id fideicommiſſario, adiret, atque aditam hereditatem, tanquam ex SC. Trebelliano, ſine vlla retentione, transferendis tamen in fideicommiſſarium actionibus, & oneribus, reſtitueret, §.6. *verſ. ſed ſi recuſabat hic. Vlp. 25. Regul. ſi heres Hortenſ. eod.* 3. Quartam verò ſi retineret; pro ea retentione ipſe heres ſolus ex eodem SC. onera hereditaria ſuſtinebat: ipſe autem qui ex fideicommiſſo recipiebat hereditatem, partiarij legatarij loco erat, vt ipſe creditoribus maneret obnoxius, & ipſi debitores ei obnoxij in ſolidum, *Hortenſ. ad §.5. hic.*

An ergo per geminum hoc SC. plenè fideicommiſſorum iuris fuit prouiſum?

℟. Minime. Nam 1. licet per SC. Trebellianum à periculi, & litium ſuſpicione heres liberaretur; nihil tamen ex reſtitutione hereditatis, vel totius, vel partis ſentiebat: Ex Pegaſiano verò licet quartam retineret, pro tantillo tamen

co-

commodo periculum, lites, & onera hereditaria sustinere cogebatur. 2. Per SC. Pegasianum Trebelliano tantum succursum eo casu, quo heres hereditatem, vel totam, supra dodrantem restituere rogatus esset, infra, vel iuxta supra dodrantem rogato heredi minime, sed quarta penes heredem manebat. 3. Et sic SC. Trebellianum, quod prius simpliciter, & abscisse conceptum fuerat, ad eundem casum quo infra, vel iuxta dodrantem hereditas restituenda esset per Pegasianum fuit restrictum; ita vt eodem tantum casu hereditas restitueretur, & diuisis quidem pro rata inter heredem, & eum qui hereditatem recipiebat (qui per hoc SC. loco heredis, seu pro herede factus erat, cum heres esse non posset,) tanquam heredem actionibus hereditarijs, *l.* 18. *in fin. ff. ad leg. Falc. l.* 44. §. *vlt. ff. h. t.* 4. Etsi quis totam hereditatem, vel supra dodrantem restituere rogatus omittere quartam vellet modò negotijs hereditarijs non implicaretur, si semel eam volens adierat, ea tamen sustinere ex SC. Pegasiano cogebatur, nec Trebelliano locus erat. Adeò vt rursus sic ad remedium stipulationum fuerit recursum, §. 6. *hic. Hortens. eod.*

Quomodo vtrique præcedenti malo medicinam adhibuit Iustinianus?

R. Suo more iura coaceruando, hoc est, quod per Pegasianum Trebelliano fuerat derogatum, ei ita restituendo, vt siue supra, siue infra dodrantem rogatus sit heres restituere, Trebelliano locus sit & in fideicommissarium actiones transeant. 2. Ei addendo, quod Pegasiano erat proprium, vt qui supra dodrantem, vel totam hereditatem restituere rogatus esset quartam supplere, vel retinere posset si libens adiret, coactus non posset; cogi tamen ex Trebelliano posset, aut ante potuerat ex Pegasiano: Atque ita ansam istis stipulationibus inter heredem & fideicommissarium præcidendo. §. 7. *hic Hortens. eod.*

Quis ergo est effectus fideicommissorum vniuersalium ex isto nouo iure?

R. 1. Rogatæ restitutionis necessitas, seu quod heres directus grauatus cogitur adire hereditatem, & restituere aditam fideicõmissario, *l.* 14. §. 1 *ff. ad SC. Treb.* 2. Quod quatenus

tenus restituitur actiones hæreditariæ iuxta SC. Trebellianum, vna cum hereditate, vtiles quidem, non directæ, & eo quidem quo statim dicam modo, restituantur & transferantur in fideicommissarium. §.7. *hic, ita quidem, vt nec heres directus effectualiter à creditoribus hereditarijs conueniri, nec ipse, si vellet, contra debitores hereditarios, cum effectu agere possit. l.1.§.3.ff.ad SC. Treb.* 3. Quod iuxta SC. Pegasianum (sed quasi ex Trebelliano) supra dodrantem, vel de tota hereditate restituenda grauatus, (sponte quidem, hereditatem si adeat) quartam, vel totam retinere, vel supplere, & errore facti solutam repetere possit. 4. Quod ita retenta quarta ex vtriusque SC. confusione actiones hereditariæ pro rata portione inter heredem & fideicommissarium diuidantur; tota hereditate restituta in fideicommissarium transferantur in solidum; vt si heres à Testatore iussus est rem certam deducere, etiamsi res illa, vel exæquet vel excedat quartam; quia rem quasi loco legati retinet, quod onus hæreditarium non agnoscit, tunc deliberare possit fideicommissarius an expediat sibi restitui, §.9. *hic.*

Quatenus potest heres cogi, vt hereditatē adeat, & quo effectu?

R. Omninò officio iudicis, tribus concurrentibus. 1. Si ipsum fideicommissum est vniuersale, non particulare, (*legatarius enim heredem vt adeat cogere non potest, l.16.§.sed generaliter ff.ad SC.Treb.*) 2. Si fideicommissarius est capax fideicommissi. 3. Si cauet heredi de damno, quod ex adita hereditate incurrere possit, *leg.4.l.36.ff.ad SC.Treb.gloss. hic & Schneid.ex ea ead.* Coactæ verò additionis is effectus est, quod heres periculo adeat fideicommissarij ipse nec damnum, nec commodum, puta quartæ Trebellianicæ, ex additione & restitutione sentiat, *d.l.4.§.7.hic.*

Quibus omnino heredibus, & fideicommissarijs competit hoc beneficium?

R. 1. Omnibus tam ex testamento, quam ab intestato succedentibus, §.23. *hic.* 2. Et quidem siue ex asse heredes sint instituti, siue ex datis cohæredibus, & vtrique totum, quod acceperunt, aut eius partem rogentur restituere, §.8. 9. & 10. *hic.* Et quidem licet Reip. sit restituenda hereditas, *l.3.C.tit.Treut.de leg.Falc.th.7.tit.g.*

Quæ

Quæ imputantur in quartam Trebellianicam?

R. Non tantum ea quæ iure hereditario, (vt in Falcidia) ſed etiam quæ quouis alio iure, ſiue legati, fideicommiſſi, vel conditionis implendæ cauſa, iudicio defuncti capiuntur, *l.19.ff.ad leg. Falc.* etiam fructus intermedio tempore ab eo qui ſub conditione, & in diem grauatus eſt percepti. (Non percepti à pure rogatis.) *l.in fideicommiſſaria ff. ad SC. Treb.Gayl.2. obſ.133.num.3.* Præterquam in liberis primi gradus fideicommiſſo grauatis, *l.Iubemus ff.eod.Gayl.eod.num.4.*

An non vt Falcidia, ita Trebellianica detractio aliquando ceſſat?

R. Omnino. 1. Prohibitione expreſſa ipſius Teſtatoris, *Nou.1.c.2.l.ſi verò expreſſum,ibi gl. Auth.de hered.Falc.* (*Quippe Falcidia licet ab ea differat,æquiparatur in hoc*) quæ tamen ceſſat in liberis primi gradus, *Gayl.2.obſ.138.num.15. Clarus §. Teſtamentum quæſt.62.num.1.* 2. Coactè ab herede adita hereditate, (vt dicitur) §.7.*hic.* 3. In fideicommiſsis ad pias cauſſas, *Gayl.2.obſ.119.num.6.* 4. Si æs alienum totam hæreditatem abſorbet, *l.1.§.pen.l.5.hoc tit.* 5. Permiſſa fideicommiſſi alienatione, *Auth.ſed eâ in re C.ad l.Falc.* 6. Non impleta poſt officium iudicis voluntate defuncti, §. *ſi quis non implens Auth.de hered. & Falc.* 7. Quarta errore iuris ab herede, vel ſcienter ſoluta, *l.error facti Cod.l.Falc.* 7. Si in re certa inſtitutus eam grauatus eſt reſtituere, *Com.opi.Trent.l. eod. th.*10. *Ob non confectum inuentarium Trebellianicam non amitti, verius eſt, & in Camera Imperiali obtinet, Gayl.2. obſ.138. in fine Perez. hic.*

An omnis generis heredes fideicommiſſo pariter grauari poſſunt?

R. Minime, In liberis enim alijſque, quibus legitima debetur, ad eam tantùm vſque grauamen hoc procedit. *Quod ea nec onus admittat,quon. in prioribus C.de inoffic.teſtam. Gayl-2.obſ.119.totum.* Vnde & ignoranter impoſitum ab ea reijcitur.

Filius verò fidei commiſſo grauatus an ſolum vnam quartam detrahit?

R. Omnino de iure Ciuili, ſiue pure, ſiue ſub conditione ſit inſtitutus, l.8. §. *quo in ff.de inoffic.l.6.C.ad* SC. *Treb.* De

iure

iure Canonico recepta & comprobata ſententia pure grauatus ſimiliter vnam detrahit, *Quod duas deductiones iura eodem tempore non permittant. l. iubemus C. ad SC. Treb.* Sub conditione, vel in diem grauatus duas; legitimam tamquam iure naturæ ſibi debitam, Trebellianicam, tanquam fideicommiſſo grauatus, vt quilibet extraneus, *C. Raynutius Ext. de Teſtam. Gayl. 2. obſ. 21. per totum.*

Cum duarum quartarum facias mentionem, dic obiter, quot quartarum iam feceris mentionem, & an non ſint alis?

Rſ. Facta eſt mentio *ſupra tit. de adopt.* quartæ, quæ debetur arrogato exheredato, vel ſine cauſſa præterito, ex reſcripto Diui Pij 2. *Legitimæ*, quæ liberis & parentibus, fratribus etiam & conſanguineis debetur turpibus perſonis inſtitutis. §. 3. *tit. de inoff. teſt. Falcidiæ*, quæ heredibus legato, *tit. præced. prox. Trebellianicæ*, qua heredibus fideicommiſſo, vltra dodrantem oneratis debetur (*quæ appellatio Falcidiæ & Trebellianicæ ob adæquata fideicommiſſis legata promiſcua ſæpe eſt in iure, l. 21. §. cum filia ff. de vulg. & pupil. ſubſtit. l. 86. ff. ad leg. Falc. & alijs. Falcidia pro legitima impropria & rarior l. quiſquis filius ad l. Iul. Maieſt.* Sunt verò etiam præter has. 7. Quarta coniugi inopi relinquenda. *l. fin. C. vnde vir & vxor.* 8. Quæ curiæ municipali debetur ex bonis decurionis extraneum heredem habentis. *l. fin. C. quando & quib. quarta pars, lib. 10.* 9. Quæ debetur concubinæ in domum, vt in vxorem duceretur receptæ, *Nou. 75. cap. 5.*

Ad fideicommiſſum vt redeamus, dic, heres ſi ſponte adierit hereditatem, quomodo ad reſtitutionem fideicommiſſarius agere poſſit?

Rſ. 1. Actione perſonali ex teſtamento & hypothecaria, *l. fin. §. ſed quia C. comm de leg.* Non reali, ſeu rei vindicatione. *l. 63. pr. h. t. iunct. l. 22. ff. de R. V. pr. Quia nondum tranſlatum dominium ex quo rei vendicatio naſcitur. Gomez. tom. 2. cap. 4. num. 7. 14.*

Quot modis ſit reſtitutio?

Rſ. Duobus, 1. *Re*, quando heres vel per ſe vel per alium facto reſtituit fideicommiſſario res hereditarias, vel permittit vt ab eo apprehendantur & poſſideantur. *l. reſtituta ff. ad Treb. 2. Verbis*, quando ſine reali reſtitutione, ſerre ſe

vt

vt fideicommiſſarius res & iura hereditaria habeat pro reſtitutis declarat. *Schneid. hic. Graſſ. §. hic. quæſt. 45.*

Quid intereſt, re, an verbis fiat reſtitutio?

R. Re ſi fiat tranſit dominium & poſſeſſio in fideicommiſſarium. Sin verbis; dominium quidem tranſit, non poſſeſſio ante apprehenſionem. *Planè vt nec aditione facta per hereditatem vniuerſalem. d. l. reſtituta. Gomez. eod. num. 13.*

Quæ veniunt in reſtitutionem in fideicommiſſo vniuerſali?

R. I. *Ea quæ heres grauatus habet ex titulo hereditario, non quæ ex alio. l. coheredi. §. cum filia. ff. de vulg. Mant. de coniect. vltim. vol. lib. 7. titul. 8. num. 1.* Ideoque 1. non Legitima filij vniuerſali fideicommiſſo grauati, *quia eam filius non ex prouidentia Teſtatoris habet, ſed legis. ibid. num. 2. 2.* Non dos matris, *ob eandem rationem, ibid. num. 3. 3.* Non quod heredi à defuncto debetur, quamuis per aditionem confuſis actionibus. *eod. num. 15. 4.* Non feuda antiqua, *vtpote in quibus ſucceditur ex iudicio domini concedentis. Graſſ. eod. quæſt. 50. num. 2.* Omnino, ſi eſt hereditarium merè, & pro ſe & omnibus heredibus. *Graſſ. eod.* aut fideicommiſſarius in inueſtitura eſt comprehenſus. *eod. num. 5. 5.* Non Emphyteuſis Eccleſiaſtica; niſi & hic fideicommiſſarius beneficio concedentis ſit capax fideicommiſſi. *Mantic. eod. tit. 9. num. 5.* Priuata omnino, ſiue pro ſe & heredibus quibuſcunque, ſiue indefinitè & pro heredibus ſit conceſſa. *Graſſ. eod. quæſt. 51. 6.* Non ſepulchra gentilitia. *Graſſ. eod. quæſt. 53.* II. *Etiam prælegata,* ſi quidem extraneus ſit rogatus reſtituere filio teſtatoris, *Graſſ. eod. quæſt. 47. in fine.* Item quando alias apparet id teſtatorem voluiſſe: puta ſi per verba vniuerſalia heredem grauauit, vt omnia bona qualiacunque reſtitueret, *Graſſ. eod. quæſt. 47. Mantic. eod. per totum.* III. *Fructus percepti viuo Teſtatore, Item mortis etempore pendentes, Item & hereditate iacenti percepti l. ita tamen §. 1. ad Trebell.* Minime percepti poſt aditam hereditatem ex negligentia quidem, vel abſentia fideicommiſſarij. *l. mulier §. ſi heres ff. eod.* Omnino percepti ex mora heredis grauati non ſoluentis, & ſi teſtator iuſſit fructus reſtituere, *Gomez. cod. nu. 15.* IV. *Quod heres habet ex ſubſtitutione vulgari.* Non quod habet ex pupillari. Niſi vel coactè adierit, vel

post fideicommissariam facta sit pupillaris substitutio, & heres grauetur omnia restituere, *Gomez. eod. num.17.*

Quid si heres grauetur restituere quod ipso moriente supererit?

R. 1. Olim in totum relicta alienandi habebat potestatem, modo non alienaret dolo & ad minuendum fideicommissum. Hodie quidem ita relicta vsque ad quartam alienare, & de ijs disponere potest; quartam vero omnino debet fideicommissario seruare, nec eam, etiam bona fide, alienare potest. Ad quem etiam veniunt omnia non alienata, & de quibus dispositum non est, *Auth. Contra rogatus C. ad Trebell. Graff. eod. q.54. Gomez. eod. num.16.*

Quis debet soluere legata & debita, heres, an fideicommissarius?

R. Potest quidem heres, antequam restituat, soluere creditoribus, & legatarijs, sed tanto minus restituet fideicommissario. *l.27. §. qui ex l. ff. ad Trebell.* Non tenetur verò soluere si nihil retinet: si quartam retinet, pro rata tantùm creditoribus, soluit; legatarijs verò nisi, pro eo quod vltra quartam habet. *Text. l.1. §. pen. ff. eod. Schn. hic.*

Annon is cui restituendi onere aliquid relictum est rogari potest, vt id totum, vel partem alteri relinquat?

R. Omnino quidem: Nec primò tantùm, sed & secundò, &c. Ita tamen vt istis casibus non sit locus S. C. Trebelliani beneficio, *l.21. §. vltim. ff. hic.*

Quid si an ipsum fideicommissum relictum sit nec ne, quaestio oriatur, cuius est an sit relictum probare, & quomodo probabit relictum esse?

R. Probatio incumbit ei qui hereditatem sibi ex caussa fideicommissi deberi contendit. Probabit autem vel per scripturam, vel per quinque testes: & his deficientibus ex noua Iustiniani constitutione, post praestitum iuramentum calumniæ, delato heredi iuramento. Quod si praestare recusat, ad restitutionem tenetur, *§.12. hic. l. fin. C. de fideicomm.* Nec enim refert iuramentum, nec quicquam cauillari potest, nisi de minus solenni voluntate testatoris excipiat; quo casu auditur, *l.25. C. hic.*

Quomodo extinguitur fideicommissaria obligatio?

R. 1. Reuocatione Testatoris, *per nota.* 2. Caducitate, idque

idque vel herede ante aditam hereditatem moriente. *l. ille à quo §. si de testamento. ff. ad Treb. Gomez. eod. num.* 8. nisi prius coactus fuerit adire. *eod.* aut hereditas sit transmissa ex potentia suitatis, sanguinis, aut iure deliberandi, *Gomez. eod.* Vel fideicommissario mortuo ante institutum, non quidem in fideicommisso purè & simpliciter relicto (quia tale fideicommissum transmittitur ad heredes. *l. heredes mei. §. cum ita. ff. ad Trebell. verb. suscepisset.*) Sed in relicto sub conditione, & diem in incertam, h. e. in tempus mortis grauati, cum extraneus filio est substitutus, *l. vn. §. sin autem. De caducis tollend. Gom. eod. num.* 9. Quandò fideicommissarius est de descendentibus Testatoris variant Doctores; communis tamen est opinio, etiam sic extingui fideicommissum, nisi aliter de mente Testatoris constet. *Graff. quæst.* 67. *nu.* 6. 7. 3. In conditionali dispositione, vel ipsa conditione deficiente (ad quem casum etiam referimus superuenientiam liberorum, ex præsumta voluntate Testatoris; quia fideicommissum relictum præsumitur sub conditione si sine liberis decesserit,) aut mortuo antè euentum conditionis fideicommissario, *vtpote ante quem dies fideicommissi non cedit, l.* 4. *& 5. l.* 21. *ff. Quand. dies leg. & fid. cedat.*

TIT. XXIV.

De Singulis Rebus per fideicommissum relictis.

Quid est fideicommissum particulare, seu singulare?

R. Est donatio quędam qua res singularis aliqua, cum onere restitutionis per vltimam voluntatem relinquitur; puta equus, scyphus, &c. *Res enim singulas intelligit Imperator qua vniuersitati, qualis est hereditas, opponuntur, tit. præcedente. Gilman. hic.*

Quomodo relinqui possunt res singulæ per fideicommissum?

R. Relinqui possunt res singulæ per fideicommissum, tam ab herede, quam à fideicommissario, item etiam à legatario (hodie quidem, non olim) *princ. hic.* Ita tamen vt non plus is grauetur, quam à Testatore honoratur. §. 2. *hic, l.* 114. §. 1. *ff. de leg.* 2. Tantundem vt præstet, quantum accepit,

rogari poteſt, nullo Falcidiæ beneficio competente, *l. 47. ff. ad l. Falcid.*

Vnde hoc fit quod à legatorio per fideicommiſſum relinqui poſſit, h. e. is rogari, vt rem ſibi legatam alteri reſtituat?

R. Propter fideicommiſſa legatis exæquata. *Schneid. hic & ibid. Gothofr. in margine. Qua adæquatio in quibus conſiſtat, ſupra Tit. de Legat. explicauimus.*

Quæ res ſingulatim per fideicommiſſum relinqui poſſunt?

R. 1. Res propriæ, ſiue ſint ipſius fideicommittentis, ſiue heredis. 2. Etiam alienæ, ſed cum diſtinctione, & onere ſupra ſub titulo de legatis explicatis; vt ſcilicet neceſſe habeat rogatus, aut ipſam rem redimere & præſtare, aut æſtimationem eius ſoluere. §. 1. *hic.* 3. Itidem non tantum corporales, ſed & incorporales, vt libertas ſeruo, eique ſiue proprio, ſiue legatarij, ſiue extranei, modò ſit cum hoc teſtamenti factio. §. 2. *eodem leg. alieno, ff. de fideicommiſſ. libert.* & quidem vt vel heres, vel legatarius, vel fideicommiſſarius rogetur.

Alieno ſeruo ita relicta libertate quid iuris?

R. Etiam alienus ſeruus redimi, & manumitti debet. Si dominus ſerui eum vendere nolit, ipſe verò ex iudicio teſtatoris aliquid percepit; ad id cogi poteſt. *l. ſi te C. de fid. lib.* Si non; cogi quidem non poteſt vt eum vendat; non extinguitur tamen ſtatim fideicommiſſaria libertas, ſed differtur, donec vel dominus voluntatem mutet, vel ſeruum redimendi alia ſe offerat occaſio: §. 1. & 2. *hic.*

Quot modis contingit ſeruis libertas vltima voluntate?

R. Duobus, vel *directè*; quando ipſe Teſtator ſeruum Teſtamento manumittit, hoc modo *Pamphilus ſeruus meus heres eſto.* Et is ſeruus fit libertus ipſius Teſtatoris, id eſt nullius, & Orcinus dicitur: vel *obliquè*, quando Teſtator mandat heredi vt ſeruum dimittat; qui ita manumiſſus fit libertus heredis manumiſſoris, & eũ pro patrono cogitur agnoſcere, libertatem autem ſeruus non conſequitur, niſi & teſtamenti facti & mortis tempore fuerit Teſtatoris. §. 2. *hic.*

Quibus verbis fideicommiſſa relinqui ſolent?

R. Olim quidem tantum per verba ſolennia precaria, *peto, rogo, fidei tuæ committo, &c.* Hodiè, poſtquam in neceſſi-

tatem

tatem iuris abiere, per qualiacunque: modò talia sint, ex quibus constet voluntas Testatoris fideicommisso grauantis, imò etiam solo nutu; modò de animi iudicio constet. *l. 21. ff. de leg. 1.*

TIT. XXV.

De Codicillis.

H*Actenus de Testamento perfecto, imperfectum Testamentum, quid vocas, & quomodo definis?*

R. Imperfectum Testamentum Codicillus dicitur, & definitur, vltima testati & intestati voluntas minus solennis, de eo quod quis post mortem de bonis suis fieri velit citra directam heredis institutionem. *§. fin. hic. Vult. hic & Brederod. Analysi eod.*

Quando cœperunt in vsu esse?

R. Ex persona Lentuli, Augusti tempore; vnde etiam esse fideicommissa diximus, tam vniuersalia, quàm singularia: ob quæ fideicommissa Codicilli, potissimum sunt inuenti. *Text. princ. hic ibi Vult. & supra de fideicomm.*

Explica definitionem?

R. Dico Codicillum esse *vltimam voluntatem*; quia species vltimæ voluntatis, & testamentum est, vt dictum; sed imperfectum. Dico esse *voluntatem testati & intestati*; Quia non tantùm ab eo fieri possunt codicilli, qui testamentum perfectum fecit, sed & ab eo qui non fecit. *Nempe Testamentum tale, quia de sui natura heredis institutionem directam continet & solennitates quidem ordinatas, κατ' ἐξοχὴν testamentum dicitur, & intestatus (nempe quoad heredem) mori qui sine tali moritur testamento.* Dico *minus solennem*: Quia ista solennia quæ desiderat testamentum non desiderant omnia codicilli. Dico *de eo quod quis de bonis suis fieri velit citra heredis institutionem*: Quia, hereditas codicillis nec dari, nec adimi potest; *secundùm ea quæ modò latius dicentur. §. 2. hic.*

Quomodo fieri possunt Codicilli ab intestato?

R. Quando testator non condito solenni Testamento codicillos facit, iique ideò per se ita stant, nec vllo modo

à teſtamento dependent, ſed fidei heredis legitimi committitur vt præſtet Codicillis contenta. §.1. *hic Schneid. eod.*

Quot modis fiunt Teſtato?

Rſ. Teſtato fieri dicuntur cum fiunt ab eo qui teſtamentum fecit. Fit autem hoc ita vt, vel codicillos faciat ante teſtamentum: *Quo caſu cum olim non valerent, niſi expreſſe ſequente teſtamento confirmarentur; hodie, etſi id non factum, ipſo iure confirmati cenſentur, niſi appareat teſtatorem voluntatem ſuam mutaſſe.* §.1. *hic, l.3.* §. *fin. ff. eod.* Vel poſt Teſtamentum, prius conditum: *Quo caſu etiam olim niſi codicillorum faciendorum teſtator meminiſſet, non valebant. Hodiè pro codicillis præſumptio eſt nihilo minùs, & tacitè confirmati putantur. l. Sanctimus, C. de teſt. fac. l.3.& 2. ff. hic. Vvolf. hic.* Vel in Teſtamento; Quando quis facit ſolenne teſtamentum, & in ſubſidium codicillos per inſertam clauſulam codicillarem; qua rogatur, ſi teſtamentum non valet iure teſtamenti, vt valeat iure codicillorum, vel alio meliori modò, *Schneid. hic. De quâ clauſula infra hic.*

Quæ omnino Codicillis relinqui poſſunt?

Rſ. Legata, fideicommiſſa, ſiue generalia, ſiue particularia, non hereditas; directè quidem, ita vt nec dari, imo nec confirmari. *l. eod. Vult. hic.* nec (per exheredationem) quidem adimi, nec conditio inſtitutis heredibus, Codicillis adſcribi, nec ijs directè ſubſtitui poſſit. *Per fideicommiſſum ijs ideò hereditas poteſt relinqui, quia eo caſu non tam heres conſtituitur quis, quam vt hereditatem heredi reſtituat, rogatur.* §.2. *hic. Vult. hic.*

Quid ſi hereditas directè Codicillis ſit data?

Rſ. Licet talis diſpoſitio ſit contra naturam codicillorum, ſuſtinetur tamen benignè, ac ſi obliquè facta eſſet, & cenſentur heredes legitimi rogati, vt hereditatem inſtituto reſtituant. *l.3. ff. hic.*

Dixiſti in codicillis non requiri eas ſolennitates, quæ requiruntur in teſtamento, an igitur nulla in ijs requiruntur?

Rſ. Imo vero & codicilli habent ſuam ſolennitatem, ſed non talem qualem deſiderant teſtamenta, & probationis cauſſa potius, quam ordinationis, §. *vlt. hic.* (h. e. *potius probationis ergo, quam ob ſolennitatem præcisè requiſitam, l. fin.*

C. de

C. de fideicom.) Puta 1. hic ſufficiunt quinque teſtes, *qui in omni ultima voluntate requiruntur.* 2. Vt ij adhibeantur vno eodemque tempore. 3. Idque ſcripto, ſiue ſine ſcripto *(nec enim Scriptura hic præcisè requiritur, gl. ſupr. Rub. C. de codicill.)* fiant codicilli. 4. Si ſcripto fiant, vt ab ijſdem ſubſcribantur. Non præciſè vt ſigillent, nec vt ſint rogati requiritur, ſed poſſunt caſu interuenire, *l. fin. C. eod.* Et hic fœmina admittitur teſtis. *gl. in d. l. fin. Schneid. hic.*

Quæ igitur & hic requiruntur vt valeant codicilli?

R. Duo ſimiliter ſupra Tit. de Teſtam. ordinandis dicta, nempe. 1. vt qui codicillos fecit habeat codicillandi poteſtatem. *de quo tum ante ſub eod. tit. ſatis dictum, hic nihil repetimus.* 2. Vt Codicilli quidem ritè ſecundum leges ſint facti. Puta vt eæ ſaltem obſeruentur ſolennitates quæ hic ſufficiunt. *ſupra.*

Quæ eſt ergo differentia inter Teſtamenta & codicillos?

R. Differunt. I. *Ratione ſolennitatum,* quæ hic ſunt minores. 1. Quatenus hic non requiritur, vt teſtes ſint rogati, ſed poſſunt fortuitò accedere, 2. Non requiruntur eorum ſigilla. 3. Nec præcisè Scriptura. 4. Mulier hic poteſt eſſe teſtis. Quę contraria ſunt omnia in Teſtamento ſolenni. II. *Ratione materiæ.* Teſtamentum non conſiſtit citra heredis inſtitutionem: quæ codicillis directè fieri non poteſt, vt dictum. *Declarari tamen in Codicillis poteſt quem heredem in teſtamento Teſtator ſenſerit, & pro teſtamentario nihilominus habetur, l. 77. ff. de hered. inſtit.* III. *Ratione numeri.* Non poteſt enim quis diſcedere cum pluribus ſolennibus Teſtamentis, *quod prius per poſterius rumpatur:* omnino poteſt cum pluribus codicillis, *ob non requiſitas tantas ſolennitates ordinationis. §. vltim. hic Schneid. hic.*

Quis ergo eſt effectus præcipuus codicillorum?

R. Quod ſcripta in Codicillis præſtari debent; legata puta & fideicommiſſa, quæque eis relinqui poſſunt, & quidem vel ab herede ſcripto, *ſi cum Teſtamento:* vel ab herede legitimo, *ſi ſine eo facti ſunt. Schneid. hic.*

Quibus modis infirmantur Codicilli?

R. Ijſdem quibus teſtamentum: præſertim ſi cum teſtamento fuerint facti, *(vtpote à quo omne robur capiunt.) De quibus*

à teſtamento dependent, ſed fidei heredis legitimi committitur vt præſtet Codicillis contenta. §.1. *hic Schneid. eod.*

Quot modis fiunt Teſtato?

R. Teſtato fieri dicuntur cum fiunt ab eo qui teſtamentum fecit. Fit autem hoc ita vt, vel codicillos faciat ante teſtamentum: *Quo caſu cum olim non valerent, niſi expreſſe ſequente teſtamento confirmarentur; hodie, etſi id non factum, ipſo iure confirmati cenſentur, niſi appareat teſtatorem voluntatem ſuam mutaſſe.* §.1. *hic, l.3. §. fin. ff. eod.* Vel poſt Teſtamentum, prius conditum: *Quo caſu etiam olim niſi codicillorum faciendorum teſtator meminiſſet, non valebant. Hodiè pro codicillis præſumptio eſt nihilo minùs, & tacitè confirmati putantur. l. Sancimus, C. de teſt. fac. l.3. & 2. ff. hic. & volf. hic.* Vel in Teſtamento; Quando quis facit ſolenne teſtamentum, & in ſubſidium codicillos per inſertam clauſulam codicillarem; qua rogatur, ſi teſtamentum non valet iure teſtamenti, vt valeat iure codicillorum, vel alio meliori modò, *Schneid. hic. De quâ clauſula infra hic.*

Quæ omnino Codicillis relinqui poſſunt?

R. Legata, fideicommiſſa, ſiue generalia, ſiue particularia, non hereditas; directè quidem, ita vt nec dari, imo nec confirmari. *l. eod. Vult. hic.* nec (per exheredationem) quidem adimi, nec conditio inſtitutis heredibus, Codicillis adſcribi, nec ijs directè ſubſtitui poſſit. *Per fideicommiſſum ijs ideò hereditas poteſt relinqui, quia eo caſu non tam heres conſtituitur quis, quam vt hereditatem heredi reſtituat, rogatur.* §.2. *hic. Vult. hic.*

Quid ſi hereditas directè Codicillis ſit data?

R. Licet talis diſpoſitio ſit contra naturam codicillorum, ſuſtinetur tamen benignè, ac ſi obliquè facta eſſet, & cenſentur heredes legitimi rogati, vt hereditatem inſtituto reſtituant. *l.3. ff. hic.*

Dixiſti in codicillis non requiri eas ſolennitates, quæ requiruntur in teſtamento, an igitur nulla in ijs requiruntur?

R. Imo vero & codicilli habent ſuam ſolennitatem, ſed non talem qualem deſiderant teſtamenta, & probationis cauſſa potius, quam ordinationis, §. *vlt. hic.* (h. e. *potius probationis ergo, quam ob ſolennitatem præcisè requiſitam, l. fin.*

C. de

C. de fideicom.) Puta 1. hic ſufficiunt quinque teſtes, *qui in omni vltima voluntate requiruntur.* 2. Vt ij adhibeantur vno eodemque tempore. 3. Idque ſcripto, ſiue ſine ſcripto *(nec enim Scriptura hic præcisè requiritur, gl. ſupr. Rub. C. de codicill.)* fiant codicilli. 4. Si ſcripto fiant, vt ab iiſdem ſubſcribantur. Non præciſsè vt ſigillent, nec vt ſint rogati requiritur, ſed poſſunt caſu interuenire, *l. fin. C. eod.* Et hic fœmina admittitur teſtis. *gl. in d. l. fin. Schneid. hic.*

Qua igitur & hic requiruntur vt valeant codicilli?

℟. Duo ſimiliter ſupra Tit. de Teſtam. ordinandis dicta, nempe. 1. vt qui codicillos fecit habeat codicillandi poteſtatem. *de quo tum ante ſub eod. tit. ſatis dictum, hic nihil repetimus.* 2. Vt Codicilli quidem ritè ſecundum leges ſint facti. Puta vt eæ ſaltem obſeruentur ſolennitates quæ hic ſufficiunt. *ſupra.*

Qua eſt ergo differentia inter Teſtamenta & codicillos?

℟. Differunt. I. *Ratione ſolennitatum,* quæ hic ſunt minores. 1. Quatenus hic non requiritur, vt teſtes ſint rogati, ſed poſſunt fortuitò accedere, 2. Non requiruntur eorum ſigilla. 3. Nec præcisè Scriptura. 4. Mulier hic poteſt eſſe teſtis. Quę contraria ſunt omnia in Teſtamento ſolenni. II. *Ratione materiæ.* Teſtamentum non conſiſtit citra heredis inſtitutionem: quæ codicillis directè fieri non poteſt, vt dictum. *Declarari tamen in Codicillis poteſt quem heredem in teſtamento Teſtator ſenſerit, & pro teſtamentario nihilominus habetur, l. 77. ff. de hered. inſtit.* III. *Ratione numeri.* Non poteſt enim quis diſcedere cum pluribus ſolennibus Teſtamentis, *quod prius per poſterius rumpatur:* omnino poteſt cum pluribus codicillis, *ob non requiſitas tantas ſolennitates ordinationis. §. vltim. hic Schneid. hic.*

Quis ergo eſt effectus præcipuus codicillorum?

℟. Quod ſcripta in Codicillis præſtari debent; legata puta & fideicommiſſa, quæque eis relinqui poſſunt, & quidem vel ab herede ſcripto, *ſi cum Teſtamento:* vel ab herede legitimo, *ſi ſine eo facti ſunt. Schneid. hic.*

Quibus modis infirmantur Codicilli?

℟. Iiſdem quibus teſtamentum: præſertim ſi cum teſtamento fuerint facti, *(vtpote à quo omne robur capiunt) De quibus*

bus modis supra. Facti sine testamento quidem similiter ijsdem modis infirmãtur, sed vnico casu excepto; puta agnatione posthumi; vt per quam Testamentum quidem, non tamen Codicilli tales infirmantur, *(licet infirmentur codicilli cum testamento facti)* Sed rogatus censetur talis posthumus præstare codicillis relicta. *l. ab intestato ff. eod. Schneid. hic.*

Quis est effectus clausulæ Codicillaris?

R. Præcipuus est, quod vltima voluntas quæ defectu aliquo solennitatum iure testamenti non potest valere, recipiatur iure Codicillorum, & ita effectum sortiatur, vt heredes legitimi de restituenda hereditate heredi scripto, rogati videantur, & sic testamentum fideicommissi vim habeat. Modò codicilli ratione voluntatis *ipsius Testatoris* sint perfecti, & ipse Codicillator habeat testamenti factionem. Quia isti defectus codicillis non supplentur. *Schneid. hic.*

Quatenus cum pluribus Codicillis quis mori potest?

R. Vt, licet diuersarum sint rerum, priores per posteriores non censeantur reuocati, nisi quatenus ijs expressè derogatur; cum in Testamentis etiam citra clausulã derogatoriam, prius infirmetur per posterius. *Ratio est: quia codicillis res singulæ, vniuersa hereditas testamentis relinquitur. §. fin. hic Perez. hic.*

Quâ actione petitur fideicommissum codicillis relictum?

R. Vel conditione ex lege, vel vtili actione ex testamento. *Quia codicilli vim testamenti obtinent. gl. hic in verb. relinquitur. Schneid. hic.*

LIBER

LIBER TERTIVS.

TITVLVS PRIMVS.

De Hereditatibus quæ ab inteſtato deferuntur.

Actenus de hereditatibus Teſtamentarijs, ſequuntur legitima. Dic qua eſt legitima hereditas, & cur ſic dicta?

HR. Legitima hereditas, eſt quæ iure legitimo ab inteſtato defertur. *l.1. ff. de ſuis & leg. hered.* Vocatur legitima (etſi & teſtamentaria ſit talis) κατ' ἐξοχὴν; quia ex ſola eſt lege, cum teſtamentaria ſit etiam ex voluntate Teſtatoris.

Quis dicitur mori inteſtatus?

R. Qui hereditatem relinquens aut omninò non fecit teſtamentum, aut non iure fecit, aut quod fecerat ruptum irritumve factum eſt, aut ſi ex eo nemo heres extitit. *princ. hic.*

An ſucceſſio ab inteſtato apud Romanos ſemper eodem iure proceſſit?

R. Imò verò, ſi in vllo iuris articulo, in hoc mirabiliter apud eos variatum. Vt tria inueniantur iura 1. ius xij. Tabularum. 2. prætorium. 3. Imperatoriæ conſtitutiones, etiam Nouellæ.

Qua fuit ratio ſucceſſionis ex lege xij. Tabularum?

R. Lex iſta vocabat ad hereditates inteſtatorum maſculorum, citra diſtinctionem ſexus, ſuos heredes, (*h.e. eos qui fuerunt in poteſtate patrum defunctorum, & eis gradu fuerunt proximi mortis tempore, §. ſui ſup. de hered. qualit. & diff.*) ſiue primi gradus, ſiue vlterioris iſtis deficientibus: ſed nepotes tantum ex filio; *quia ex filiâ nati non ſunt ſui*. Ad fœminarum inteſtatarum hereditatem aduocabat agnatum proximũ, excluſis ipſius fœminæ liberis. 2. Deficientibus ſuis excluſis emancipatis ab vtriuſq; parentis hereditate; vocabat agnatos proximos præcisè, §. 1. *hic. Vlp. Fragm. Tit. 27. princ.*

Qua fuit ratio ſucceſſionis ex iure prætorio?

R. Quod

℟. Quod ſi neque ſui, neque adgnati eſſent (cum nihil Lex XII. Tabularum conſtituiſſet) Prætor tertio loco non ad hæreditatem, ſed ad bonorum poſſeſſionem vocabat defuncti cognatos proximiores, *T.* 2. §. 7.

Quot ergo erant ordines ſucceſſionis apud veteres Romanos?

℟. Tres: 1. Suorum, 2. Adgnatorum ex lege XII. tabularum. 3. Cognatorum ex iure prætorio. Quibus deficientibus fiſcus hæreditatem vindicabat, tanquam legitimo hærede vacantem, donec prætor, *per Edictum vnde vir & vxor*, coniuges vocaret, *tt. D. & C. Vnde vir & vxor. Vult. hic. num.* 17.

Quis eſt ordo ſucceſſionis ex Cõſtitutione Imperatoris Nouella?

℟. Primus ordo eſt deſcendentium, 2. Adſcendentium, 3. Collateralium, 4. Viri & vxoris. 5. Fiſci *Nou.* 118.

Cur ordo deſcendentium eſt primus?

℟. Quia iſti ad bona parentum veniunt, quaſi ad propria ſua bona, & quorum etiam viuis adhuc parentibus quaſi domini fuere, §. *ſui inf. h.t.* & ad ea ſuorum parentum communi & naturæ voto vocantur. *l.* 7. §. *fin. ff. Si tab. nul. teſt. extabant*, adeò vt hæc ſucceſſio à iure naturali originem habeat, *l. ſi ff. de bon. eam.*

Quales deſcendentes eo ordine & quomodo vocantur?

℟. Deſcendentes hic vocantur liberi, tam naſciturí, quam nati, tam fœminæ, quam mares, tam emancipati, quam ſui, tam primi, quam vlteriorum graduum, tam ex filio quam filia, tam ex emancipato, quam ſuo nati. *Quòd ſublata omnis ſit emancipationis & ſexus differentia per Imperatorem noſtrum.* Ea vero eſt ſuccedendi ratio in deſcendentibus, quod filij primi gradus in capita, vlterioris gradus (ſiue ſoli ſint, ſiue cum primi gradus liberis concurrant) in ſtirpes ſuccedant, *d. Nouel. cap.* 2. §. *cum filius, &* §. *vlt. hic.*

Quid eſt in ſtirpes & in capita ſuccedere?

℟. In capita fit ſucceſſio, quando tot partes fiunt hereditatis, quot ſunt capita ſuccedentium. In ſtirpes, quando non ipſorum capitum ſuccedentium, ſed ſtirpis, ſeu perſonæ in cuius locum ſucceditur, in diuidenda hereditate habetur ratio; puta ſi defuncti ſit filius, & ex altero filio nepos vnus, vel etiam plures, ad nepotem vnum vel plures ita

per-

pertinet hereditas, vt filius ſolus mediam partem habeat, & nepotes, quotquot ſunt alteram dimidiam; *Cum loco patris ſui ſuccedentes æquum ſit, vt eam partem accipiant, quam pater, ſi viueret, habiturus eſſet, Vlpian. fragment. titul. 27. §. 1. §. cum filius hic.*

An non poſt ſublatam à Iuſtiniano liberorum diſtinctionem in materia ſucceſſionis, qua erat iure veteri ratione patriæ poteſtatis & ſexus, etiam nunc remanſit aliqua?

℟. Omnino; ſed illa duntaxat quæ ſumitur non tam ex modo, quam iure filiationis, quatenus licet liberi omnes naturam habent communem tàm legitimi, quam illegitimi, *(Rationem quâ ob delicta & pœnam parentum ab liberi ſucceſſione arcentur hic non oſtendimus)* ex legibus tamen quoad ſucceſſionem meliore iure ſunt legitimi, quam illegitimi, vtpote ex quibus ſucceſſio, licet à natura ſit, etiam ipſa formam ſuam accipit.

Quæ ſpecies liberorum, ſiue legitimorum, ſiue illegitimorum, hic conſideranda?

℟. Liberi legitimi ſunt nati ex iuſtis nuptijs, vel facti tales, idque ſiue legitimatione, ſiue adoptione. Illegitimi ſunt nati, ex alio quouis coitu, ſiue aliquando tantum apud Romanos permiſſo, ſiue omnino damnato. Illo, vt nati ex contubernio, vel coitu meretricio: hoc, ex inceſtu, adulterio, ſtupro. *Vult. hic num. 21.*

Quæ eſt ratio ſucceſſionis legitimorum reſpectu?

℟. Optimo iure ſunt *nati ex iuſtis nuptijs.* Eqtiidem ſuccedunt parentibus non tantum in allodialibus, ſed & feudalibus, licet non eodem iure. *Vult. hic num. 22. Legitimati per ſubſequens* (etiam poſt aliud intermedium. *Ant. Gab. de legit. concl. 1.*) matrimonium, ſiue nati ſint ex eadem, ſiue ex alia matre, vnà cum filijs naturalibus & legitimis ſuccedunt. *§. hi verò Auth. quib. mod. nat. eff. ſui. (Adeò vt ſi fiant patri ſui heredes, excludant ſubſtitutum. Graſſ. §. hic quæſt. 19. num. 1.)* etiam in feudis *Dynus de Succeſſ. num. 5. Legitimati per reſcriptum,* tantum ſuccedunt patri nullis extantibus liberis naturalibus & legitimis ſimul. *Auth. item ſine C. de nat. lib. Nouel. 89. §. illud tamen.* Non in feudo, niſi id reſcripto contineatur. *Dd. communiter. De legitimatis per oblationem curiæ,* quia is modus ab

vſu

ſu receſſit, *Graſſ. eod. num. 16.* tacemus. *Legitimi (*ſeu *adoptiui,* ſic propriè dicti*)* durante adoptione vſque ad mortem adoptantis extranei, vtriq; patri adoptanti, & naturali vnà cum alijs liberis naturalibus ſuccedunt, & rationem ſuorum heredum habent; licet in adoptantis poteſtatem non tranſeant, §. *in teſtatorem & ibi gl.* §. *ſed ea omnia h.t. Bredero. Anael. hic.* Nullis exiſtentibus liberis naturalibus & legitimis patri (niſi ſint emancipati) adoptiuo ſoli (excluſis defuncti parentibus) ſuccedunt, ſed non agnatis, aut cognatis. *l.2.* §. *libero, ff. ad SC. Tertyl. l. cum in adoptiuis,* §. *ſed ne articulum, C. de adopt.* Adoptati ab adſcendente, h.e. auo paterno, vel materno, etiam emancipati (ſed non niſi patre naturali mortuo) ſuccedunt. *Nou.* 118. *cap. nullam.* Quid hic in arrogatis ſit ſingulare, infra *ſub tit. de Succeſſ. per arrogationem explicabitur.*

Quæ eſt ratio ſucceſſionis reſpectu illegitimorum?

R. *Naturales tantum,* id eſt ex concubina nati, ſuccedunt (primi quidem gradus, non nepotes, *Vult. hic. num. 26. per l. fin.* §. *fin. C. de natur. liber.*) patri ſuo, ſine legitimis liberis mortuo, in duabus vncijs, vna cum matre diuidendis. In reliquis ſuccedunt proximi cognatis, §. *ſi quis, Nou. quib. mod. nat. eff. leg.* Extantibus liberis legitimis, vel vxore legitima, non ſuccedũt, alendi tamen ſunt boni viri arbitrio. *Nou.* 88. *&* 89. Matri vnà cum liberis legitimis ſuccedunt. *l. pen. ff. ad SC. Orfitianum.* Inceſtuoſi, nefarij, adulterini, adeò non ſuccedunt, vt nec alimenta iure ciuili ijs debeantur. *Nou.* 74. *&* 89. *Auth. ex complexu, C. de inceſt. nupt.* Quæ illis concedũtur Canonica æquitate. *Dd. vulgo.* De natis ex contubernio dicetur *infra ſub tit. de ſeru. cogn.*

Quomodo ſuccedunt adſcendentes & quando?

R. Adſcendentium *(quorum nomine non modò pater & mater, ſed auus, auia aliique ſuperiores, vſque ad tritauum intelliguntur)* ſucceſſioni locus eſt deficientibus deſcendentibus (vt *auos non natura quidem, ſed turbato mortalitatis ordine miſeratio ad bona liberorum admittat. l.7.* §. *fin. ff. ſi teſt. null. tab. extab.* Eſtque talis, vt ſeruata gradus prærogatiua hic proximus parens excludat remotiorem, nec repræſentationi locus ſit, & in parentibus eadem penè ratio ſuccedendi quæ in

liberis.

liberis. *Authent. ex defuncto verſ. ſalua gradus prærogatiua, C. ad. SC. Tertyll.*

Explica eam rationem ſecundum diuerſa parentum genera?

℟. *Parentes naturales & legitimi ſimul vtriuſq; ſexus.* I. Si ſoli nullis exiſtentibus defuncto fratribus, vel ſororibus ſuperſint, æqualiter ſuccedunt qui eodem ſunt gradu; non habita ratione ſexus; nec vtrum per lineam paternam, an maternam aſcendant. Et quidem in ſtirpes, diuiſa æqualiter inter eos qui à patre, & eos qui à matre adſcendunt hereditate, nec habita ratione paterna ſint bona, an materna, *d. Nou.* 118. *& Auth. ex defunct.* 2. Exiſtentibus fratribus, vel eorum liberis, fratres aut ſorores germani, vnà cùm proximis adſcendentibus ſuccedunt, ſed fratres in capita, fratrum, vel ſororum liberi in ſtirpes, *d. Auth. defuncto & Nou.* 118. Nepotibus vlterioribus excluſis. *Auth. poſt. fratres C. de leg. her. & ibi gloſſ. Graſſ.* §. *ſucceſſio ab inteſt. quæſt.* 23. *num.* 4. Non fratres & ſorores, ſiue conſanguinei, ſiue vterini, hoc eſt, ab vno latere tantum coniuncti. *d. Auth. defuncto.* puta non à latere patris vel matris ſuperſtitis coniuncti. De à latere defuncti, ſeu mortuario coniunctis dubitant *Dd. Graſſ. d.* §. *quæſt.* 24. *num.* 5. II. *Parentes legitimi tantum*, id eſt, *adoptiui*, ſuccedunt quidem liberis ſanguine iunctis, putà ex filia nepotibus: extraneis liberis adoptatis non ſuccedunt, §. *ſed hodie, ſup. de Adopt. l. pen. C. eod.* De Succeſſione *patris arrogantis* infra dicetur. III. *Naturales tantum* ſuccedunt liberis ſuis naturalibus, quatenus ipſi liberi parentibus ſuccedunt. *Nouel.* 89. *Quib. mod. nat. eff. ſui.* Adeoque pater, cum ſit incertus, nullo modo, *l. ſpurius, ff. vnde cognati.* Mater, & ſi illuſtris ſit, & liberos naturales & legitimos habeat, omnino §. *fin. & ibi Auth. ad SC. Tertyll.* Quoad matrem tamen illuſtrem diſſentit *Accurſ. in d.* §. *fin. Breder. hic. Inceſtuoſis parentibus, & ex damnato coitu*, nulla datur ſucceſſio. *d. Auth. ex complexu.* Alendi tamen ſunt à liberis inceſtuoſis in caſu neceſſitatis. *Auth. inceſtos, Codice de inceſt. & in ius nupt.*

Quomodo ſuccedunt collaterales?

℟. Collaterales, h.e. à latere defuncto ſecundum diuerſas parentum & liberorum ſpecies coniuncti. *Dyn. de ſucceſſ. num.* 6.

num.6. (quorum ſucceſſionis locus eſt deficientibus deſcendentibus & adſcendentibus, niſi quatenus cum adſcendentibus concurrunt.) ſuccedunt hoc ordine. I. Succedunt defuncto *fratri vel ſorori fratres & ſorores vtrimque coniuncti, etiam per ſubſequens matrimonium legitimati*, in bonis tam paternis, quam maternis, alijſque; ſi ſoli ſunt, in capita, fratrum & ſororum filij: ſi concurrant, in ſtirpes *Nou.118.cap.3.* Si verò ſoli ſunt, & ipſi in ſtirpes ſuccedunt iure ciuili ſecundum Accurſium, contradicente Azone: Pro quo à Carolo V. Cæſare deciſum, ſuccedere in capita. *Graſ.d.§.q.3.num.4.* Poſt vtrimque coniunctos vocantur cõiuncti ab vno latere, eorumq; liberi, *Auth. poſt fratres C. de leg.her.* Ita vt in bonis paternis conſanguinei ſoli, in maternis ſoli vterini ſuccedant. *Nouell.84.c.11.§.1.& ibi gl.*

II. *Fratres legitimi tantum, ſeu adoptiui*, non ſuccedunt ſibi inuicem, ſi extranei ſunt. *(Quia extranei adoptio quoad ſucceſſionem hodie nihil operatur, l.pen. C. de adopt.)* omninò ſi ab adſcendente ſint adoptati, *ſec. ante dicta. Naturales & ſpurij*, vnà cum fratribus vterinis ſolis, non cum alijs ſuccedunt. *Ex damnato coitu nati*, ſibi inuicem non ſuccedunt, *ſec. ante dicta.*

III. Fratribus omnibus deficientibus, & eorum liberis, reliqui cognati vlterioris gradus, ex ſola gradus prærogatiua vocantur in capita. *Dd.in d.Auth.poſt fratres & §.fin.de ſubſt.hic.*

Quando & quomodo coniuges ſibi inuicem ſuccedunt?

R. Quando defunctus moritur ſine deſcendentibus, adſcentibus, collateralibus vſque ad decimum gradum incluſiuè, *per §.vlt.de ſucceſſ.cognat.* vel potius vſque in infinitum *(cũ Nou.118.qua abrogatis omnibus anterioribus legibus de inteſtatorum hereditatibus profeſſus ſe eadem velle omnes caſus complecti, nullum Imperator huic ſucceſſioni terminum ſtatuat.)* Si quidem nec pactis dotalibus, nec locorum ſtatutis exiſtentibus aliter ex diuerſo prouiſum: Niſi vel in alterius necem ſint machinati, vel tempore mortis fuerint ſeparati. *Quibus caſibus, ſiue occidens, ſiue cauſſam ſeparationi præbens non ſuccedit. Graſſ. d.§.q.38.2.* Sed verò etiam liberis defuncti exiſtentibus tribus, (ſi matrimonium ſit ſine dote) ſiquidem maritus diues, vxor inops fuerit in quartam ipſa; ſi plures ſint, in partes viriles

riles vnà cum liberis ſuccedit. *Auth. preterea C. vnde vir. & Nou. 53. c. 6. & 117. c. 15. Graſſ. eod. q. 29. num. 3.*

Quando & quomodo ſuccedit fiſcus?

R. Fiſco præferuntur ſocius liberalitatis Cæſaris, *C. ſi lib. nuper ſoc. ſine her. deciſ. lib. 10.* & collegia licita. *l. 1. & t. t. C. de hered. decur.* & quidem in caſibus. *C. de hered. decur.* expreſſis, Succedit autem fiſcus planè ita deficiente legitimo ſucceſſore, vt eius non ſit ſpes; non quidem vt heres, ſed tanquam in bona vocantia, *(it a ob iſtum defectum nominata. l. 1. C. de bon. vacant; cum iacens dicatur hereditas, nondum quidem adita, ſed de quâ ſpes eſt futurum, vt adeatur.)* Modò ea bona intra quadriennium agnoſcat. *l. per C. eod. Quod aliàs bonorum poſſeſſor præſcriptione aduerſus fiſcum ſit tutus. l. 1. § 2. ff. de iure fiſci, Schneid. hic.*

An non etiam fiſcus aliquando ſuccedit extra ordinem, etiam exiſtentibus legitimis heredibus?

R. Omninò, ſed id fit ex accidenti, & ita quidem vt etiã propriores excludat; puta. 1. Quando defunctus relinquit coniunctos ſanguine ad ſucceſſionem inidoneos, vt ex dãnato coitu natos, *ſec. ante dicta.* 2. Aut propter crimen læſæ maieſtatis, perduellionis, hereſeos, hereditatis incapaces. *l. quisquis ad l. Iul. Maieſt. § interdum hic, & ibi gl. l. 1 ff. de iure fiſci.* 3. Aut qui non vindicauit necem defuncti, *d. l. 1. l. 1. C. quib. vt indig.* Vel qui teſtamentum defuncti tanquam falſum, vel nullum accuſat. *l. 8. § meminiſſe. ff. de inoff. teſt. t. quib. vt indig. Schneid. hic.*

Poſt explicatos ordines ſuccedendi ex iure communi, dic quatenus hoc ius commune locum habeat?

R. Quatenus ab eo non eſt receſſum ſiue ſtatutis, ſiue moribus. Quod quidem apud varias Nationes vario factum eſt modo.

DE IVRE HOLLANDICO CIRCA SVCCESSIONEM.

QVatenus ab eo receſſum moribus & ſtatutis Hollandiæ noſtræ?

R. *Circa*

Bz. *Circa ſucceſſionem duplex olim ius fuit conſuetudinarium in Hollandia, vnum Aſingicum, vel Aeſdomicum dictum, alterum Scabinicum, ſeu Scabinale, & inter ſe diuerſum, & in Hollandia partibus diuerſum obtinens; vtrumque poſteà geminâ Conſtitutione ab Illuſtr. Hollandiæ Ordinibus interpolatum; quarum vna 1580. eiuſdemq; declaratio 1594. altera 1599. emanauit.* Cl. Grot. introd. ad ius Holland. lib. 2. cap. 28.

Quibus Theſibus cõſtat ius Scabinicũ, vel Scabinale?

Bz. *Iſto iure habebatur ratio lineæ vnde bona eſſent profecta, (vt eò redirent,) non graduum, quo ſuperſtites defunctum contingerent, proximitas. Repræſentatio eodem iure locum habebat in infinitum.* Grot. eod.

Secundum quæ axiomata primus ordo ſucceſſionis erat liberorum in ſtirpes; vt gradu remotiore nepotes, ſiue pares, ſiue diſpares ſuccederent in ſtirpes. Cl. Neoſt. de pact. dotal. obſ. 2. in Nous.

Secundus, vtriuſque parentis (ſi quidem ambo eſſent ſuperſtites) excluſis defuncti fratribus & ſororibus. Sed non tam quod gradu defuncto proximi, eſſent, quam quod ab ijs bona profecta cenſerentur. Neoſt. eod.

Alter parens ſi modò ſupereſſet, excludebatur à ſucceſſione in bona liberorum, qua deferebatur defuncti à latere vnde bona profecta eſſent cognatis, Neoſt. eod.

Vtroque parente mortuo, ſuccedebant defuncto fratres & ſorores, ita vt germani gemina diuiſione conſanguineis & vterinis partem auferrent. Puta quod duplici vinculo & patris & matris defuncto eſſent coniuncti. Neoſt. eod.

Poſt fratres, ſorores, eorumq; deſcendentes defuncto ſuccedebant auus & auia, ſi ſimul, ſiue paterni, ſiue materni in viuis eſſent. Neoſt. eod.

Alter tantum ſi ſupereſſet, isque, vel paternus, vel maternus, is excludebatur à ſucceſſione, delatâ eâ defuncti heredibus, hoc eſt, cognatis, putà patruis, auunculis, cateriſque in ſtirpes. Neoſt. eod.

Quibus Theſibus conſtat ius Aſingicum, ſeu Aeſdomicum?

Bz. *Hoc iure non attendebatur linea, à quâ bona eſſent profecta, ſed gradus modò, quo defunctum ſuperſtites attingerent, proximitas, omni ſemota repræſentatione.* Neoſt. eod.

Ita quidem vt inferioris lineæ primus, ſecundus ſuperioris

ter-

tertius transuersalis in successione ordo esset. Neost. eodem.

Vnde fiebat vt primò parentibus succederent liberi gradu proximi, remotioribus exclusis. Neost. eod.

2. *Post liberos, parentes, seu adscendentes pro gradus cuiusque prarogatiua.* Neost. eod.

3. *Fratres & Sorores, vterini, consanguinei tantum essent, an germani, nihil intererat.* Neost. eod.

4. *Post fratres succedebant fratrum filij vnà cum patruis & auunculis in capita.* Eod.

5. *Et sic deinde transuersales proximi, graduum tantum, secundum ante dicta, habitâ cõputatione.* Cl. Assessor Neost. eod. Puta, non lineæ vnde bona essent profecta secundum ante explicata axiomata. Cl. Grotius eod.

Cum vtrumque istud ius consuetudinarium dixeris recentiore gemina constitutione, ab Illustr. Hollandiæ Ordinibus esse interpolatum, expone capita prioris constitutionis, quę anno 1580. emanauit, secundùm eidem anno 1594. adiunctam declarationem?

R. Post clausulam qua cum iuri scripto communi, tum moribus & obseruantijs (vt loquuntur) prioribus omnino abrogatum. Pol. Ord. art. 19. *circa successionem ab intestato in bona qualiacunque patrimonialia Ordines dicti ita constituere: Vt primò liberi, caterique descendentes succederent parentibus in infinitum, & quidem in stirpes iure repræsentationis.* Art. 20. eod.

Deficientibus descendentibus, parentes succederent liberis, siquidem ambo essent superstites. Artic. 21. eod.

Altero parente, vel vtroque deficiente fratres & sorores, siue ab vtroque, siue ab vno latere, (sed ab eo vnde bona sunt profecta) coniuncti, eorumque liberi & nepotes, ita tantum quatenus sunt defuncto, non superstiti, coniuncti, excluso parente superstite, caterisque ab eius latere coniunctis. Art. 22. & 23. Decl. verb. *En dat de selue:* item, *En dat niel alleen.*

Vnde fit vt diuisa in duas partes hereditate defuncti, vtrimque coniuncti, h.e. germani fratres, vel sorores, cum ab vno latere tantũ coniunctis ita concurrant, vt siquidem ij sint tantum, vel consanguinei, vel vterini; germani vnum semissem capiant soli, alterum cum consanguineis, vel vterinis fratribus & sororibus diuidant. Si verò sunt con-

ſanguinei & vterini ſimul, vnum ſemiſſem cum conſanguineis; alterum cum vterinis diuidant. Art. 22. 23. Decl. princ.

Deficientibus fratribus & ſororibus germanis, eorumque liberis & nepotibus ſi ſimul ſuperſint conſanguinei & vterini, vel illorum, horumve liberi, aut nepotes, itidem diuisa in duas partes hereditate, in vnam partem ſuccedunt conſanguinei, ſeu à patre, in alteram vterini, ſeu à matre defuncto coniuncti, in capita quidem fratres & ſorores, eorum verò liberi & nepotes in ſtirpes. Artic. 23. & 27.

Sin verò fratres & ſorores, ſiue conſanguinei, ſiue vterini, eorumque liberi & nepotes ſoli ſuperſint, indiuiſa, vt dictum, hereditatis ſemiſſem vnum ſuccedunt tales fratres ſorores, eorumque liberi & nepotes in ſtirpes, in alterum ab altero latere cognati proximi, ſiue conſanguinei, ſiue vterini in capita, ita quidem vt non attendatur an plures ſint cognati, vel adgnati. Artic. 27. eod.

Deficientibus fratribus, ſororibus, eorumque liberis & nepotibus, vel vlterioribus deſcendentibus ſuccedunt auus & auia; ſiquidem vterque ſit ſuperſtes. Art. 24. 26. eod.

Altero tantum ſuperſtite, diuiſa in duas partes hereditatis ſemiſſem vnum capit auus, vel auia ſuperſtes, alterum defuncti aui, vel auiæ cognati proximi. Artic. 25. 26. eod. Decl. verb. *Dat niet alleen.*

Et ſuccedunt quidem liberi in bona parentum ſecundum hanc conſtitutionem ita, vt facta prius collatione eorum, quæ ſiue in dotem, ſiue in donationem propter nuptias, ſiue promouendæ ipſorum negotiationi, aut ex ſimilibus cauſſis acceperunt, ſiue bonorum ipſorum, ſiue pretij ex tempore donationis æſtimandi, ſiue ipſius æſtimationis (ſi quidem æſtimato bona ſint data) habitâ ratione, inter ipſos & ſuperſtitem patrem, vel matrem æqualiter diuidantur. Quod non in primis tantum, ſed & ſecundis nuptijs locum habet. Art. 29. eod.

Obtinent verò præcedentia ſecundum dictam conſtitutionem, quatenus à defuncto per Teſtamenta, pacta dotalia, vel per bonorum adſignationes apud Conſilium Orphanis præfectorum à ſuperſtitibus factas, aliaſve diſpoſitiones, aut contractus aliter non eſt prouiſum. d. art. 29.

Quæ

Quæ eſt ratio ſucceſſionis ſecundum poſteriorem conſtitutionem, quæ anno 1599. emanauit?

R. *Conuenit cum priore, quod primus ordo ſucceſſionis ſit deſcendentium, ita vt parentibus aliiſque aſcendentibus in infinitum ſuccedant in ſtirpes.* d. Conſt. art. 1.

Item quod ſecundus ordo ſit parentum, ita vt deficientibus deſcendentibus ſi vterque parens ſit ſuperſtes in bona defunctorum liberorum ſuccedat vniuerſaliter. Art. 2. eod.

Alter modo parens ſi ſuperſit, is cum defuncti fratribus & ſororibus germanis, item ſiue conſanguineis, ſiue vterinis tantum (puta iis qui defuncto à latere mortuario ſunt cognati) *eorundemque liberis & nepotibus concurrit, ita quidem vt vnum ſemiſſem hereditatis capiat ſolus ſuperſtes parens, alterum fratres eorundemque liberi & nepotes inter ſe diuidant.* Art. 2. & 3. eod.

Deficientibus fratribus & ſororibus, ſiue germanis, ſiue conſanguineis & vterinis, ſuccedit ſolus parens ſuperes excluſis omnibus tranſuerſalibus cognatis, etiam fratrum & ſororum, ſiue germanorum, ſiue conſanguineorum & vterinorum liberis & nepotibus d. Art. 3.

Conuenit etiam hæc conſtitutio cum priore in hoc quod vtroque parente deficiente, ſuccedunt fratres & ſorores, ſiue germani, ſiue conſanguinei, & vterini in capita, eorundemque liberi & nepotes in ſtirpes facta hereditatis diuiſione ſecundum rationem in priore conſtitutione expoſitam. Ibid. Art. 22. 23. hac Art. 4.

Item quod deficientibus fratribus & ſororibus germanis, eorundemq; liberis & nepotibus, ſi ſolùm concurrant, ſiue vterini, ſiue conſanguinei, diuiſâ in duas partes hereditate vnum ſemiſſem capiant conſanguinei, alterum vterini in capita eorundemque liberi & nepotes in ſtirpes. Art. 5. hic.

Exiſtentibus tantum, ſiue vterinis, ſiue conſanguineis, eorundemque liberis & nepotibus, ij ſecundum hanc conſtitutionem modò ſuccedunt defuncto vniuerſaliter, ſiquidem adſcendentium nullus ab altero latere defuncto coniunctus ſuperſit: Vtpote quo caſu deficiente fratres tales & ſorores in vnum ſuccedant ſemiſſem, in alterum talis adſcendens, vel adſcendentes in capita. Art. 6. eod.

Deficientibus fratribus & ſororibus eorum liberi, vel nepotes, ſi quidem pares ſunt gradu, in capita ſuccedunt, in ſtirpes, ſi gradu

dispares sint. Articul. 11. eodem.

Deficientibus non modò fratribus & sororibus qualibuscunq; sed & eorum liberis & nepotibas, vocantur ad successionem adscendentes proximi (licet ab vno latere auus & auia simul, ab altero alter tantum eorum superstit) *in capita; itidemq; vlteriores defuncto gradu pari coniuncti*. Art. 7. eod.

Adscendentes si deficiant, succedunt vniuersaliter à fratrum & sororum nepotibus descendentes proximi, ad quintum vsque & vlteriores gradus, in capita exclusis vlterioribus transuersalibus cognatis, nec habitâ ratione an à germanis, consanguineis, vel vterinis fratribus, aut sororibus descendant. Art. 8. eod.

Precedentibus personis omnibus deficientibus succedunt vniuersaliter defuncti patrui, auunculi, amita, matertera, in capita, eorundemque liberi primi gradus in stirpes, similiter citra geminæ & simplicis coniunctionis discrimen. Art. 9. eod.

Istis (hoc est patruis, auunculis, amitis & materteris) deficientibus, similiter citra dictum discrimen, succedunt cognati proximi, atque ita vnà cum consobrinis, patrui, auunculi amita, matertera magna in capita. Art. 10. eod.

Secundum hanc constitutionem repræsentatio in linea transuersa gradibus supra expositis locum non habet inter gradu pares. Art. 11. *Nisi eo casu quando defunctus non relinquens cognatos consobrinis proximiores, vna cum consobrinis, sobrinis propiora, hoc est, consobrinorum liberos relinquit. Vtpote quo casu consobrini quidem in capita, eorum verò liberi in stirpes succedunt, sed saluo quoad duplicem & simplicem coniunctionem in hereditatis diuisione ante notato discrimine*, Art. 12. eod.

Cuius quidem discriminis ita, hac constitutione habetur ratio, vt tamen non attendatur vnde & à quo latere bona sint profecta, item patrimonialia seu hereditaria sint, an acquisita, nec ne. Casibus, de quibus eadem constitutione nihil definitum, reseruatis dispositioni iuris communis. Circa feuda ius consuetudinarium in Hollandia ante obseruatum Ordines confirmarunt, Art. 13. 14.

An in omnibus Hollandiæ partibus vtraque obtinet constitutio?

R. *Minimè, sed cum prior ante, vt esset vniuersalis, facta esset*, Pol. Ord. Art. 19. *deinde per posteriorem eidem derogatum tantum quoad vrbes & territoria eâdem expressa; Nempe Harlemum, Leydam*.

Leydam, Amſterodamum, Alcmariam, Hornam, Enchuſam, Edamum, Vvoerdam, Nardam, Monichedamum, Medenblicum, Mudam, Purmerendam, item alias Ciuitates, dominia, Inſulas, pagos, vicinias ad Rijnlandiæ, & Vvoerdanum Territorium, pertinentes, & tam ad orientem quam boream, cum in Hollandia, tum Friſia occidentali ſitos: exceptis Vvadinxveno, Boſcopio, Reuico, Slupico, Blommendalio, Middelburgo, pagis ibidem circa Gaudam, cum ad orientem, tum ad Occidentem ſitis, vnà cum appendentijs eorum. Vtpote in quibus vt & in cæteris Hollandiæ hic non enumeratis vrbibus, pagis, locis, prior obſeruatur conſtitutio. Tex. d. Conſtitutionis princ. Prior Auſtralis, poſterior Borealis Hollandiæ iuris nomine vulgo, deſignatur.

TIT. II.

De Legitima Adgnatorum ſucceſſione.

POſt demonſtratum ordinem ſuccedendi legitimum ſecundum ius vetus iuxtà ac nouum Romanum, tum ſecundum conſuetudinarium & ſtatutarium patriæ noſtræ, cum nihil reſtet niſi vt breuiter explicentur ea quæ Imperator tractat Titulis ſequentibus;

Dic quid explicat Imperator hoc titulo?

R. Iſtam theſin, qua ante dictum ex lege XII. Tabl. eum fuiſſe ordinem ſuccedendi, vt 1. Hereditas deferretur ſuis. 2. Deficientibus ſuis (ita quidem vt non modò non extarent, ſed nec ſperarentur exiſtere:) item ijs quos vocabat Prætor (puta emancipatis) & ijs quos vocabant conſtitutiones (id eſt nepotes ex filiabus) tunc ea l. XII. tab. ad adgnatum proximum pertinuiſſe hereditatem.

Cum etiam ſui heredes ſint adgnati, qui hic vocantur tales?

R. Intelliguntur ſpeciatim adgnati tranſuerſales, qui & ipſi vel ſunt adgnati conſanguinei, puta fratres & ſorores, & ij quidem tantum (idq; vel propriè qui ex eodem ſanguine ſunt nati, vel impropriè adoptiui. §. *non tamen hic.* Item poſthumi *pr. hic.*) vel adgnati tantum, vt vlteriores, *Princ.* §. 1.

Quid circa talium adgnatorum ſucceſſionem docet Imperator?

℟. Docet 1. Poſt ſuos ad ſucceſſionem non modò vocatos fuiſſe adgnatos naturales & legitimos ſimul, ſed & adoptiuos. §. 2. *hic.* 2. Et quidem ex lege xij. tab. proximos excluſis remotioribus; omnibus verò eiuſdem gradus admiſſis, modò maximùm decimo gradu *(quem longiſſimum hìc vocat Imper. Vult. Inſt. hic.)* diſtarent à defuncto, §. 5. *hic.* 3. Proximos iudicatos qui defuncto ab inteſtato morienti proximi eſſent mortis tempore: teſtamentum ſi feciſſet, qui tum erant proximi cum cœperit certum eſſe nullum heredem extiturum, §. 6. *hic.* 4. Ex lege xij. Tabl. adgnatos omnes, tam mares, quam fœminas, ad ſucceſſionem vocatos, poſtea verò *(hoc eſt, legè, Voconia, l. 1. §. poſt ſuos & l. 2. ff. de ſuis & leg.)* inter maſculos quidem etiam longiſſimo gradu vltro citroque captam hereditatem, ſed inter fœminas minimè, niſi conſanguinitatis iure, adeoque niſi, etiam conſanguineæ, hoc eſt ſorores eſſent, non vlterius. 5. Ex edictis Prætoris linea cognationis introducta cognatos ad bonorum poſſeſſionem vocatos, vnde cognati appellatam. 6. Sua conſtitutione ſecundum veſtigia legis xij. Tabl. omnes legitimas perſonas per virilem ſexum deſcendentes, ſiue mares eſſent, ſiue fœminæ, ad ſucceſſionem ſecundum gradus prærogatiuam vocatos. 7. Licet cognati non eſſent, ad ſucceſſionem tamen iure adgnatorum vocatos germanæ, vel vterinæ ſororis filium vel filiam, §. 4. *hic. Quibus addit Vulteius, vult ex Auth. ceſſante C. de legit. her. ſororem vterinam.*

An non etiam hodie quoad adgnatorum ſucceſſionem ad ius vetus aliquando relabimur?

℟. Imo verò tribus modis? 1. *Pactis*; puta, quando filia ita elocatur, vt accepta dote renunciet paternæ hereditati, eſt inter nobiles frequētiſſimus, & licet pacta de futura hereditate iure ciuili non valeant, ſi iuramento confirmentur, ſubſiſtentibus, *l. quamuis ext. de pact. in 6. 2. Statutis*, vt extantibus filijs vel adgnatis fœminæ, excludantur quamuis filiæ ſint. Qualia valere Dd. communiter volunt, *Schneid. ad §. 3. hic. 3.* In feudis adgnatos excluſis cognatis ſuccedere, conſtat *§. his deficientibus de feud. cont. Schneid. eod.*

Quid præterea hic docet Imperator?

℟. Duo

R. Duo 1. *(quod ὕστερον πρότερον dictum intellige.)* Licet patet ad emancipati filij successionem iure veteri non vocaretur, nisi contracta fiducia *(id est salvo iure succedendi)* eum emancipasset ex diuerso sua constitutione, omnimodo ad eã vocari. 2. Licet ex interpretatione legis xij. Tabl. gradus sequens non admitteretur, deficiente proximo antecedente, *(aliter quam in tutela)* Prætorem, motum æquitate naturali, ex suo edicto *(quod successorium vocant)* hereditatem proximo non acquirente, vlteriorem gradum vocasse *(ita puta, vt vlterior iste gradus inter cognatos vocaretur. secun. Vult. Inst. hic. se verò id ipsum Edictum sua constitutione confirmasse, §. 7. hic.*

Quot modis locum habet hoc edictum?

R. Duobus, 1. de capite, hoc est, ordine succedendi vno in caput; hoc est, in alium succedendi ordinem, ita vt vno ordine deficiente, alter ordo succedat. 2. De gradu in gradum, v t in eodem ordine vna persona: puta proxima, deficiente, succedat altera remotior. *Schneid. eodem numer. §. 6. 7.*

An verò in omni capite ad aliud, vel omni gradu ad alium, locum habet hoc Edictum?

R. In omni quidem capite ad aliud potest locum habere, *Princ. hic.* etiam de capite suorum heredum ad caput adgnatorum; Sed iure quidem ciuili: non aliter, nisi sui non extent. *(propter immiscendi necessitatem)* Exiure Prætorio, *(propter abstinendi beneficium,)* etiam existentibus suis, si quidem ij repudient hereditatem. De gradu in gradum in omni ordine similiter locum habere potest: (etiam in suis heredibus, *sed non nisi ob idem abstinendi beneficium, in adgnatis verò non modò ob admissos iure Prætorio cognatos, sed & ob adgnatos remotiores ex constitutione Iustiniani admissos, §. 7. hic.)* Excepto capite viri & vxoris, *quia in hoc capite gradus esse non possunt. Schneid. hic num. 17. & seqq. sec. Inst. ibid. alleg.*

An habet locum hoc successorium Edictum in successione ex Testamento?

R. Non in successione secundum voluntatem defuncti, nisi quatenus Testator sua dispositione alium heredem substituit, in casum deficientis instituti. Omnino contra

eam, si exheredatus filius de inofficioso agere non velit, *Quod eo casu nepos admittatur, l. 31 ff. de inoff. test. §. 7. hic ibi Schn.*

TIT. III.

De SC. Tertylliano.

Quid docetur hoc titulo?

R. SC. Tertylliano matrem lege xij. Tabl. à successione liberorum exclusam, ita ad eam esse admissam, vt ei trium liberorum ius daretur, §. 2. *hic.* Ab Imperatore verò ei prospectum, non modò, vt non attento liberorum numero simpliciter liberis suis succederet. §. 4. *eod. (eâ lege vt filio impuberi post patris obitum tutores peteret)* sed & vt ipsa tutrix esse posset; modò SC. Velleiano, & secundis nuptijs renuntiet, §. 6. *eod. ff. C. Quando mater & auia.*

TIT. IV.

De SC. Orphitiano.

Quæ est summa huius Tituli?

R. Vt ex SC. Tertylliano mater admissa est ad successionem liberorum, ita ex Orphitiano liberos, etiam vulgo quæsitos (sed primi gradus) admissos fuisse ad successionem matris defunctæ, *Princ. hic.* remotioris gradus admissos Principum constitutionibus. §. 1. *hic.* Hæreditates autem ex SC. Tertylliano, & Orphitiano, delatas capitis deminutione non perimi, §. 2. *hic.* Omissa ex pluribus heredibus legitimis hereditate, istorum portionem reliquis eam adeuntibus accrescere, & ad heredes transmitti, §. *vlt. hic.*

TIT. V.

De Successione Cognatorum.

Quid hoc titulo docetur quoad successionem cognatorum?

R. Eos ex lege xij. Tabl. planè fuisse excluſos per fiscum;

fiscum; ex Prætoria æquitate admissos quidem (sed ad bonorum possessionem,) tertiò ordine, sed ita vt adgnati ijs præferrentur: nec eo tantum ordine per fœminas coniunctos, sed & adgnatos emancipatos *(tanquam naturâ cognatos per emancipationem non sublata naturali cognatione:)* Itidemque liberos in adoptionem datos ad patris naturalis; & vulgo etiam quæsitos, ad matris & auiæ, non patris successionem admissos esse. *Princ. §. 1. 2. 3. hic.* Et admissos quidem à Prætore proximitatis nomine, hoc est, ex edicto: vnde cognati, qui vsque ad sextum gradum cognationis essent, cum adgnationis iure vocarentur, etsi decimo gradu essent. *§. vlt. hic. Iure verò nouissimo sublata adgnationis & cognationis differentia cognati eum adgnatis pari ordine ita succedunt, vt etiam adgnatos remotiores excludant. Ad quotum vsque gradum Tit. primo dictum, Schneid. hic.*

TIT. VI.

De Gradibus cognationum.

CVm ob factam in explicatione tum hereditatum, tum Nuptiarum & Tutelarum cognationis, eiusdemque linearum & graduum mentionem, istorum constitutionem expediat plenius explicare, atque hic quidem graduum cognationis numerationem doceat Imperator, explica primo quid sit cognatio?

R. Cognatio est vinculum iuris, seu necessitudo inter eos intercedens qui de communi stipite manant. *Perez. hic.* Cognati quippe dicuntur quasi vnà, vel ex vno nati. *l. 1. §. 1. ff. vnde cognati leg. 4. §. 1. ff. de gradibus.* vnde & *συγγενεῖς* Græcis. *vlt. §. 1. ff. de Gradib.*

Quotuplex constituitur cognatio?

R. Iam antè dictum constitui, duplicem. 1. Naturalem. 2. Ciuilem. Vtraque secundum cognationis, caussam, subdiuiditur in naturalem, & ciuilem simul; vel inter naturalem, aut ciuilem tantum. Naturalis nomen cognationis retinet, estq; tantum ratione sanguinis, adeoque per fœminas, etiam ex illicito coitu qualis quatenus sanguinis & fœminarum ratione tantum consideratur, naturalis tantum dicitur.

§ 1.

§.1.2.3.4. *supra de succes. cogn. l. vlt.* §.4. *ff. de grad.* Ciuilis est vel ex iustis nuptijs; per quas cum sanguinis ratione concurrente legitimo vinculo, indè naturalis & ciuilis simul est, vel per adoptionem, citra naturam, & ad eius modò imitationem; eaq; est quam merè ciuilem vocauimus. Vtraque adgnatio in specie dicta, licet ad quam natura concurrit cum lege, etiam vt verè, ita propriè sit cognatio; altera non nisi impropriè cognatio dicatur, §.1. & 2. *sup. legit. adgnat. succes. item. lib.*1. *Tit.* XVI. *supr.*

Quomodo numeratur omnino cognatio?

R. Cognationis & adgnationis quidem naturalis eadem quoad graduum numerationem est ratio, §.1.8. *hic.* Vt autem numerari gradus vtriusq; possint, lineis distinguuntur seu limitibus; lineæ gradibus. *Vult. Iurisp. cap.*8. *num.*47.

Quid hic est linea, seu limes?

R. Series personarum ad vnum stipitem relatarum. *Analect. Marp. ad* §.1. *Inst. de Nupt.*

Quid linea gradus?

R. Gradus (*ad similitudinem scalarum dictus*) *l.*10. *ff. hic.* est transitus de proximo cognato in proximum cognatum, quo quæ persona stipiti sit proxima cognoscatur, *Vives part. hic num.*1.

Linea secundum quàm gradus considerantur quotuplex?

R. Duplex; vna *recta*, (quæ & limes directus dicitur, *l.*9. *ff. de gradibus,*) est que inter parentes & liberos. Altera *Transuersa*, quæ est inter fratres & sorores, cæteroſque cognatos, *Prin. hic.*

Linea vtraque quotuplex?

R. Recta; vna superior, quæ est parentum, seu adscendentium. Altera interior, quæ est liberorum, seu descendentium, *Princ. eod.* Transuersa, vel æqualis, quando cognati æqualiter distant à stipite, *e. g. frater & soror, duo consobrini, sobrini.* Vel inæqualis quando ab eo distant inæqualiter, ex gr. *Patruus, amita, & fratrum, sororumque filij & filiæ, &c.*

Liberorum nomine qui omnino veniunt?

R. Filius, filia, nepos, neptis, pronepos, proneptis, abnepos, abneptis, atnepos, atneptis, trinepos, trineptis. *l.*10. *ff. hic.*

ff. hic. Qui infra hos sunt, communi nomine posteri, posteriores, minores vocantur. l. 10. *ff. hic. Vult. inst. de Nuptijs.*

Qui veniunt nomine parentum?

R. Pater, mater, auus, auia, proauus, proauia, abauus, abauia, atauus, atauia, tritauus, tritauia, *Qui supra hos sunt maiores, (ita tamen vt omnes parentum nomen retineant) dicuntur communi nomine, d. l.* 10.

Transuersa linea vnde dicta?

R. Quia quando de cognatione aliquorum est quæstio, vt intelligatur quæ inter eos est cognationis ratio, primò omnium in linea recta quærendus est stipes proximus, vtriq; communis, & ab hoc communi stipite eundum in transuersum & quasi ad latus, (*vnde & collateralis dicitur.*) *Quæ tamen cognationis ratio magis cognoscitur ex linearum gradibus.*

Quo modo computantur gradus?

R. Istius computationis alia est ratio secundum ius ciuile, alia secundum ius Canonicum (vt supra *de Nuptijs dictum*) ita vt ius ciuile gradus considerans præcipuè propter successiones quæ deferuntur de persona, in personam, gradus numeret secundum singulas personas: Canonicum considerans potius gradus nuptiarum, duorum consensu constantium, ea de causa duas etiam personas in ijs numerandis coniungat. *Vvesenb. par. hic. num.* 2.

Quæ ergò est regula computandorum graduum secundum ius ciuile?

R. Vnica in vtroque lineæ genere, & quidem hæc: *Tot esse gradus cognationis, quot sunt generationes.* Secundum quam eodem iure ita computantur gradus, vt collaterales tot gradibus à se inuicem distare dicantur, quot inter eos intercesserunt generationes, vel quot inter eos sunt intermediæ personæ, computatis illis de quorum generatione quæritur, vna, puta communi stipite, demta. *Vult. Inst. eod.*

Quomodo eodem iure secundum hanc regulam numerantur gradus in omni lineâ?

R. Ita vt in linea recta inferiore; *Primo gradu*, sint filius, filia. *Secundo*, nepos, neptis. *Tertio*, pronepos, proneptis. *Quarto*, abnepos, abneptis. *Quinto*, atnepos, atneptis. *Sexto*,

to, trinepos, trineptis; & ſic deinceps, ſecundum præcedentes regulas, poſteri cæteri ſequuntur ordine quatenus generatione ſunt proximi. In linea ſuperiore recta, *Primo* gradu ſunt, Pater, mater: *Secundo*, auus, auia: *Tertio*, proauus, proauia: *Quarto*, abauus, abauia: *Quinto*, atauus, atauia: *Sexto*, tritauus, tritauia. & ſic deinceps cæteri maiores eodem generationis ordine. *In lineâ Tranſuerſâ*, deficiente, ſecundum iam dicta, primo gradu. *secundo gradu ſunt:* frater, ſoror: *tertio*, fratris, ſororiſque filius, filia; item patruus, amita, auunculus, matertera. *Quarto*, fratris, ſororiſque nepos, neptis: item patruus magnus, amita magna; auunculus magnus, matertera magna; adhuc conſobrinus & conſobrina. *Quinto*, fratris, ſororiſque pronepos, proneptis: item propatruus, proamita; proauunculus & promatertera; adhuc propius ſobrini, propius ſobrina. *Sexto*, fratris ſororiſque abnepos, abneptis; item abpatruus, abamita; abauunculus, abmatertera; item propatrui, proamitæ; proauunculi, promateterteræ filius, filiæ: item conſobrini, conſobrinæ, nepos, neptis; item ſobrini, ſobrinæ. Et ſic rurſus deinceps eodem quo in linea recta dictum eſt ordine, ſed ſecundum lineæ, huius tranſuerſæ, vel æqualitatem, vel inæqualitatem, Priorum verò graduum omnium nomenclaturam cum *tt. hoc* habes, tum *d. l.* 10. §. 12. 13. 14. *ff. eod.* Et ibidem etiam gradum ſeptimum in vtraque linea per denominationes explicatum.

Quæ ſunt regulæ computandorum graduum ex iure Canonico?

R. Computatio graduum Canonica tribus regulis continetur. Prima eſt in linea recta, conueniens cum iure ciuili; *Quot generationes numerantur, tot numerantur gradus, demto ſtipite. Puta quia inter adſcendentes & deſcendentes in lineâ rectâ nuptiæ in infinitum ſunt prohibitæ.* In linea tranſuerſa duæ ſunt regulæ à iure ciuili recedentes, vna in linea æquali, (*hoc eſt quando de quorum cognatione quæritur directè in diuerſis lineis ſibi inuicem ſunt oppoſiti,*) hæc, *Quoto gradu vnuſquiſq; eorum diſtat à ſtipite, eodem diſtant inter ſe.* Ex. gr. patrueles, & conſobrini diſtant gradu ſecundo à communi ſtipite, ergò eodem gradu diſtant inter ſe. *Qui tamen iure Ciuili diſtant quarto gradu.* Altera in linea inæquali, (*hoc eſt, cum ij de quo-*

rum

rum cognatione quaritur non directè ; sed obliquè sibi inuicem opponuntur,) hæc puta, *Quoto gradu remotior distat à stipite, eodem distant inter se.* ex. g. sic fratris filius à patruo distat gradu secundo, quia eodem distat ab auo, communi stipite; qui tamen iure ciuili distant gradu tertio.

An non alia hic diuersitas?

℟. Omninò & quidem iam notata, 1. Quod iure Canonico in linea transuersa etiam est locus primo gradui; cum in ea non sit locus iure ciuili, adeò vt hoc iure frater & soror, aut duo fratres à se inuicem distent primo gradu. 2. Cum iure ciuili singulæ personæ generatæ gradum adijciant, tam in linea transuersa, quam directa, idemque hoc iure in directa tantum: in transuersa duæ personæ simul iunctæ hic vno gradu duntaxat censentur. 3. Cum iure ciuili ad gradum inueniendum, in linea collaterali etiam stipitem considerent, atque ad eum primo adscendant,& deinde descendant: hoc iure ex diuerso non attenditur stipes, sed quasi per saltum de scala vna in aliam fit transitus.

Quæ est ergo numeratio graduum secundum ius Canonicum?

℟. Hoc iure in linea recta, quoad computationis rationem in numerandis gradibus, non est à iuris ciuilis computatione differentia, siue quoad adscendentes, siue quoad descendentes. In linea transuersa Primo gradu, secundum regulam iam notatam, in æquali linea sunt duo fratres, vel frater & soror, secundo duo patrueles, amitini vel consobrini (licet omnes isto gradu iuncti communi appellatione consobrini dicantur, *l.* 10. §. 9. *ff. hic.* Propatrueles, seu propiores sobrino, sobrinæve gradu tertio, & sic deinceps. Secundum regulam in linea inæquali, primum rursus gradum facientibus fratribus & sororibus, patris frater, siue patruus distat à fratris sui filio secundo gradu, patrui nepos tertio, & sic deinceps.

Hactenus ratio computandi gradus cognationum; cur adfinitatum non fit mentio in Rubrica?

℟. Quia affinium non sunt gradus iure ciuili, *l.* 4. §. 5. *hic. Ratio est quia gradus, vt dictum, eo iure hereditatum considerantur caussa, quæ ad affines non deuoluuntur.* Cum verò (vt sub

tit.

tit. de Nuptijs dictum) iure Canonico (*quo non minus inter affines, quàm consanguineos nuptiarum prohibitarum consideratur ratio,*) eodem modo computentur, quo gradus consanguinitatis, *cap. penult. & fin. ext. eod. Vvesf. par. eod.* istiusmodi computationis nunc explanatam rationem etiam in eadem attendet Lector.

TIT. VII.

De Seruili Cognatione.

QVæ est summa huius Tituli?

R. Cum cognatio (tanquam ratione sanguinis considerata) merè naturalis sit, & quatenus merè est naturalis inter seruos, seu potius in statu seruili, & contubernio conceptos & natos locum habeat; docet Imperator, 1. Talem cognationem antiquo iure nullam fuisse cõputatam. 2. Se vero sua constitutione, (*in Codice hodierno non extante*) humaniter concessisse; vt, non quidem durante statu seruili, sed postquam ad libertatem serui peruenissent, ipsorum manumissorum liberi parentibus, idemque liberis, & ipsi inuicem sibi, (sed cum certa limitatione) succederent: *cum iure vetere eo defuncto ad patronum integrum ipsorum spectaret patrimonium. Princ. hic.*

In fine Tituli, (quasi per recapitulationem,) iura successionis cognatorum in genere duabus regulis attingit. Quarum 1. non semper gradus, sed sæpè magis ordinis in successione haberi rationem. 2. Primum ordinem præferri secundo, secundum tertio, &c. Non habita ratione propinquitatis graduum in ordine remotiore. §. 1. *hic.* Vbi exempla.

TIT. VIII.

De Successione Libertorum.

QVomodo & quatenus de successione libertorum agit Imperator?

R. Post absolutam successionem qua ingenuis succeditur, siue ex adgnationis, siue ex cognationis iure, explicat

cat Imperator rationem successionis, qua succeditur libertis ex iure patronatus.

Quid docet summatim circa istam successionem?

R. Duo docet, 1. Quod ita circa eam sit variatum iure, tum ratione caussæ testati, tum ratione caussæ intestati, vt 1. ex lege xij. Tabl. liberti intestati hereditas primò pertineret ad suos heredes; nullo suo relicto, ad patronum: in testamento autem liberè patronum præterire posset. *Princ. hic.* 2. Iure Prætorio deinde cautum, vt si testatus mori vellet libertus, cogeretur dimidiam partem bonorum patrono relinquere: intestatus si moreretur, (nisi naturales relinqueret liberos) eadem ad patronum, non minus etiam relicto filio adoptiuo pertineret, §. 1. *hic.* 3. Ex lege Papia, si centenarius, hoc est, 100. millia sestertium habens in bonis, & relictis minus quàm tribus liberis, siue testatus, siue intestatus libertus moreretur, virilis portio patrono debebatur, tribus liberis relictis planè repellabatur, §. 2. *eod.* 4. Ex constitutione, ipsius Imperatoris, si libertus minor centenario, hoc est, minus centum aureis in bonis habens testatus moreretur, patronus planè excludebatur: sin testatus, & nullis quidem relictis liberis; in solidum succedebat. Sin maior centenario, siue testatus, siue intestatus relictis liberis cuiuscunque sexus & gradus moreretur, nihil patrono debebatur: ijs verò quos haberet, testamento facto exheredatis, licet alijs heredibus institutis, patronus præteritus ad tertiam (non dimidiam, vt antea) bonorum partem per bonorum possessionem contra tabulas ita admittebatur, vt minus consecutus ad supplementum agere posset. §. 3. *eod. Vvesp. par. de iur. patron.* 2. Docet Imperator in fine obiter, cum olim obtinente distinctione inter libertinos, vt alij essent ciues Romani, alij non essent primorum tantum essent successiones; hodie confusa libertinorum conditione ita, vt omnes sint ciues Romani, eas indistinctè inter qualescunque libertinos obtinere. §. *vlt. hic. Schneid. Pacius Analysi hic.*

An verò solus Patronus liberto ab intestato succedebat?

R. Equidem post eius mortem ad successionem vocabantur liberi, siue essent in patroni potestate, siue emancipati. *l. 7. §. parui autem ff. de oper. libertar.* & quidem proximiores

restantum exclusis remotioribus. 2. liberis deficientibus, patroni adgnati & cognati; salua gradus prærogatiua, & vtrique quidem, siue liberi, siue cognati, vsq; ad quintum gradum. §. 3. *vers. multis hic. Pac. in notis, eod. ex Cuiac.*

Quo ordine ergò succeditur liberto intestato mortuo?

R. 1. Vocantur liberi ipsius liberti. 2. Fratres eius & parentes. 3. Patronus. 4. Liberi ipsius patroni vsque ad quintum gradum. 5. Ex transuerso patrono coniuncti ad eundem vsq; gradum. *Pac. Analys. hic.*

An verò ius patrono, ex iure manumissionis beneficio concessum confirat sola successione iam exposita?

R. Minimè, sed 1. vt liberis parentum, sic liberto patroni persona semper honesta & sancta esse debet, *l. antep. ff. de obs. par & patr. præst.* 2. Inde obsequia vtrisque debentur, *l. generliter ff. de in ius voc.* 3. Si contra faxint, arbitrariè puniuntur, *l. 3. & 4. C. de patr. pot. l. 1. ff. de obs. par & patr. l. vnde ingrat. lib. præst.* 4. Vt filius emancipatus in potestatem, sic libertus in seruitutem reuocatur ob ingratitudinem, *l. 4. ff. eod.* 5. Patronus à liberto, & parentes à liberis sine venia in ius vocari non possunt, *l. 2. C. l. 3. cum seq. ff. de in ius vocat.* 6. Nec famosa actio aut exceptio datur in patronum, *l. 2. 5. 6. 7. ff. de obseru. par. & patr præst. Schneid. hic & Vvesenb. par. ff. de obseq. &c.* 7. Libertus patronum pro modo facultatum alere cogitur, *l. 5.* §. 18. *ff. de agnosc. liberis.* 8. Deniq; præter obsequia, liberti patronis operas debent, non liberi parentibus, *l. penul. d. ff. de obseru. &c. Quod speciem seruitutis habentia ingenuis imponi nequeant. Vvesemb. par. ff. de oper. libert.*

Quales operas debent liberti patronis & quamdiu?

R. Operas non debet libertus patrono nisi vel iuramento, vel stipulatione promissas, (vt solet fieri) tempore manumissionis, *l. 7. ff. de oper. liber. l. vlt. de lib. causa.* Et quidem donec vel soluantur voluntate patroni, *l. libert. ff. de oper. lib. l. libert. C. eod.* Vel libertus duos filios habeat, vel vnum per quinquennium habuerit in potestate. *l. 37. ff. eod.* vel infirmitate & senio præstare ea non possit. *l. 1 5. 17. 24. 35. ff. h. t.*

An hoc ius patronatus hodieque obtinet?

R. Mi-

R. Minime, sed (cum seruitute) exulat è Rep. Christiana. Referri tamen 1. eò potest ius successionis, hodieque obtinens, adscriptitiorum (*qui abusiue* cygene luyden: *& in iure gleba adstripti, in Gallia manus mortuæ, vocantur,*) respectu; Vtpote de quibus in Suecia, Vvestphalia, & alibi consuetudine obtinet, vt ad eorum successionem nemo perueniat nisi certa re, vel pecunia domino fundi data; vt & si extra illud territorium transferre domicilium velint, etiam ijsdem plerunque testandi facultate ad certam summam restricta. *Franc. Husan. de vsu hodierno iuris seruorum d. Analect. hoc tit. in fine.* 2. Sed verò etiam aliud est ius patronatus Ecclesiasticum, non ex iure ciuili, sed ex iure Canonico explicandum, (*Quod est ius præsentandi instituendum ad beneficium Ecclesiasticum simplex & vacans, eo competens quod quis Ecclesiam construxit, fundauit, dotauit, vel ipse, vel is à quo causam habet. Abb. Host. extr. de iur. patr.*) *Schneid. eod.*

TIT. IX.

De Assignatione Libertorum.

QVæ est summa huius Tituli?

R. Imperator 1. proponit à Regula proximo titulo tradita (quæ est: *Bona Libertorum ad liberos omnes patroni in potestate existentes eiusdem gradus & qualiter pertinere,*) hanc exceptionem: Nisi pater vni ex liberis suis libertum, vel libertam adsignet (*hoc est, propriè, at peculiariter attribuat*) vt is solus & patronus sit, & in bona liberti ius habeat, exclusis cæteris, nisi is cui adsignatus sit sine liberis decesserit, *Princ.* 2. Docet adsignari ab eo, qui plures liberos habet, eorum cuilibet posse, siue primi, siue vlterioris gradus, sine sexus discrimine; modò is sit in adsignantis potestate: Ea per emancipationem soluta, simul euanescere adsignationem, §. 1. 2. (*Quod iure Nouellarum sublatum putant.*) *Analect. Marp. hic.* 3. Posse adsignationem fieri siue testamento, siue sine eo, etiam quibuscunque verbis.

TIT. X.

De Bonorum Poſſeſſionibus.

HActenus primus modus acquirendi dominij per vniuerſitatem, nempe hereditas, ſequitur ſecundus, bonorum poſſeſſio. §. vlt. ſup. tit. 9. dic quid ſit Bonorum poſſeſſio?

R. Bonorum poſſeſſio, vna voce, ſicut Iuriſdictio, dicta (*licet inuerſo ordine leges aliquando poſſeſſionem, bonorum nominent*) *vt l. 1. ff. de eff. eius cui mand. iurisd.* eſt ius (*prætorium*) perſequendi retinendive Patrimonij, ſeu rei quæ cuiuſcunque cum moreretur fuit, *l. 3. §. 2. ff. de bon. poſſeſ.*

Cur dicis bonorum poſſeſſionem eſſe ius?

R. Vt à poſſeſſione nudè ſic dicta diſtinguatur, quæ eſt rei detentio, ſeu detentatio, *l. 1. pr. & §. 3. l. 23. ff. de acq. poſſ.* & licet cum iure coniuncta eſſe poſſit, tamen in acquirendo plus facti habet, quam iuris. *l. 1. ff. de acq. & Gayl. 2. obſ. 129. nu. 3. & 152. num. 9.* cum hæc bonorum poſſeſſio merum iuris nomen ſit, *l. 119. De V. S.* vtpote ſucceſſionis vniuerſalis ſpecies. *Schneid. hic. num. 2.* ſicut & hereditas.

Quomodo bonorum poſſeſſionem non minus quam hereditatem dicis eſſe ſpeciem ſucceſſionis vniuerſalis?

R. Quia vt hereditas eſt ſucceſſionis vniuerſalis ſpecies ex iure ciuili, ſic bonorum poſſeſſio eſt ſucceſſio vniuerſalis ex iure prætorio.

Quatenus ergo conueniunt hereditas & bonorum poſſeſſio?

R. Conueniunt (*ſaltem ferè*) effectu, Quippe bonorum poſſeſſio, æquè ac hereditas, omnia commoda ac incommoda hereditaria in ſe habet, *d. l. 1. ff. h. t.* & in omni cauſſa bonorum poſſeſſor loco & vice heredis eſt, *l. 117. ff. de R. I. & l. 2. ff. h. t.* vt omnia bona defuncti non minus nanciſcatur, quam ſi iure ciuili heres eſſet, *l. 208. De V. S.*

Qua in effectu differentia?

R. Volunt quidem aliqui ius dominij quod nanciſcitur bonorum poſſeſſor, non tam eſſe proprietatis, quam poſſeſſionis: *Vult. Inſtit. hic. num. 8.* (*quod dua iſta partes dominij iure ciuili quidem coniuncta eſſe poſſint, à Prætore verò tantum poſſit*

eſſe

esse dominium possessionis, per quod omnia commoda & incommoda bonorum possessor consequatur) tamen verum dominium, non solam possessionem, secundum communiorem sententiam bonorum possessor consequitur, *Schneid. hic & ibi Gothofr.*

Quomodo differt hereditas à bonorum possessione?

R. 1. *Origine.* Hereditas enim est successio vniuersalis ex iure ciuili, *lege puta, SC. Constitutionibus Principum, &c.* Bonorum possessio ex iurisdictione Prætoris introducta. *Princ. hic. 2. Formâ.* Per hereditatem directè & ipso iure succeditur; per bonorum possessionem tantum tribuitur ius persequendi, retinendique patrimonij quod defunctus tempore mortis habuit. *Analect. Marp. hic.* Quorum illud fit actionibus prætorijs & possessorijs, hoc exceptionibus, *Anal. eod. Treut. eod. th. 1. lit. c.*

Quæ ex vtraque hac cum conuenientia, tum differentia est obseruatio?

R. 1. In genere bonorum possessionem non male hereditatem dici, quatenus puta in genere successionis conueniunt, *(planè sicut arrogatio, species cum sit adoptionis, etiam adoptio dicitur, l. 138. ff. de V. S.)* in specie tamen vt origine, & forma, ita & appellatione ab ea distingui, *Vult. Instit. eod. num. 10.* 2. Hereditatem, *(quod per eam ipso iure succeditur)* ab herede solo citra iudicis authoritatem adiri posse, *l. 6. C. de iur. delib.* Bonorum possessionem *(cum tantum tribuat ius persequendi & retinendi patrimonij)* agnoscere volentem iudici voluntatem suam *(licet non, vt olim, diserte eam petere)* hodieque exponere debere, *l. 3. §. si caussa ff. hic l. fin. C. qui admit. ad bon. poss.*

Quæ caussa fuit Prætori bonorum possessioni introducendæ?

R. 1. *Iuris ciuilis emendatio*, idque per supplementum, tum in caussa intestati *(quomodo introducta bonorum possessio vnde liberi, & vnde cognati)* tum in caussa testati *(in bonorum possessione contra tabulas)* 2. *Eiusdem iuris confirmatio*; idque admittendo ad bonorum possessionem, vocatos iure ciuili ad successionem testati, *in bonorum possessione secundum tabulas, data heredibus institutis*, item intestati, *in bonorum possessione vnde liberi, vnde legitimi. Schneid. eod. num. 5.*

Quotuplex eſt bonorum poſſeſsio?

R. Bonorum poſſeſſio variè diuiditur, 1. Ratione ſucceſſionis ſecundum quam datur 2. Ratione modi quo edicto eſt ſtabilita. 3. Secundum rationem quæ à Prætore conceditur 4. Ratione emolumenti, quod is qui eam accepit conſequitur.

Explica ſingulas diuiſiones?

R. *Ratione ſucceſsionis ſecundum quam datur*, alia eſt bonorum poſſeſſio ex teſtamento, alia ab inteſtato. *Ratione modi quo edicto eſt ſtabilita*, alia ordinaria, quæ aliqua parte edicti fundatur, *Dd. in* §. 2. *verſ. aliam verò hic* · alia extraordinaria, ad ſimilitudinem modò prioris, vel extra ſucceſſoriæ diſpoſitionis ordinem contingens. *Anal. Marp. ad* §. 1. *hic. Ratione modi quo à Prætore conceditur*, alia edictalis, decretalis alia, diuiſione variè à Doctoribus explicata: Nobis quidem, vt edictalis dicatur in abſtracto conſiderata, quatenus edicto Prætoris defertur; *(vnde de plano etiam, citra cauſſa cognitionem, dari poteſt, l.* 1. §. 1. *ff. ſi tab. nul. ext.)* donec certæ perſonæ non decernatur, generis nomen retinens. Decretalis verò, quam aduerſus petentem edictalem bonorum poſſeſſionem obiectis difficultatibus, Prætor cum cauſſæ cognitione, adhibito decreto (vnde eius nomen) decernebat, *Menoch. de adipiſc. poſſ. rem.* 1. *num.* 17. 18. *Vnde edictalis ordinaria eſt, extraordinaria decretalis. Calu. lexico verb. Bon. poſſeſsio diuiſ.* 3. *Ratione emolumenti quod accipiens bonorum poſſeſſionem conſequitur*, alia eſt quæ datur cum re, quando eam accipiens cum effectu bona retinet; alia ſine re, cum alius iure ciuili euincere hereditatem poſſit, veluti ſuus heres, *Vlp. Fragm. Tit.* 28. *Giphan. Comment. ad Inſt. hic.*

Quas bonorum poſſeſsiones recenſet Imperator ex iure veteri?

R. Duas ex teſtamento, quarum, 1. contra tabulas. 2. Secundum tabulas. Octo ab inteſtato, 1. vnde liberi, 2. vnde legitimi, 3. Vnde decem perſonæ, 4. Vnde cognati 5. Tanquam ea familia. 6. vnde patroni, patronæve, &c. 7. vnde vir & vxor, 8. vnde cognati manumiſſoris. §. 1. *hic.*

Quot ex iure nouo?

R. Ex iſtis decem bonorum poſſeſſionibus docet Imperator

rator à se sublatam quæ vocatur, 1. Vnde decem personæ, 2. tanquam ex familia, 3. vnde patroni patronæve, &c. 4. Vnde cognati manumissoris, admissis cæteris. & tanquam iure nouo recensetur, 1. Ex testamento bonorum possessionem contra tabulas, 2. secundum tabulas. Ab intestato, 3. vnde liberi, 4. vnde legitimi, 5. vnde cognati, 6. vnde vir & vxor. Et eæ quidem ordinariæ, §. 2. Quibus accessit tanquam, 7. extraordinaria, vt ex legibus. §. 3.

Explica quatuor bonorum possessiones iuris veteris à Iustiniano sublatas, & da rationem cur sublatæ sunt?

R. Per primam *vnde decem personæ*. Licet iure ciuili emancipato is succederet qui eum manumiserat, quasi patronus: Prætor si extraneus eum manumisisset (h. e. pater fiduciarius, cui pater naturalis filium suum vendiderat,) præferebat ei extraneo, seu patri fiduciario defuncti patrem, vel matrem, vel cæteros ab Imperatore in textu nominatos. Quæ sublata est ratione ipsa emancipandi per imaginarias venditiones sublata: omnibusque parentibus manumissoribus concesso priuilegio ab Imperatore. *Pac. Anal. hic.* Per secundam, *tanquam ex familiâ*, vocabantur ad successionem qui erant de familia (puta transuersales adgnati *Cautiuncula hic*.) Patroni. Per tertiam, vnde Patroni, &c. vocabantur patroni patronæque & ij qui non ex transuerso, vt precedentes, sed adscendendo & descendendo, eos contingerent, puta liberi, & parentes. Sublata vtraque per Imperatoris constitutionem de iuris patronatus directione, de qua §. 3. *supr. de succeff. libert.* Per quartam, *vnde cognati manumissoris*, vocabantur cognati patroni: & ipsa sublata propter causam recensitam. *Text. §. 3. & ex eodem Cautiuncula.*

Explica bonorum possessiones quæ secundum ius nouum remanserè, & primò duas ex causa testati?

R. *Bonorum possessio contra tabulas*, (h. e. testamentum) datur liberis naturalibus & legitimis, sine iusta causa exheredatis, vel à matre præteritis, vel ab auo materno; ijsque siue natis, siue posthumis, siue in potestate, siue emancipatis, siue etiam arrogatis. 1. Legitimis tantum & quidem contra quodvis testamentum, modò ritè sit factū, (excepto matris testamento, §. *vlt. sup. de exher. lib. & ibi Mynf. & Vigl.*

& militis, puta in hoſtili agro decedentis; quorum teſtamentum quocunque modo factum valet, *l. vnde bon. poſſ. contr. teſt. mill.)* Intentanda ante aditionem hereditatis, *l. 4 ff. hic.* & ſic aditionem impediens, *l. fin. C. hic. Treut. hic. th. 3. Secundum Tabulas* bonorum poſſeſſio, (priori contraria, ideoque cum ea non concurrens,) *l. fin. C. de bon. poſſ. contr. tab. 1.* datur heredibus ſcriptis ſecundum tenorem teſtamenti, & ijs deficientibus, ſubſtitutis, iuris ciuilis confirmandi gratia. Quæ ipſa pro aditione ita eſt, vt qui eam petijt, eo quod iure prætorio heres eſt, adijſſe hereditatem cenſeatur, *Bacouius ad Treut. hic th. 4. lit. e.*

Explica bonorum poſſeſſiones quæ ſecundum ius nouum remanſere ab inteſtato?

R. Succeſſionis ab inteſtato ordinem eum ſecutus Prætor qui in l. xij. Tab. extat, fecit per bonorum poſſeſſionem vnde liberi, primum ordinem liberorum, ſiue ſuorum, ſiue emancipatorum, ſiue poſthumorum, ſiue (ſed durante adoptione) adoptiuorum. *Perez. hic.* 2. His deficientibus per bonorum ſucceſſionem vnde legitimi, adgnatorum, h. e. à patre coniunctorum, per bonorum poſſeſſionem vnde cognati, vocauit deinde cognatos, h. e. à matre coniunctos, (quamuis iure ciuili non agnitos,) ita vt ordine ſucceſſiuo proximi admitterentur, *Vveſ. par. vnde cognati num. 4. Vbi etiam explicat quid hodie obtineat.* Per bonorum poſſeſſionem vnde vir & vxor poſt adgnatos & cognatos ad decimum vſque gradum, excluſo fiſco ad eandem vocauit virum & vxorem, qui quæve mortis tempore in iuſto matrimonio fuerit, *l. 1. vn. h. t. Vveſ. par. eod. Quibus omnibus quatenus prolixius iure communi conſulatur Auth. præterea C. l. vnde vir & vxor Auth. vt lit. c. mater, & alia: Item municipalibus ſtatutis paſſim videre eſt. Vveſ. par. eod. num. 1.*

Qua eſt extraordinaria bonorum poſſeſſio?

R. Eam vnicam recenſet Imperator, *ex legibus* dictam; quæ datur ijs quibus ex nouis legibus aut à Senatu, aut à Principe ſpecialiter bonorum poſſeſſionē delatam Prætor compereret. *Qua ſi ex teſtamento delata, cum bonorum poſſeſſione ſecundum tabulas, ab inteſtato delata, cum bonorum poſſeſſione vnde liberi, &c. concurrat, is cui defertur optionem à Prætore habet*

vtra

vtra volet vti; ordinariane, an hac extraordinaria proposita, Cautiuncula hic ad §. septima.

An non & alia extraordinaria huic accensentur?

R. Omnino 1. Carboniana, à Carbone Prætore dicta; quæ datur filio impuberi cui quæstio status mouetur, an inter liberos sit, causa summatim cognita, ita vt ei, dilato status iudicio, in tempus pubertatis possessio detur, cum cautione de bonis restituendis, si filius non sit; *Tit. de Carb. Edict. & l. 1. & 3. C. eodem.* Ideo extraordinaria dicta, quod tam ex testamento, quam ab intestato competit, & possessionem, vt dixi, tantum, non proprietatem (nisi in probatione non esse filium cui quæstionem mouent, adgnatis deficientibus) tribuat, *Schneid. hic.* 2. *Ventris nomine*; qua mulier, & moriente marito, & tempore quo petit se immitti in possessionem, vere prægnans, fauore partus, mittitur in possessionem bonorum mariti defuncti, vt de bonis eius alatur; curatore bonis dato, qui alimenta & ad partum necessaria præstet, pro mariti dignitate, donec vel enixa sit, vel constet non esse prægnantem, *titul. hic. Schneid. eod.* 3. *Litis adgnoscendæ caussa*, seu *præparatoria querelæ de inofficioso testamento*, quæ datur filio emancipato exheredato, vel præterito ad consequendam facultatem intentandi querelam inofficiosi testamenti (ad quam aliàs ex lege xij. tabularum non admittitur:) & ita quidem vt illam tantum licentiam, non etiam siue proprietatem, siue possessionem tribuant. *Schneid. eod.*

Qui & quomodo adgnoscere bonorum possessionem possint?

R. Bonorum possessionem non solum agnoscere, seu acquirere quis per semetipsum potest, sed etiam per aliũ *l. 3. acquir. l. pen. l. fi. de bon. poss.* Impubes per tutorem *l. seruus §. impubes l. infantis l. bonor. C. qui adm. ad bon. poss.* (qui tamen eum nomine pupilli repudiare non potest, *l. 8. hic*, municipiorum nomine syndicus *l. 3. §. 3. vbi gloss. hic*, pater infantis, *l. 7. hic. l. vnde. bon. poss. fun.* procurator, etiam non habens speciale mandatum, *de l. 2. hic.* Potestque eam adgnoscere filiusfamil. etiam ignorante patre, *l. 1. C. qui amitt.* & inuito, *l. vlt. C. de bon. qua lib.* mulier, seruus *l. 7. hic.*

Intra quod tempus adgnoscenda bonorum possessio?

R. Intra tempus legitimum propter creditores ne circumducerentur longiore mora, definitum, *l.1. §.12. De succeſſ. edict.* nec ignoranti currens. *l.9. h.t. l.5. C qui admitt.* (*Quo elapſo proximo in ordine ius accreſcendi, ita tamen vt & ei ſua tempora currant §.4. & 5. hic, tribuitur.*) Eſtque ad id liberis & parentibus tam naturalibus, quam adoptiuis anni: adgnatis, cognatis, viro & vxori, centum dierum ſpatium; vtile, non continuum, §.4. & 6. *hic* à die ſcientiæ currere incipiens, *l.2. & l. quamdiu C. qui adm. ad. bon. poſſ. Cum ad hereditatis petitionem de iure ciuili competant 30. annis qui & ignoranti currunt. l.1. licet C. de iur. delib.*

Quomodo peti & adgnoſci debet?

R. Olim neceſſe erat vt per libellum peteretur certa verborum ſolennitate, à iudice pro tribunali ſedente ſecundum ius Imperat. Sufficit vt coram eo adgnoſcentis voluntas quibuſcunque verbis declaretur, nec decretum iudicis quidem (niſi in Carboniana, & quę ventris nomine datur) requiritur, actis tamen adgnitio vt de ea conſtet, inſerenda, *Schneid. l fin. C. qui ordin. hic.*

Quis eſt effectus adgnita bonorum poſſeſſionis?

R. Effectus iam conſtat ex antedictis, quando, quomodo bonorum poſſeſſio cum hereditate effectu conueniat, explicatum.

An verò hodieque bonorum poſſeſſio neceſſariò petenda, vel ſaltem vtiliter petitur?

R. Curioſè hæc diſputant Dd. Communior ſententia eſt, ſi ius Iuſtinianæum ſpectetur; licet poſt ſublatam emancipationis & patriæ poteſtatis, itē adgnationis & cognationis differentiam cauſſa introducendæ bonorum poſſeſſionis ceſſante, etiam ipſa, tanquam effectum ceſſet, maximè quidem poſt præſcriptum ſucceſſionis ordinem, *Nou. 118.* tamen eam quidem non neceſſariam, competere tamen vti volētibus; vt rectè *Klingius hic.* Qui ſpeciatim caſus quib. vtilis, imò ferè neceſſaria eſſe poſſit exprimit & ex eodem, *Schneid. hic. (quos adire lector poteſt)* & iuxta eos Oldendorpia, claſ. 5. art. 6. Qui anxiam iſtam de neceſſitate bonorum poſſeſſionis diſputationem ineptam exinde iudicat, quod olim ijs etiam, qui iure ciuili admittebantur bonorum poſſeſſionem

nem Prætor decreuerit. §. *Nouissime enim hic.* Mores æui nostri si spectemus, nulla bonorum possessionis, sed tantum hereditatis, & additionis ex iure ciuili (quod in iure municipali siue constitutionibus Imperij Regum ac Principum secundum quæ ratio successionis maximè, siue statutis ciuitatum, & nominatim quidem in Batauia, procedit) solet fieri mentio; vt rectè notat *Giphanius hic*.

TIT. XI.

De Acquisitione per Arrogationem.

QVis est tertius modus acquirendi dominij per vniuersitatem?

R. Eum proponit Imperator hoc titulo, estque qui fit per arrogationem, i. per adoptionem eius qui est sui iuris, per quam pater legitimus, vt in personam, ita & in bona arrogati ius tale acquirit, vt donec viuit, arrogatus eorum tantum habeat vsumfructum: post mortem arrogati sine descendentibus, si quidem is sit emancipatus & patre naturali viuo vel matre decedat, exclusus à patre naturali, vel matre, imo verò etiam vtroque parente naturali mortuo, (si quidem arrogatus impubes, decesserit) nihil acquirat parens adoptiuus, sed bona arrogati heredibus ab intestato restituat. Sin pubes arrogatus decesserit, extantibus germanis fratribus & sororibus vnà cum ijs in capita, descendentibus, adscendentibus, & fratribus ac sororibus germanis deficientibus solus in arrogati bona vniuersaliter succedat, *tit. hic. & ibi Brederod.*

TIT. XII.

De eo cui Libertatis causa bona addicuntur.

QVis est quartus modus succedendi per vniuersitatem ab Imperatore propositus?

R. Addictio bonorum; qui est modus acquirendi dominij constitutione Diui Marci introductus, quo autoritate iudicis

iudicis cui ea de re notio competit, dominium bonorum defuncti qui soluendo non erat, transfertur in eum, qui cauet se debita defuncti exolutürum.

Cur dicuntur addici bona libertatis caussa?

R. Quia fauore libertatum à defuncto relictarum potissimum introductus est hic modus, & per cõsequens etiam, ne defuncti bona cum dedecore ipsius nomine; sed iustius nomine cui addicta sunt, tanquam successoris anomali seu extraordinarij venderentur, *sec. gl. in §. fin. super verbò successor. Vult. Inst. ad pr. hic.*

Quæ requiruntur secundum dictam constitutionem, vt huic modo sit locus?

R. 1. Vt siue in testamento, siue ab intestato relicta sit alicui, vel pluribus libertas, siue directa, siue fideicommissaria, 2. vt herede, siue testamentario, siue legitimo hereditatem adire, aut bonorum possessionem agnoscere nolente, nullus existat successor. 3. Vt à iudice competente, vel ab eis quibus libertas relicta, vel ab alio, siue legatario, siue fideicommissario, siue alio extraneo, sub cautione de solido quod cuique debetur soluendo, addictio petatur, eaque cautio idonea præstetur. *Text. hic.*

Quis effectus addictionis respectu eorũ quibus relicta libertas?

R. 1. Vt libertas ijs sit salua, non minus, quam si hereditas adita esset, vel omnino quatenus relicta, vel si non alia conditione quis nollet bona sibi addici, quam vt qui directè libertatem acceperunt ipsius liberti essent, si quidem ij consentiant quorum de statu agitur, vt ipsius liberti fiant. 2. Vt si minor institutus abstineat ab hereditate, eiusque bona addicta sint; quamuis is postea restitutus hereditatem accipiat, libertates datæ tamen non auocentur. *Text. hic.*

TIT. XIII.

De successionibus sublatis quæ fiebant per bonorum venditionem; & ex SC. Claudiano.

QVos modos succedendi per vniuersitatem praterea hoc titulo proponit Imperator?

R. Duos;

R. Duos; vnum ex Senatus-Consulto Claudiano, alterum qui erat per bonorum venditionem, vterq; ab Imperatore sublatus, planè vt & præcedentis per addictionem, ob seruitutem à Christianis exulantem, nullus est vsus.

Qua erat successio per bonorum venditionem?

R. Talis qua debitori in solutione cessanti, & post propositam aduersus ipsum actionem fraudationis caussa latitanti, in omnibus, tanquam mortuo, ita succedebat creditor, vt bona eius distrahere solenniter posset. *Text. & Kling. hic. Cui rei nouissimo iure hic modus est adhibitus, vt creditores pro quantitate modo debiti sui, summariè declarati, in possessionem bonorum defuncti mittantur. Nouell. 52. & Auth. & qui iurat. C. de bonis authoritate iudicis possidendis.*

Quæ erat successio ex SC. Claudiano?

R. Qua mulier libera seruo contra domini denuntiationem se iungens, eidem domino cum omnibus fortunis addicebatur, & cum libertate substantiam amissam acquirebat. *Text. Sublata & ipsa propter nimiam asperitatem, permissâ domino in seruum suum animaduersione, & à libera muliere auulsione.* Si proprio seruo se mulier iunxerat, decapitabatur, seruus comburebatur. *l. vn. C. de mulier quæ se prop. serv. iunx. Canonico iure inter seruum & liberam, & contra matrimonium esse potest. ext. de coniug. seru. Schneid. hic.*

TIT. XIV.

De Obligationibus.

Titulus hic quomodo connectitur cum præcedentibus?

R. Duobus solet connecti modis. 1. Quasi Imperator, post absolutum tum personarum, tum rerum tractatum, ad actiones transeat, & isti tractatui obligationes præmittat, tanquam actionum, personalium maximè, materiam. Deinde quod cum Imperator. *lib. 2. t. 2.* inter res incorporales numeret hereditates, obligationesq; post explicatas hereditates, nunc ad obligationes trãseat. *Schneid. hic.*

Quid est obligatio?

R. Definitur ab Imperatore iuris vinculum quo necessitate

i tate aſtringimur alicuius rei ſoluendæ, ſecundum noſtræ ciuitatis iura. *t. prine.*

Qua hic obligatio, & ſecundum quid definitur?

R. Secundum gloſſam definitur obligatio efficax, ſiue naturalis & ciuilis ſimul, quæ, ex partium conſenſu orta, & legibus ciuilibus approbata, exigendi habet effectum; Et quidem ſecundum effectum, qui eſt aſtringere homines ad ſoluendum, faciendum, & dandum id quod debent. *Schneid. eod. num. 9.*

Quotuplex eſt obligatio?

R. Rectè diuiditur in naturalem & ciuilem.

Qua eſt obligatio naturalis?

R. Naturalis obligatio dicitur, qua quis ex mera æquitate naturali; vel diſpoſitione iuris gentium obligatur, & à iure ciuili non eſt informata. *l. 95. §. naturalis ff. de ſolut.*

Quotuplex eſt obligatio naturalis?

R. Rurſus duplex; aut quæ prouenit ex naturali iure primæuo, & ſolo naturæ inſtinctu, quem bruta cum hominibus habent communem; qualis eſt educatio ſobolis; &, (vt aliqui volunt) obligatio antidoralis; *vt puta quod natura inſtinctu omnes creaturæ ad beneficiendum benefactori moueantur.* Aut ex ſecundario ſolis hominibus proprio, id eſt, ratione naturali. *Kling. Schneid. hic.*

Qua dicitur propriè obligatio naturalis?

R. Quæ eſt ex iure naturali ſecundario, ſolis hominibus proprio. Quia, vt dictum ſupra, etiam inſtinctus nobis cum brutis communes, vt ius ſint, ratio facit. *Schneid. eod.*

Quot habet hæc obligatio naturalis principia?

R. Duo: 1. Naturalem æquitatem in genere. Quotieſcunq; ſcilicet naturalis æquitas per ſe ſuadet aliquem obligari, licet expreſſe non ſic conſenſerit. *Qualis eſt obligatio ad obedientiam erga maiores & magiſtratus, ne quis locupletetur cum aliorum iactura, delinquentis obligatio ad pœnam. Schneid. eod.* 2. Æquitatem naturalem in ſpecie; puta ex conſenſu, quando ſola æquitas naturalis, citra legem ſcriptam, obligationem fidei ſeruandæ ſuadet. *Schneid. eod.*

Qua eſt obligatio ciuilis & quotuplex?

R. Duplex: Vel ciuilis & naturalis ſimul; vel ciuilis tantū.

Qua

Quæ dicitur obligatio ciuilis?

R. Ciuilis obligatio dicitur à lege ciuili, à qua ortum habet, siue id fiat inuentione tantum; vt non habeat fundamentum in naturali æquitate, sed in sola legis ciuilis dispositione: vel approbatione; puta, quando contractus iure gentium introductus per ius ciuile approbatur & informatur.

Quotuplex est ciuilis obligatio?

R. Duplex: vel ciuilis tantùm; puta quæ propter solam legis authoritatem obligat, licet non adsit æquitas naturalis: vel mixta, quando ad legis authoritatem naturalis æquitas accedit. *Schn. eodem.*

Qui sunt effectus obligationis naturalis tantum?

R. Quod parit exceptionem, non actionem. 2. Quod naturaliter tantum debitum, si solutum fuerit, repeti non potest. 3. Quod ei interuenire possit fideiussor, & pro eo pignus constitui. 4. Cõpensatio in ea locum habeat. 5. Quod nouari & in constitutum deduci ita possit, vt debitum peti & exigi possit. *Schneid. eod.*

Quis effectus est obligationis ciuilis tantum?

R. 1. Producit actionem, siue ab initio fuerit sola; siue coniuncta cum naturali; sed sublata naturali, actionem quidem, non exactionem producit. *Quia per exceptionem bonum numerata pecunia elidi actio potest.* 2. Pignus quidem & fideiussor ei accedere possunt; in constitutum verò deduci non potest, nec eius prætextu compensatio obijci. 3. Debitum isto modo quocunque errorem solutum repeti potest. *Schneid. eod.*

Quis effectus obligationis mixtæ, seu naturalis & ciuilis simul?

R. Vt non solum pariat actionem, sed etiam officium exigendi habeat, iuxtà definitionem traditam. *princ. hic. l. 42. §. ea obligatio ff. de procur. Schneid. eod.*

Ciuilis tantum obligatio quomodo aliter diuiditur?

R. In ciuilem, seu legitimam (quæ iure ciuili est introducta, vel approbata) & prætoriam, id est, iure honorario, seu prætorio introductam. §. 1. *h.*

Quæ est tertia obligationum diuisio?

R. Quæ à materia sumitur: puta quod obligatio ex contractu

tractu est, vel quasi; ex maleficio, vel quasi. §. 2.

De quo obligationum genere primo agit Imperator?

R. De obligationibus ex contractu. *Text.*

Quid est contractus?

R. Ex conuentio duorum pluriumve in idem placitum causſam habens, (id est ciuile negotium dandi, vel faciendi) per quam producit obligationem & actionem. *Perez. hic.*

Quid est conuentio?

R. Duorum pluriumve, qui natura, vel legibus conuenire possunt, in vnum placitum consensus, alicuius dandi, vel faciendi causſa. *l.* 1. §. *conuſſ. de Pact.*

Quotupliciter consensus consideratur in conuentione?

R. Dupliciter, 1. Quatenus verus est, qui reuera interuenit, facto hominis in id destinato, vt per illud consentire dicatur; siue id fiat expresse verbis, vel re declaretur; siue tacitè; cum quis non dissentiendo consentit in actu qui geritur; & prohiberi ab ipso, si dissentiret, potuisset. 2. Quatenus fictus est, nimirum à lege, propter factum aliquod, etsi de consensu non constet, partes ob naturam & rationem negotij quod inter ipsas est, consensisse fingente. *Vult. iurisprud. cap. 27. num. 19. &c.*

Cur dicis in definitione conuentio cum causſa?

R. Vt à nudo pacto contractus distinguatur; quod est conuentio sine causſa; Quæ ideò non parit ciuilem obligationem. *Vult. inst. hic num. 22.*

Quæ solent in contractibus considerari?

R. Tria: 1. *Substantialia*; qualia dicuntur ea sine quibus contractus consistere non potest; vt in emtione, venditione, res, pretium, consensus; & in omni quidem contractu non consensus modo, sed & bona fides, libera voluntas, certa scientia. 2. *Naturalia contractuum*; qualia sunt ea, quæ, etsi non exprimantur, tacitè secundum naturam contractui insunt, licet, salua natura contractus, pacto vel planè tolli, vel mutari possint; vt in contractu emtionis, euictio. 3. *Accidentalia*, quæ vel sunt solennia quædam ad validitatem contractus, præter substantialia & naturalia, requisita; vt decretum iudicis in rebus minorum alienandis: vel planè talia, vt præter naturam, contractui accedant

pacto

pacto contrahentium: veluti vt depositarius culpam præstet: *Perez. hic. Cuiusmodi pacta dicuntur contractui legem dare, quod semper prius quid inter contrahentes actum sit videatur, quam quid contractus natura ferat.*

Cum bona fides & libera voluntas sint de omnium contractuum naturâ, quid iuris si in contractu, vel dolus, vel metus insit?

R. Quoad dolum distinguendum, an contractus sit bonæ fidei, an stricti iuris; item an dolus dederit causam contractui, an inciderit in contractum: Si dolus dedit causam contractui bonæ fidei, is ipso iure est nullus. Si contractui stricti iuris, valet quidem is de rigore iuris, sed actione vel exceptione doli infirmatur. Si dolus inciderit in contractum stricti iuris, idem dicendum; minimè si id fiat in contractu bonæ fidei; quia & iste contractus tunc valet ipso iure, (*cum liber fuerit consensus contrahentis;*) Propter incidentem tamen dolum agitur actione ex eodem contractu ad purgandum dolum, in tantum, quanto minoris res valuerit. *Perez. hic.* Contractus metu initus non est quidem ipso iure nullus, sed tamen, dummodo is iustus fuerit, actione quod metus causa rescinditur. *l. 1. ff. l. 4. 5. 9. C. Quod vi metusve causa.*

Quotuplices sunt contractus?

R. Variè diuiduntur, 1. Vel sunt *proprij* vel *improprij*: Illi, qui sunt vtro citroque obligatorij; vt contractus, emtionis venditionis, & alij; Hi, cum vnus tantum contrahentium obligatur, vt mutui, vbi recipiens pecuniam tantum ad restituendum; & donationis, vbi donans ad tradendum tantum obligatur. 2. Diuiduntur contractus in *nominatos & innominatos: Nominati* autem dicuntur qui proprium nomen habent à lege ijs attributum; vt locatio, conductio, societas, mandatum, &c. *Innominati*, qui tale nomen non habent, sed generali, & vago modo nomine vtuntur. *Schneid. hic.*

Quot sunt species innominatorum contractuum?

R. Reducuntur ferè ad quatuor. 1. Do vt des. 2. Do vt facias. 3. Facio vt des. 4. Facio vt facias; quibus adiungitur permutatio. Quod nomen licet speciale videatur, tamen quia in genere comprehendit omnem contractum per quem res cum re permutatur; ideo nihilominus permuta-

tionis

tionis contractus innominatus dicitur. *Schneid. hic.*

Feciſti mentionem contractuum ſtricti iuris & bonæ fidei, dic quo ſenſu ſic contractus diuidantur, cum ad omnium contractuum ſubſtantiam bonam fidem requiri dixeris?

R. Contractus bonæ fidei dicuntur non quatenus bona fides dolo opponitur, ſed quatenus ſignificat id quod bonum & æquum eſt, quod in illis bona fides ita exuberat, vt alter alteri obligetur, non præcisè ad id quod in contractum eſt deductum, ſed ad id, quod (licet de eo non conuenerit,) ex æquo & bono præſtare oportet, e.g. vſuræ à die eo moræ. Contractus ſtricti iuris dicuntur, in quibus omnia ſtrictè accipiuntur, nec præſtare oportet, niſi id de quo nominatim conuenerit. *Schneid. eod.*

Qua eſt diuiſio contractuum ab Imperatore propoſita?

R. Imperator contractuum quatuor facit ſpecies ſecundum modos quibus perficiuntur: puta, aut re contrahitur, vt *mutuum, commodatum, depoſitum, pignus*; aut verbis, vt *ſtipulatio, ſeu verborum obligatio*; aut literis, & *literarum obligatio dicitur*; Aut conſenſu, vt *emtio venditio, locatio conductio, ſocietas, mandatum. Text. hic.*

TIT. XV.

Quibus modis re contrahatur Obligatio.

CVr Imperator, cum omnes contractus conſenſu conſtent, dicit alios re, verbis, literis, alios conſenſu contrahi?

R. Quia in alijs contractibus, præter conſenſum partiũ, vel res, vel verba, vel Scriptura, vt conſtent, præcisè actualiter interuenire debet: in alijs vero non ita, ſed modò partes conſentiant in id quod agitur, perficiunt. *Schneid. hic.*

Qui nam ſunt contractus re conſtantes?

R. In genere definiri poſſunt contractus quibus, re tradita & accepta, obligamur ad eiuſdem reſtitutionem: aut, ſi id fieri nequeat, ad æſtimationem & intereſſe. *Vult. iuriſprud. lib. 1. cap. 30. num. 16.*

Quot ſunt contractus re conſtantes?

R. Enu-

R. Enumerantur ab Imperatore quinque: Mutuum, Indebiti solutio, Commodatum, Depositum, Pignus. Qui quidem vel in re ipsa spectantur, eiusque vsu, vt mutuum & commodatū; Vel circa rem, & quidem vel in eius custodia, vt depositum, vel securitate, vt pignus. *Text. princ. Vult. eod*

DE MVTVO.

Quid est mutuum?

R. Mutuum (sic dictum quia ita datur, vt ex meo tuum fiat, *princ. hic.* Iuridica, non Grammatica deriuatione) est contractus iuris gentium re constans, stricti iuris; quo quātitas alicui ea lege datur, vt eadem nobis in genere, non in specie reddatur. *Treut. disp. hic thesi 1. Perez. hic.*

Quæ requiruntur ad contractus huius substantiam?

R. Quatuor, 1. Animus contrahentium talis, vt non idem corpus quod traditur in specie, seu (vt Dialectici loquuntur,) in individuo, sed in genere reddatur. 2. Vt etiam id, quod redditur, sit eiusdem generis. 3. Vt mutuum contrahatur in quantitate. Quo nomine venit res quę vsu consumitur, quęve pondere, numero & mensura constat, vt oleum, vinum & pecunia numerata. Quæ quia vna species vice alterius fungi potest, fungibiles dicuntur, 4. Vt res ita tradatur accipienti, vt dominium eiusdem in eum transferatur. *Schneid. hic. Perez. eod.*

Quid sit fiat, vt eadem res in specie reddatur?

R. Si id fit ex proposito quod ita conuentum, conuentio cadit in aliam speciem contractus, *puta commodati*; Sin ex accidenti; puta quod pecunia mutuata mutuans fortè non indigeat, non desinit esse mutuum; vt nec si ex caussa necessitatis res eiusdem generis non reddantur; puta, pro pecunia frumentum. *Schneid. hic. num. 13.*

An quatuor istis concurrentibus semper est mutuum?

R. Omnino, si hoc agatur. Potest tamen esse etiam alius contractus, si aliud agatur. Non minus quam potest esse depositum, licet terminos depositi contrahentes egrediantur. *l. 24. 25. §. 1. ff. depos. Schneid. eod. num. 16.*

Quanam, præter supra dicta substātialia ad mutuū requirūtur.

Bz. Gloſſa requirit quatuor. 1. Vt res quæ data eſt ad numerum, ad hoc ſit inuenta vt numeretur; *Licet communiter ſentiant Dd. ſufficere ſi res in ſuo genere functionem recipiant, id eſt, bonitate & qualitate ſint conformes.* 2. Vt rem functionem de conſuetudine habere, probetur. 3 Vt res de ſui natura adoptetur ad numerum, pondus & menſuram. 4. Vt etiam ipſorum contrahentium actus accommmodetur rei aptitudini; puta vt pecunia detur ad numerum. *Schneid. eod. nu. 17. & ſeq. Dd. in l. 2. §. mutui dato ff. de reb. cred.*

Quotuplex eſt mutuum?

Bz. Duplex naturale & ciuile *(vt quidem communiter ſtatuunt, aliqui propriè vnicum tantum eſt mutuum.) Schneid. hic, num. 22. Naturale* ac verè mutuum eſt cum ipſe creditor re ipſa mutuum numerauit. *Ciuile* mutuum eſt quod fictione tale eſt. *Kling. Brederod. hic.*

Quomodo ſubdiuiditur naturale mutuum?

Bz. *In merè naturale*, quando abſque vlla ſtipulatione, & ſic nulla obligatione aut iure cogente, pecunia reipſa numeratur, & dominium eius in mutuatarium transfertur. *Schneid. eod. num. 22. Kling. eod.* Vel *in naturale cui ciuile cooperatur*, id eſt, per fictionem accedentem; puta quando pecunia quidem reuera numerata eſt, ſed fingitur alium eumeraſſe quam qui reuera numerauit; puta dominum numeraſſe cum ſeruus numerauerit. *Schneid. & ibi in margine Gothofred. Kling. eod.*

An non & Ciuile mutuum ſubdiuiditur?

Bz. Omnino diuiditur ſimiliter in *mere ciuile*, puta quando aliquis chirographo cõfitetur ſe pecuniam accepiſſe, quam non accepit. Et *ciuile qui natura cooperaturi* puta quando obligationem de mutuanda pecunia realis numeratio ſequitur. *Schneid eod. Kling. eod.*

An non aliquando, cum initio non eſt contractum mutuum, ex poſt facto confirmatur?

Bz. Omnino, & quidem, 1. per conſumtionem pecuniæ alienæ mutuatæ, *l. 13. ff. ſi cert. pet.* 2. per Vſucapionem. *l. 15. §. ſed ſi in omni ff. eod.* 3. conditionis euentu. *l. 8 ff. ſi cert. pet.* 4. Superuenientia domini in mutuantem ex cauſſa de præterito. Vltimo ſecuta ratihabitione. *Schneid. eod. num. 27.*

Qui

Qui possunt mutuare?

R. Qui consentire possunt; modò rerum, quæ mutuo dantur, dominium habeant & administrationem. *l.2. § penult. hic ibi gl. & Dd.*

An administratores ciuitatum mutuare possunt, aut mutuo accipere, & quid iuris si mutuo accipiant, vel dent?

R. Possunt quidem vtrumque, quatenus mandatum habent: si verò mutuò accipiant, eatenus Ciuitates obligant, quatenus in Reip. vtilitatem versam esse pecuniam creditor probat; *l.27 ff. hic.* Secus ipsi qui contraxerunt soli tenentur. *Treut. hic. th.5. Nisi specialiter id illis concessum fuerit. l.13. C. de instit. act.*

Qui possunt mutuo accipere?

R. Patresfam. puberes & mentis compotes; Filiumfam. si mutuo accipiat, pecuniam quidem numeratam, SC. Macedonianum perpetua exceptione tuetur. *l.7. §.3. ad Maced.* Pupillum mutuo absque tutore accipientem tum demum contractus obligat, si locupletior factus est: *Treut. th.9. hic. Nempe ex vi constitutionis D. Pij. Treut eod.*

An non aliquando cessat Senat. Consult. Macedonianum?

R. Omnino, & his quidem potissimum casibus. 1. Si filiusfamilias pro patrefamilias publice habeatur & in eo errore, ipsi probando, creditor fuerit, *l.3. § pen. ad SC. Maced. & ibi Costal.* 2. Si pro Patrefam. filiusfam. se gesserit, & id creditori ipsius conditionem ignoranti, persuaserit. *l. pen. D. eod. l.1. C. eod.* 3. Si volente patre pecuniam mutuo acceperit, *l. si permittente l. Macedonia. C. eod.* vel mutuationem pater ratam habeat. *leg. fin. C. eod.* 4. Si filiusfam. sit miles; *vt qui ad quantitatem peculij castrensis tenetur. leg.1. in fin. ff. eod.* 5. Si pecunia in eam rem accepta quæ oneribus patris incumbit, *l. item si §. sed etsi filiusfam. ff. eod.* 6. Si filiusfam. factus paterfam. debitum, vel eius partem agnouerit, puta si expromiserit nouatione, vel partem eius soluerit, *d. l. item si §. fin. l.2. C. eod.* 7. Si non nummis principaliter, sed emtione, & quidem sine fraude, mutuum contraxit, & de pretio ac vsuris stipulatione interposita in creditum iuerit. *d. l. 3. § penult. l. filiusfam. C. eod. Vult. iurisprud. lib.1. cap.31. nu. 20. & seqq.*

Quæ ex hoc contractu nascitur actio?

R. Certi condictio, *princ. hic.* item mutui actio, & si certum petatur, &, si quidem pecunia sit credita sub vsuris, Calendarij actio dicta, *Treut. hic. th.* 9. qua conuentus creditum & totum quidem, *l.* 41. §. 1. *de Vsur.* in eodem genere, bonitate & qualitate (licet hoc nominatim cautum non sit) reddere compellitur, *l.* 2. §. 1. *hic. De quo infra latius sub tit. de Actionibus.*

An nummos mutuo acceptos eadem forma, vel materiâ debitor reddere cogitur?

R. Minimè. Ob æstimationem potius nummorum, quã corpora credita, *arg. l.* 49. §. 1. *ff. de solut. Treut. eod. th.* 12. *Quæ quomodo mutata nummorum, siue intrinseca, siue extrinseca bonitate ad rectam solutionem (puta an ex tempore contractus, vel solutionis,) inducenda, infra explicabitur.*

Cum in hoc contractu res non specie, sed genere reddatur, quomodo, vt ne plus vel minus reddatur, ad æqualitatem fit reuocatio?

R. Vel per numerum, vt in pecunia, vel per pondus, vt in cibis, pane, &c. vel per mensuram, in vino, oleo, liquoribus, &c. puta pro rei in mutuum deductæ ratione. *Et est quidem hæc causa cur solas res fungibiles in mutuum venire dixerimus. Vult. Inst. hic. num.* 11. *princ.*

Quid si res debita amplius non reperiatur, aut à debitore præstari non possit?

R. Æstimatio eius rectè soluitur, secundum definitionem præcedentem, *Nou.* 4. *c.* 3. in cuius inducendæ ratione (pro 1. natura iudiciorum bonæ fidei, siue stricti iuris, item obligationum in diem conceptarum. 2. rei iudicatæ) siue litis contestatæ, siue eius temporis quo dies venit, habenda ratio. *Treut. eod. th.* 13.

Quid si res mutuo accepta amissa fortè sit?

R. Id non liberat debitorem, licet casu sit amissa, *l.* 11. *C. hic.* Nisi siue mora restituendi, siue culpa casum præcedens, debitori queat imputari, *l.* 12. §. 3. *depos. l.* 4. §. 4. *Commod.* vel aliud actum sit. *Treut. eod. th.* 14.

INDE-

INDEBITI SOLVTIO.

Quomodo indebitum refertur inter contractus re constantes, cum potius sit distractus?

R. Quia indebitum, quasi mutuo datum, atq; ita indebiti solutio quasi mutui datio censetur, & inde repeti potest: (promutuum Cuiacio dictum) distractus verò non est, nisi ex parte soluentis. Vnde & inter distractus à Iustiniano infra refertur.

Quid ergo vocat Imperator hic indebitum?

R. Indebitum dicit pro indebiti solutione, h.e. quando quis per errorem id soluit quod non debet, §. 1. *hic.*

Qua ex indebiti solutione nascitur obligatio?

R. Ea, quod indebitè solutum accipiens, per interuentum rei ipsi solutæ, obligatur ad illud, quod sic indebitè solutum est, restituendum. *Schneid. hic.*

An hoc procedit indistinctè in omni indebito?

R. Non.

Quotuplex ergo est indebitum?

R. Quadruplex, 1. quando, quod ciuiliter indebitum, naturaliter est debitum; *puta, si quis id soluat quod debet ex sola obligatione naturali, ex. gr. ex nudo pacto, vel testamento minus solenni.* 2. Indebitum naturaliter, & debitum ciuiliter, id est, *debitum per chirographum spe futura numerationis datum, pecunia non numerata, id est, ex contractu literarum.* 3. Indebitum naturaliter & ciuiliter simul, i. e. *quod neque ciuili, neque naturali obligatione debetur.* 4. Indebitum ope exceptionis, siue temporalis, siue perpetuæ, siue dubiæ, siue ad rigorem iuris conseruandum introductæ, *vt est exceptio Epistolæ D. Adriani in materia fideiussoris. Schneid. hic. num. 2.*

In quo genere indebiti hic contractus locum habet, & quatenus locum habet repetitio?

R. 1. In debito naturaliter & ciuiliter indebito, sed si errore facti, non si errore iuris indebitum est solutum, ex. gr. *si heres integra legata ideò soluit, quod sufficientem adeò putauit esse hereditatem, vt nihilominus Falcidiam posset retinere, non si se eam retinere posse simpliciter ignorauit.* 2. In ciuiliter debito,

& naturaliter indebito, indiſtinctè ſiue facti, ſiue iuris error interceſſerit. 3. In vtroque modo indebito ſimiliter. 4. In indebito ope exceptionis, non datur repetitio, ſi ea eſt temporalis. Vt nec in perpetua, ſiquidem ea eſt odioſa, *vt in exceptione SC. Macedoniani. Puta ſi Filiusfam. mutuo acceptam pecuniam ſoluit, non repetit, licet ſolutionem per iſtius S.C. exceptionem declinare potuiſſet.* Omnino, ſi eſt fauorabilis, *vt in exceptione SC. Velleiani*, & quidem quocunque errore ſit ſolutum. ex.gr. *mulier fideiubens, ſi ſoluerit id debitum pro quo fideiuſſit, repetitionem habet, quomodocunque errauerit.* In dubia exceptione, puta in debito ſub cõditione, omnino, ſi quidem ante euentum conditionis; minimè ſi ea extante ſit ſolutum, *l. 16. ff. de cond. indeb.* In exceptione ad rigorem iuris introducta *(puta ſi ex pluribus fideiuſſoribus vnus per errorem ſolus totum debitum ſoluerit)* locus non eſt repetitioni, *Kling. Schneid. hic.*

Per quam actionem datur repetitio?

R. Per condictitiam, *Text. hic.* condictionem indebiti vocamus; *de qua infrà.*

Qua requiruntur vt competat?

R. Vt ſolutio actualiter interuenerit, & quidem per errorem, eumque non tantùm ſoluentis, ſed & recipientis. *Quia qui ſciens indebitum accipit, furtum committit, l. 18. ff. de cond. fur. qui ſciens indebitum ſoluit, donare videtur. l. 53. ff. de R. I.*

Quod eſt eiuſdem fundamentum?

R. Naturalis æquitas, ne quis cum alterius iactura locupletetur. *Nempè hic quiquid non ex æquo & bono debetur indebitum cenſetur. Treut. hic. th. 9. tit. D.*

Cum huius contractus ſit fundamentum ne quis locupletetur cum alterius iactura, dic quid iuris ſi quidem quis indebitum ſoluerit pupillo ſine tutoris authoritate?

R. Si quidem pupillus factus inde eſt locupletior, omnino tenebitur indebiti condictione, ſecus minimè; puta non magis quam mutui datione; ex qua ſine tutoris authoritate non obligatur. §. 1. *hic. l. 7. ff. de ſolut. l. 5. ff. de auct. tut. Perez hic.*

DE

DE COMMODATO.

Quis est contractus tertius re constans, & quomodo definitur?

R. Contractus commodati, quo res aliqua gratis conceditur certi vsus gratia; non vt alia eiusdem generis, sed eadem species *(seu idem individuum)* nobis restituatur; *sic dictus quod res ad commodum vtentis datur. Schneid. hic.*

Explica definitionem?

R. *Gratuitum* dicimus hunc contractum; quia, mercede tali casu intercedente locatio est; *Vsus gratia* dicimus; ad differentiam pignoris & depositi: quæ securitatis gratia sunt, aut custodiæ. *Certum vsum* dicimus; ad mutui differentiam in quo non eadem species, sed idem genus redditur. *Schneid. Kling. hic. Concedi rem* dicimus; quia hic nec est dominij translatio, nec possessionis, quæ commodans retinet. *l. rei commodatio ff. hic. Kling. hic.*

In quo differt ergo hic contractus à mutuo?

R. 1. Quod hic accipiens non fit dominus rei commodatæ, sed commodans proprietatem retinet. 2. In mutuo res eadem genere modo, hic eadem specie redditur. 3. In mutuum veniunt quantitates, seu res fungibiles tantum: in commodatum, corpora vel species, etiam aliæ.

Qui possunt commodare & quibus?

R. Omnes, siue liberi sint, siue serui, etiam filiusfam. nec modò bonæfid. possessor, sed & prædo. *l. si seruus & seq. ff. hic.* item qui vsumfructum, habitationem, vel aliam seruitutem habet, vxor rem viri. *Mozz. hic.* Et quidem vnicuiq; etiã impuberi, item libero homini bona fide seruienti, vni pluribusve, non furioso. *Quia in eum non datur actio commodati, sed tantum ad exhibendum. l. 1. in fin. l. 2. ff. hic.*

In quibus rebus potest commodatum contrahi?

R. In rebus mouentibus, mobilibus, siue corporalibus, siue incorporalibus, puta habitatione, non in ijs quæ vsu consumuntur, *l. 1. §. inter commodatum. l. 3. §. fin. ff. commodati.* Nisi ad pompam, vel ostentationem tales res dentur. *d. l. 3. §. fin.*

Qua veniunt in illo contractu præstanda, siue ex natura contractus, siue ex accidenti?

R. 1. Dolus. 2. Omnis culpa. *Quia regulariter hic contractus accipientis gratia contrahitur, secundum legem contractus D. R. I.* Nisi aut vtriusque contrahentis gratia, aut solius commodantis initus sit. Quod priori casu non præstatur culpa leuissima; Posteriori culpa modo lata: Neutiquam verò præstatur hic casus fortuitus, *(puta incendij, ruinæ, naufragij, latronum, hostiumve incursus,)* nisi quem culpa, aut mora præcesserit, *l. 5. §. t. h.* aut id pacto conuentum. *l. 1. C. h. t.* aut res æstimato data fuerit, & de æstimatione reddenda conuentum sit. *l. 5. §. 3. Text. hic. Schneid. eod.*

Quotuplex actio oritur ex hoc contractu?

R. Duplex; *Directa*, quæ datur commodanti aduersus commodatarium eiusque heredem, siue rei commodatæ dominus sit, siue non; etiam prædoni, vt finito vsu, aut tempore præscripto elapso, res commodata reddatur; re deteriorata, id quod interest; peremta, æstimatio præstetur. 2. *Contraria*, quę datur commodatario aduersus commodantem, si re commodata eum planè non patiatur vti, vel vsum eius intempestive auferat, vel damna ex vitiosa re, scienter commodata, passus sit.

DE PRECARIO.

Feciſti ſtatim mentionem precarij, & ab eo commodatum diſtinxiſti, dic quid vocas precarium?

R. Precarium dicitur genus liberalitatis, *(contractus etiam vocatur, l. 23. de R. I. accedens ad contractum innominatum do vt facias vt rem ad libitum meum reſtituas. Treut. de commodato, th. 4. litt. b.)* quo quid precibus petentis vtendum conceditur tamdiu quoad is qui cōcessit patitur. *l. 1. pr. l. 2. in fin ff. de prec.*

An ergo donatio est?

R. Minimè: Quia in ea transfertur dominium, & traditione semel perfecta, nec ipsa reuocare, nec res repeti potest. *Tot. tit. C. de reuoc. don.* Precarium non dominium, sed vsum transfert, & datur vt repeti res possit. Vnde magis affine est commodato. *Vvesp. par. Tit. De precario.*

Qua.

Quatenus precarium simile est commodato?

R. 1. Quatenus ad contractus, eo quo dictum modo, etiã refertur, *l.* 23. *De R. l.* 2. Inter easdem personas etiam absentes contrahitur, *l.* 9. *hic.* 3. In rebus etiam ijsdem (*licet precarium magis ad res immobiles, commodatum magis ad mobiles Hotomannus pertinere putet, in comment. ad tit. commod. Treut. eod.*) 4. Obligationem habet ad restituendum, *l.* 2. *C. hic.* 5. Quatenus finitur morte eius cui conceſſum est, *l.* 12. *hic. Treut. eod.*

Quomodo differt à commodatio?

R. 1. *Quoad formam*, commodatum iuris ciuilis regulis informatur, precarium in terminis iuris gentium subsistit, *l.* 1. §. 2. *hic.* 2. *Finem*; in precario, neque vsus rei, neque tempus ex definitum, vt in commodato. *Vvesenb. par. eod.* 3. *Præstationem*; In commodato dolus, culpa ac custodia venit, in precario tantum dolus & lata culpa. *Vvesemb. par. de precario, num.* 4. 4. Addo, quod ex contractu commodati actio datur commodati qualem diximus, ex precario ne quidem præscriptis verbis actio datur; si rem ad viuum recesemus; ex æquo tamen & bono ei actio accommodatur; ac tacito potius, quam expresso negotio: & alias si ex iure quod in re habet, precarium dans agere velit, tum rei vindicatio datur. *l.* 9. 24. *D. R. V.* tum interdictum, *l.* 214. *tot. tit. hic. Treut. de commod. th.* 5 *lit.* h. i.

DE DEPOSITO, & SEQVESTRATIONE.

Quis est quartus contractus re constans, & quomodo definitur?

R. Depositum, (quod & commendatum dicitur) & est contractus realis de re certa gratis custodienda, sub fide eandem in specie restituendi, quandocunque deponenti libuerit, §. *penult. h. t. Vult. iurisp. lib.* 1. *cap.* 33.

Explica definitionem?

R. *Contractus* dicitur gratuitus, quia & hic, si merces interuenerit, locatio potius est. *l.* 1. *ff. depositi. De re custodienda* ad differentiam aliorum contractuum re constantium formalem designandam: *Quia reliqui fiunt, vel vt res planè fiat accipientis*, vt mutuum & indebitum; *vel vsus gratia*,

vt

vt commodatum; *vel ſecuritatis*, vt pignus; *cum hic ſimplex ſit tantum cuſtodia. l.17. ff. eod. l.110. De V. S. Eandem rem reddendam*, cum dico, integram reddendam deſigno, non deterioratam, *l.1. §. qua depoſit. ff. eod. Cum reddendam ad libitum deponentis* dico, à commodato hunc contractuum diſtinguo; quatenus ille, cum regulariter fiat commodatarij cauſſa, certum habet tempus reddendi præfinitum; Hic verò, cum deponentis hoc ſit negotium & vtilitas, ex eius voluntate tempus pendet. *Perez. hic.*

An vt deponens rem ſuam quouis tempore repetere, ſic depoſitarius ſuo officio liberari poteſt?

R. Omnino: Quia ad rem cuſtodiendam, non ad ſeruandam tenetur.

Quotuplex eſt depoſitum?

R. Diuiditur in depoſitum *Vulgare*, ſeu *in ſpecie dictum*, quo res non litigioſa ab vno, vel pluribus deponitur, *Vult. iuriſpr. eod. num. 2. Treut. eod. th. 4.* Et *ſequeſtrationem*, quæ eſt depoſitio rei litigioſæ, ſeu controuerſæ, apud ſequeſtrum à pluribus in ſolidum facta, *Vult. eod. Treut. eod. th. 8.* Ea puta lege, vt, lite quidem pendente cuſtodiatur, finita verò reſtituatur victori. *l. 5. §. 1. & 2. l. 7. & penult. h.t.*

Quomodo ſubdiuiditur?

R. In voluntarium & neceſſarium. Equidem licet depoſitum in ſpecie dictum plerumq; ſit voluntarium, ſeu conſilij deliberati, interdum tamen eſt neceſſitatis vrgentis, puta tribus illis caſibus, incendij, ruinæ, naufragij, *l.1. §. 1. 2. 3. ff. hic. Vult. eod. num. 2.* Et ſequeſtratio non tantum fit iuriſdictionis, ſeu magiſtratus autoritate, parte ſiue vtraque, ſiue alterutra inuita; quæ iudicialis dicitur, *l. vn. C. de proh. pec. ſequeſtr.* ſed & partium conſenſu; quæ conuentionalis dicitur, *l. 89. ff. de ſolut. Vult. eod.*

An licita eſt ſequeſtratio?

R. Voluntaria regulariter, *d. l. vnica. l. 5. & 6. h.t.* Neceſſaria non niſi ex iuſtis & vrgentibus cauſſis. *Vult. eod. num. 8.*

Quatenus indulgetur, & quibus caſibus?

R. 1. In cauſſa denegatæ cautionis, *l. 7. ff. qui ſatisd. cog.* 2. Metus armorum, *l. 13. ff. de Vſufr.* 3. Vel dilapidationis rei litigioſæ, debitore de fuga ſuſpecto. 4. Denique quotieſcun-

cunque ex periculo in mora eius est necessitas: *Ferrar. in form. sequestri seu saximent. Vult. eod. num.* 11. Indulgetur verò ita, vt ea durante parti agenti sumtus ad litem & alimenta egenti præstentur. *Quia per iudiciale sequestrum possessio & dominium non adimitur?*

Quæ eius rei est ratio?

R. Quia voluntarie rem suam deponens eius nec dominium, nec possessionem transtulisse videtur, *d. l.* 17. Licet in voluntaria sequestratione ea transferri possit: Id tamen non fit, nisi id partes velint, *arg. d. l.* 17. *ff. hic.* Vnde id multo minus merito fieri censetur in iudiciali, quæ fit parte inuita.

Quæ ergo in ea iuris ratio circa possessionem?

R. Tanquam dubia relinquitur in suspenso, donec vel partes inter se de lite amicè conuenerint, vel iudicis sententia quis possessor sit, & esse debeat declaretur. *Vult. eod. n.* 7.

Qui possunt deponere?

R. Omnes, siue patresfam. sint, siue filijfam. *l.* 19. *h. t.* siue liberi, siue serui, *l.* 1. §. 27. 30. 31. *l.* 11. *h. t.* etiam prædones & fures, *d. l.* 1. §. 39. (*quibus tamen dominus verus superueniens præferitur, l.* 31. *h. t. Gay. l.* 1. *obs.* 70. *Vvesenb. par. hic num.* 7.) & quidem siue vnus, siue plures, (*quo casu singuli pro parte tantum agunt, nisi aliter conuenerint. d. l.* 1. §. 44. *ff. eod. l. licet eod.*) Non verò deportatus, eo quidem effectu vt actionem habeat; *quia amisit ea quæ sunt iuris ciuilis*: Fisco tamen id quod depositum est, restituendum. *d. l.* 31. *princ. hic.*

Quæ res possunt deponi?

R. Omnes quæ sub factum custodiamque cadunt, *d. l.* 31. *h. t.* tam propriæ, quam alienæ, *d. l.* 3. §. 39. *d. l.* 31. *h. t.* (quæ apud dominium frustrà deponuntur; quatenus ex eo is non obligatur alteri rem suam restituere, *l.* 15. *ff. h. t. d. l.* 31. *eod.*) Sed mobiles tantum in depositio in specie sic dicto, *Vvesenb. par. num.* 4.

Ad quid tenetur depositarius?

R. Ex natura quidem contractus ad rem eandem in specie seu individuo reddendam, *sec. definitionem datam.* Licet aliquando fiat vt in genere restituatur, vt in quantitate non obsignato depositi, *arg. l.* 29. *pr. hic.* (*quia eo casu actum*

vide-

videtur vt tantundem modò reddatur,) vel si conuenerit, vt deposita pecunia depositarius vtatur, & vsuras soluat, *Vvesenbec. hic. num. 15. ex l. 24. l. seq. §. 1. hic.* Quibus casibus licet termini depositi excedantur, tamen lex contractus seruanda. *Vvesenbec. eod.* Ex accidente vero de solo dolo: &(vt subaudiunt Dd.) de lata culpa, non de leui; minus de leuissima, aut de casu fortuito. *Text. hic.* Quia solius deponentis gratia fit hic contractus, *l. 20. l. 32. hic.*

An nullo casu culpam leuissimam, vel casum praestat depositarius?

R. Casibus pluribus. 1. Si de eo expresse sit conuentum. 2. Si fuit in mora restituendi. 3. Si culpa casum praecessit. 4. Si obtulit se deposito. 5. Si pro custodia quid accepit. *l. 1. §. 6. hic. Perez. hic*

An & vsura debentur de depositario ex mora?

R. Omnino debentur ex mora in restituendo facta, vt in omnibus bonae fidei iudicijs, *l. 24. & seq. h. l. 2. C. eod.* Attamen qui eas accipit, depositi priuilegijs renunciasse censetur. *l. 7. §. 1. hic Treut. eod. th. 7.*

Quae sunt priuilegia depositi?

R. 1. Quod in eo non admittitur compensatio, *l. vlt. C. de compens.* 2. Instrumentum depositi habet paratam executionem. *l. 14. §. 1. C. de non pec.* 3. Quod depositario condemnato non datur quadrimestre spatium ad soluendum. *Vvurmser. pract. obs. tit. 23. obs. 1.* 4. Quod deponens, in repetitione rei depositae extantis, praefertur omnibus depositarij creditoribus anterioribus, etiam mulieri. *Vaud. 1. var ff. quaest. 21. infin. Idq; quia rei depositae non modo proprietatem, sed & possessionem retinuit. Treut. eod. thes. 7.*

Ad quid tenetur sequester?

R. 1. Ad rem sibi commissam diligenter custodiendam, 2. Etiam distrahendam, siquidem id vsus ferat, *Puta in rebus quae seruando seruari nequeunt, & quarum diuturnior custodia bono patrifam displiceret.* 3. Et finita sequestratione bona fide reddendam. *Facit. l. 1. §. 2. hic.* 4. Denique quod pacto, vel iudicis sententia continebitur implendum. *d. l. 5. §. 2. Treut. eod.*

Cum sequestrum dixeris speciem esse depositi, quod cum de-

posito

posito in specie sic dicto in genere modo conueniat, expone in quibus ab eo sit diuersum?

Rs. 1. Quod cum in genere res omnes quæ subfactum custodiæ cadunt deponantur, sequestrum in specie sit rei litigiosæ. *d. l. 5. §. 1. l. 6. hic.* 2. Vnus potest rem non controuersam deponere: non nisi plures, puta litigantes, rem litigiosam. 3. Apud sequestrum vnusquisque, cum rem totam suam putet, in solidum videtur deponere: qui rem communem deponunt pro parte tantum, qua norunt se esse modò dominos. *l. 17. h. t. l. 1. §. 2. eod.* 4. Rei depositæ possessio non transit in depositarium, sequester autem (non quidem in iudiciali, sed voluntaria sequestratione) vt dictum, possidet, nisi aliter actum sit. *Vvesemb. part. hic. num. 7. per l. 39. de acq. poss.* 5. Depositum est rerum mobilium, sequestratio etiam aliarum. *Vult. iurispr. eod. num. 13.*

Quomodo tollitur sequestrum?

Rs. Solo iudicis decreto; nisi sufficienter satisdetur. Nec enim iuratoria cautio sufficit: licet in persona fide digna aliter communiter arbitrentur. *Treut. hic thesi 12.*

Quæ actiones oriuntur ex hoc depositi contractu?

Rs. Duæ, 1. Actio depositi *directa*, quæ datur deponenti; etiam furi & latroni. *l. 1. §. si prad. h. &c.* ac vtiliter etiam si vt ei deposita res reddatur conuentum. *Vvesf. hic num. 7.* aduersus depositarium, heredi & in heredem; non tamen aduersus tertium possessorem, nisi cessis actionibus, *l. 16. h. t. quia cum eo non est contractum. Vvesem. par. hic num. 9.* ad repetendam rem depositam, vel eius æstimationem, si peremta sit, aut deteriorata: *Quatenus nimirum dolus, vel lata culpa depositarij arguitur.* De quibus tantum eum teneri diximus, & regulariter quidem in simplum, *l. 1. §. ait Prætor. hic.* nisi incendij, ruinæ, naufragij, vel tumultus causa res sit deposita, vel depositarius mendacij sit conuictus; vt pote quibus casibus is condemnatur in duplum. *l. 1. §. & 2. l. 18. ff. eod. 2. Contraria*, quæ datur depositario, & ius heredibus, contra deponentem & eius heredes, ad repetendos sumtus in rem depositam impensos. Et aliquando etiam ad interesse. Puta si seruum furem quis sciens deponat, *Schneid. hic. De quibus etiam actionibus infra plura*

DE

DE PIGNORE.

Quis est vltimus contractus re cõstans, & quomodo definitur?

R. Pignus, *(non, vt aliàs, pro re oppignorata, sed pro conuentione accepta voce)* est contractus realis, quo creditori ius in re alterius constituitur, propter crediti restituendi, fidem & securitatem, eo persoluto soluendum. §. 4. *hic. Treut. hic thes.* 1. *Eodem sensu hypotheca dictum, l.* 5. § *penul. hic. quoad vsum nominis, adeoq; hypothecariam actionem, (quia siue pignus sit, siue hypotheca, semper in rem agitur contra quemuis possessorem,) non quoad modum constituendi. Quia pignus, quasi à pugno, dicimus quod ad creditorem transit. l.* 11. § *propr. ff. de pignor. l.* 238. *ff. de V. S.*

Quæ est natura huius obligationis realis?

R. Quod accedat principali alicui obligationi, eius firmandæ causa. *l.* 48. *ff. de solut.* &

Quali omnino accedit obligationi?

R. Cuiuis, & cuiusuis generis, *l.* 5. *ff. de pignor. nec pro sorte tantum, sed & pro vsuris l.* 11. § *si in sortem ff. pignor. act.* præsenti, præteritæ, futuræ *l. eod ff. eod.*

Quotuplex est pignus?

R. Diuiditur, vel *ratione causæ efficientis, in expressum*, hominis expressa voluntate constitutum. siue vnius, siue duorum: *voluntarium dictum*: Et *tacitum*, ex dispositione legis & præsumta modò voluntate hominis constitutum, *t. t. quib. caus. tac. pign. contr.* Vel *ratione materiæ*, in generale & speciale.

Quot modis constituitur vnius voluntate?

R. Duobus, 1. Testatoris testamento rem aliquam creditori pignori esse iubentis iussu. *l.* 26 *ff. de pign. act.* 2. Magistratus autoritate.

Quotuplex est pignus authoritate Magistratus constitutum?

R. Pignus hoc *(necessarium dictum quod domino etiam inuito constituatur. Vult. ad* § *item Seruiana Inst. de act. num.* 11. *est, & causa modo formali, ac subiecto distinctum, Vult. eod. num.* 29.) est duplex: I. *Prætorium*, decreto Magistratus conciliatum extra strepitum iudicij per missionem creditoris in possessio-

nem

nem rerum creditoris vel vnius, vel omnium, *Vult. iurispr. C. 33. num. 27. Siue ob non factam solutionem, aut alioqui ob contumaciam debitoris, vt & quando vicinus de damno infecto, aut heres de legato in diem, aut sub conditione præstando cauere detrectant, Schneid. lib. 3 tit. 6. §. item Seruiana, num. 6.* l. I. *Iudiciale*, præcedente definitiua sententia in causſa iudiciali constitutum per iudicem qui eam tulit, *t.t. C. si in causſa iudiciati. Puta quod rei iudicatæ executor ex bonis condemnati iussu Magistratus capit. Treut. hic th. 3.*

Quod est pignus duorum voluntate constitutum?

R. Conuentionale ex partium consensu non constitutum modo, sed & traditum (quod proprijſſime pignus dictum diximus) siue modo constitutum, sed non traditum (hypotheca dictum) *Vult. Iurispr. cap. 34. num. 30.*

Pignus tacitum, quomodo secundum ea quæ dixisti definis?

R. Quod quidem apertè expreſſum non est *(seu expreſſa partium conuentione constitutum)* tacita tamen pactione pignori ineſſe nihilominus creditur, *ex l. 3. C. quib. mod. pig. tac. contr. Vult. eod. num. 8. in margine.*

A quo constituitur hoc pignus?

R. A lege, siue statuto, ob ſingularem fauorem seu priuilegium, & quidem vel perſonam creditorum, vel ipſam crediti causam ſpectans. Ita quidem vt ſine vllo hominis facto, occaſione tamen facto aliquo hominis ei data inducatur. *t.t. in quibus causis pign. vel hyp. tac. contr. D. & C. Vnde legitimum & legale dicitur.*

Vnde dicitur tacitum?

R. Inde quod homo faciens id cuius occaſione pignus à lege conſtituitur, in pignus ipſum conſentire præſumatur. *Vult. eod. num. 8.*

In quibus definitum est lege tacitum pignus respectu ipsorum creditorum?

R. 1. Sic fiſcus habet, hypothecam tacitam in bonis debitorum ex causſa tributorum, & ſuorum contractuum *l. 1. & 2. C. in quibus caussis pignus & hypoc. tacit. contr.* 2. Vxor in bonis mariti pro reſtitutione dotis. *l. vn. §. 1. C. de rei vxor. act.* 3. Pupillus & minorennis in bonis tutorum & curatorum pro administrationis officio, *l fin. ff. in quibus causſ. l. 6. C. eod.*

C. eod. 4. Item pupillus in bonis mariti fecundi cui mater tutrix nupſit non petito alio tutore, nec reſtituta tutela; vt & in bonis ipſius matris, *l. pen. C. hic Nouell. 22. c. 40. & 94. c. 2.* Item in re ex pupillaribus pecunijs emta. *l. 3. princ. ff. de rebus eorum qui ſub tut. Vult. eod.* 5. Ciuitates in bonis adminiſtratorum. *arg. l fin. l quo ord. conu. Neg. de pign. part. 2. memb. 4. num. 119.* 6. Eccleſiæ ob eandem in bonis prælati. *Neguz. eod. num. 120. & ſeq.* 7. Filius ratione bonorum aduentitiorum in bonis patris. *l. 8. §. 4. C. de ſec. nupt. l. 6. §. 2. l fin. C. de bon. quæ lib.* 8. Milites in re emta ex ipſorum pecunia, *Vult. eod. num. 23.*

In quibus definitum eſt tacitum pignus ex cauſſa debendi?

℟. 1. Legatario in bonis teſtatoris pro legato conſequendo. *l. 1. C. in quib. cauſſ.* 2. In illatis & inuectis in prædium pro penſione & damno rei locatæ conductæ in vrbanum quidem indiſtinctè; in ruſticum, ſi ſciente quidem domino illata, *Treut. eod. th. 4.* Vel ſi ita conuentum nominatim. *Vult. eod. num. 13.* 3. In fructibus fundi, vel rei oppignoratæ à debitore, vel eius herede perceptis nondum conſumtis. *l. 15. pon ff. eod. Quod conſumti condicantur. l. 16. §. 4. hic.* 4. In mutuo ad refectionem ædium, (non nauis, aut alterius rei,) *Don. d. c. 4. Treut. ex eo ibid.* mutuanti in ijſdem ædibus, ad quas creditum. *l. 1 ff. eod.* 5. In eo qui aliquem ab hoſtibus redemit in redemto, vſque ad pretij ſolutionem, *l. 2 ff. C. de capt. & poſtlim. l. 21. ff. eod.* 6. In militia emta, ad eius emtionem mutuata pecunia, *l. fin. C. de pign. Nonell. 53. cap. 5. Vult. eod. nu. 24.* 7. Venditori contra emtorem ex emto agentem ad rem tradendam, nec integrum pretium offerentem, *l. 3. §. 8. ff. de act. empt. l. 22. ff. de rei vind.* Non re tradita, aut fide de pretio habita. *Treut. eod. lit. o. Poteſt tamen, donec pretium integrum ſoluatur, expreſſa conuentione pignus contrahi. Treut eod.*

Cum ratione materiæ ſeu rei pignori obligatæ dixeris pignus eſſe vel generale, vel ſpeciale, dic quid vocas pignus generale, & quid in illud venit?

℟. *Generale* pignus eſt cum omnia bona debitoris indiſtinctè pignori obligantur, ſiue præſentia tantum, ſiue indiſtinctè. Quo caſu ad futura etiam trahitur, *l. fin. C. quæ res*

pign.

pign. obligat. poſſ. Bar. in l. 1. hic. ad actiones & nomina, *l. 4. C. eod. ſiquidem ſimpliciter bona ſint nominata, non ſi mobilia & immobilia in ſpecie ſint expreſſa. Quod neutra appellatione iura contineantur, arg. l. 15. §. 2. de re iudic. niſi aliter contrahentes ſenſiſſe appareat.* Item merces venales, *l. 34. princ. hic.* bona emphyteutica, *l. 31. & ibi Goth. hic. Niſi oppignorentur pro quantitate vel aquantes vel excedente pretium ipſorum nec luitionis ſpes ſit. Quod tunc alienata intelligantur, Neguz part. 2. memb. 2. num. 28.* Minimè verò res quas quis veriſimiliter in ſpecie obligaturus non eſſet, *l. 3. & 3. ſeq. hic.* Non ſub pœna prohibita alienari; vt feudum. *c. 1. pr. de prohib. feud. alien.* Non bona fideicommiſſo ſiue puro, ſiue cõditionali onerata, *l. fin. §. 2. Com. de leg.* Nec bona eius qui pignorantis eſt heres. *l. 29 prin. hic.* Non dotalia, *arg. l. vnic. §. 15. C. de rei vxor. act.* Nec ius patronatus, *c. cum Bartholus, de re iudic.*

Quod eſt pignus ſpeciale & quid in illud venit?

R. Quod præcise in rebus certis, aut parte tantum bonorum conſtituitur, *l. 1. princ. hic.* Hoc vltra ſpecificata non extenditur, niſi quoad rerum iſtarum, vel bonorum acceſſoria. *Vt quod per alluuionem fundo obligato accreuit, l. 16. prin. hic. & ibi Gothof.* Item, *proprietati accedens vſusfructus. l. 18. §. 1 eod. partus ancillarum, l. 26. § fin. l. 29. §. 1. hic. Ac proinde & dotis, vel alterius cauſſa priuilegiata vſura & acceſſiones, Farnenſ. de pign. prat. 2. memb. 4. num. 47. & ſeq. Treut. eodem. th. 2. lit. f.*

Qui poſſunt oppignorare?

R. Ij in quorum bonis res oppignoranda tempore conuentionis eſt, *l. 6. C. ſi res alien. pign.* & alienandi eius habent poteſtatem, *l. vlt. C. d. 1.* Vt verus dominus, *l. 6. C. qua res pign. obligat.* vel quaſi, vt Emphyteuta; *modò canonem ſoluat. l. 21. h. t.* Superficiarius, *modò domino ſoluat ſolarium. l. 13. §. 3. hic.* Bonæ fidei poſſeſſor, cui Publiciana competit, *l. 31. §. hic.* Et quidem vnus dominorum rem communem, *l. vnic. C. ſi res com. pign. ſed pro parte tantum ipſius, leg. 7. Cod. comm. vtr. iudic. Vt paſſim, Coa. de rerum comm. alien.* Item qui dominorum loco habentur, vt tutores & curatores rem pupillorum, vel minorum, &c. *l. 27. ff. de adminiſtrat. titul. Sed debito modo, id eſt nec ſine iuſta cauſſa, nec ſine iudicis decreto,*

l.1. ff. de reb eor. qui sub tut. & cur. Non pupillus sine tutoris aut. itate, l.1. ff. qua res pignor. dar. poss. II. Procurator rem suam, pro domino, *l.5.§.1. hic. Non rem domini citra eius voluntatem, l.1. C. si res al. pign.* III. Mulier pro se rem suam, *l.13. & 16. ff. ad SC. Velleian. Si pro alio ipsa, vel alius pro ea id fecerit, utrique succurritur, l.2. C. qua res pignor. oblig. l.11. C. de distr. pign. Mulieri is quia pro alio intercedens SC. Velleiano liberatur.* IV. Pater res peculiares filij, *l.36.§.1. ff. hic. Quod peculij dominium & possessio penes patrem non sit. l.93. ff. de R. I. Non filius ipse, ob eandem rationem. Nec pater res aduentitij peculij. Quia licet patris in ijs est vsusfructus, proprietas tamen est filij, l.vlt. C. de bon. qua lib.*

Qua res oppignorari possunt?

R. Qualescunque *l.35. 2. hic.* 1. Quæ reuera in oppignorantis sunt dominio. 2. Vel in quasi dominio; vt prædia vectigalia, superficiaria, & quæ à non domino bona fide acquiruntur. *Secundum ante dicta.* Etiam nomina creditorum, *l.13. in fin. l.20. hic.* Vsusfructus, *l.9. addita, l.11.§.2. hic. Sed vtraque tuitione Prætoris, l.11.§. Vsufruct. hic. Nisi specialiter sint prohibita.*

Qua prohibentur oppignorari?

R. Prohibentur quædam oppignorari *naturâ*: vt res Sacræ, sanctæ, & religiosæ, ijsq; annexæ, vt ius patronatus, *c. Cum Bartoldus de sent. & re iud. Mozz. hic num.14. l.3. C. qua res pign. Quia non sunt in commercio* Vniuersitatis. Sed quidem à singulis, *quia non sunt singulorum, l.1. §. De R.D.* Liber homo, *quia nullius in bonis est. l.19. ff. de acq. dom.* Res alienæ purè, & in domini quidem præiudicium. *th. 1. per totum C. si res al. pign. dat. Quia is qui in re nullum ius habet, nec alteri ius constituere potest, l. nemo ff. de R. I.* nisi ipsius domini consensu, vel ratihabitatione, *l. aliena res, pr ff. de pign. act.* Item nisi debitor ius aliquod in rem habeat; *Quia tum obligatio quoad id ius valet, l. grege, §.1. & seq. ff. hic.* Valet & facta obligatio sub conditione, si sua erit, *leg.1. §. quod dicitur ff. hic.* Seruitutes prædiales, siue vrbanæ. *Vt nec etiam tuitione Prætoris consistant, arg. leg. si is qui leg.* 11. §. *vlt. ff. hic.* siue rusticæ. *Qua tamen tuitione Prætoris consistunt. Nempe quia seruitutes rustica prædio vicini non cohærent, sed potius sunt*

in

in prædio vicini, & sunt in prædio nostro cui debentur, & per continuam possessionem seruari non possunt, leg. 14. ff. de seruit. Vrbana verò non sunt in prædijs vrbanis, sed his coherent, puta vrbani prædij superficiei, per quam possessio retinetur. leg. 20. ff. de seruit. Lege, 1. Prædia, vasa, & vestes Ecclesiæ, *tanquam ad religionem necessaria, l. sancimus, 21. C. de SS. Eccles. nisi ob redemtionem captiuorum, d. l. 21.* Res feudales, *c. 1. de proh feud. al. Gayl. 1. obs. 17. Vvesenb. par. Qua res pign. num. 2.* 2. Fundus dotalis, *t. t. ff. de fundo dotali.* 3. Res litigiosa, *l. 1. §. vlt. ff. qua res pign. Quia ob dubium litis euentum non omnino nostra videntur.* 4. Res Minorum; *Ob prohibitam earundem alienationem (cuius species est oppignoratio) sine decreto iudicis, l. 1. C. de prad. ali. reb. min.* 5. Res fideicommissò obnoxiæ, *l. fin. §. 2. C. com. de leg.* 6. Præmia sperata victoriæ, *l. 5. C. qua res pign.* 7. Instrumenta ad agriculturam pertinentia, *l. 8. cum l. seq. C. qua res pign. Ne tributorum illatio in mora fiat.*

Quomodo constituitur pignus?

R. Constituitur pignus quibuscunque verbis, etiam sine scriptura, *l. 4. de pign.* & subscribendo contractui in quo res sua obligatur. *leg. fideiussor §. 1. ff. de pign. & ibi gl. Bartol. Mozz. col. 3. num. 7.* Etiam per pactum inter creditorem & debitorem initum, vt liceat creditori alienare rem aliquam pro suo credito. *Text. & ibi not. Bart. in l. 3. §. fin. ff. qui pot. in pign. Mozz. eod num. 9.* Et quidem vel purè, vel adiecta conditione & die. *l. 6. ff quib. mod. pign. & hypothec. sol.* alijsq; pactionibus. *Et ratum quidem habendum quomodocunque constituatur, nisi constitutio iuri aduersetur. leg. 55. de leg. 1. Nou. 22. c. 33.*

Da exempla pactionum quæ adiici pignoris constitutioni solent?

R. Sunt ea varia; considerandæ quatenus sunt prohibita, vel permissa. Permissa dico; quia tanquam accidentia, non attingentes ipsam contractus substantiam, (*de talibus enim loquimur.*) adesse, vel abesse possunt citra subiecti (*h. e. ipsius contractus*) corruptionem. *Mozz. de pignor. §. accidentalia num. 1.*

Da ergo exempla pactorum prohibitorum?

R. Tale est. 1. Pactum legis commissoriæ, (*puta quando*

conuenit vt res pœnæ nomine ob non impletam contractus legem retineatur, tanquam quæ in commissum ceciderit,) l. 1. ff. de leg. commiss. l. 1. in fin. C. de pact. pign. adeò improbatum, vt nec indirectè appositum valeat, *Ias. in l. 122. princ. De V. O. num 25. 27.* Neque ex post facto. *Mud. tractat. de pign. cap de pacto l. commiss. num. 20. Licet Dd vulgo dissentiant. Treut. hic th. 6.* nec quidem iuratum, *Panorm. in c. significant hic. Idque quod tanquam fiduciæ aduersum in hoc contractu iniquum censeatur; ne debitor prater spem quod suum est amittere, vel iniquè vendere cogatur. Treut. eod. tit. d. In contractu emtionis & venditionis admissum, l. 1. & per tot ff. de leg. commiss. l. legis commissoriæ, C. de pact. inter empt. & vend. Rationem infra dabimus.* 2. Pactum vt ne liceat luere pignus per 30. annos; *Quia prohibitio perpetua censetur, l. fin. ibi gl. C. de pact. pign. Mozz. eod. num. 24.* 3. Pactum ne liceat debitori vendere pignus, *l. si creditor §. vlt. ff. de distract. pign. Quomodo etiam adiecta pactione ne creditor vendat pignus, vendi nihilominus possit, statim dicetur, l. 4. ff. de pign. act. Mozz. eod. num. 25.*

An pactum legis commissoria hic simpliciter est prohibitum?

Rz. Omnino 1. si quidem sit conceptum per verba directa dominij translationem importantia. *(Exemp. gr. nisi soluatur infra tale tempus debitum, res oppignorata sit in solutum tradita creditori, vel sit creditoris, vel sit ei vendita, vel ius ei faciendi quod vult, & similia,)* Vnde nihil operatur. Non si per verba obliqua, eam non importantia. *e. g. cum debitor si non soluerit in termino ipse promittit dare in solutum. Text. ibi gl. in l. vers. pertinet C. de pact. int. empt. & vend.* Vnde & operatur vt post elapsum soluendi terminum creditor quidem retinere pignus possit, sed saluo debitori ante venditionem vel dationem in solutum iure debitum offerendi & soluendi, & tuendi pignus, *Mozz. eod. num. 5. per l. 3. C. de pign.* 2. Non valet quidem tale pactum principio, sed omnino post ex interuallo adiectum, saltem ad retentionem & exceptionem, *l. quamuis & ibi Bart & in l. Titius ff. de pign. act. Mozz. eod. num. 12. Quia ab egente debitore initio extortum videtur.* 3. Valet adiecta clausula, vt pignus sit venditum & in solutum datum pro iusto pretio, *ob cessantem damni suspicionem,* æstimatione iudici commissa, *Mozz. eod. num. 13.* 4. Non valet quidem

quidem si quidem initum sit inter creditorem ipsum & debitorem: factum à debitore cum fideiussore, vel alio extraneo à creditore, omnino *l. fin. pr. & ibi Bart. & Salic. ff. de contr. empt. Quia ibi agitur de praiudicio tertij.* 5. Valet fauore dotis. Quando quidem agitur de dote danda marito. (*licet dissentiant Dd. act. Moz. eod. num. 16.*) minimè verò appositum in fauorem mulieris creditricis pro restitutione suæ dotis, *l. quamuis ff. de sol. Mozz. eod. num. 6.*

An cum pacto ἀντιχρήσεως constitui pignus potest: puta vt creditor rei oppignoratæ fructus lucretur vsurarum loco, aut aliquid pro vsu pecuniæ accipiat?

R. Licet creditor de iure fructus rei oppignoratę non lucretur, sed in sortem imputet; constitui tamen ista lege pignus potest: & quidem licet superet legitimum vsurarum modum; Sed non nisi modò fructuum prouentus sit incertus. *Quod modò propter istam incertitudinem hoc pactum admittatur, & citra eum excessus tanquam iniustus non admittendus censeatur, vid. l. 14. 17. C. de Vsur. & per l. 17. Balduin. Gayl. 2. obs. 3.*

Quis est effectus pignoris ritè constituti?

R. 1. Vt creditor pignus consecutus ei incumbere, 2. non consecutus id persequi, 3. Si ei incumbat, solutione principalis debiti non secuta distrahere possit. 4. Eadem secuta debitori restituere teneatur.

Quomodo pignori incumbit creditor?

R. Ita vt teneat quidem rem pignori traditam, sed non possideat, *l. pen. §. credit. ff. qui satisd. cog. Quia non animo domini, sed ipsi debitori tenet, l. 13. ff. de vsuc. & vsur.* (*Vnde nec eo vti potest; quia pignus ad securitatem, non ad vsum datur, §. vlt. hic.*) ne quidem missus in possessionem iussu Magistratus ex primo decreto; in personali quidem actione, *l. 1. §. 1. vers. denique ff. de acq. poss. Quia custodiam tantum adipiscitur, l. 3. §. quod autem ff. de acq. poss. Quod in personam potius ius habet, eam verò possidere nequeat, in rem eius verò modò in subsidium mittatur, Obrecht. disput. hic thes. 355.* Omnino in actione reali, *Quia in hac se ius in re habere creditor dicit, & contumax debitor à possessione depellitur, l. 15. §. si ante ff. de damn. infect.* Vel in actione personali immissus ex secundo decreto, *Quia & tum demum. vel itor contumax repellitur.*

conuenit vt res pœna nomine ob non impletam contractus legem retineatur, tanquam quæ in commissum ceciderit,) l. 1. ff. de leg. commiss. l. 1. in fin. C. de pact. pign. adeò improbatum, vt nec indirectè appositum valeat, *Iaſ. in l. 122. princ. De V. O. num 25. 27.* Neque ex post facto. *Mud. tractat. de pign. cap de pacto l. commiss. num. 20. Licet Dd vulgo dissentiant. Treut. hic th. 6.* nec quidem iuratum, *Panorm. in c. significant hic. Idque quod tanquam fiduciæ aduersum in hoc contractu iniquum censeatur; ne debitor prater spem quod suum est amittere, vel iniquè vendere cogatur. Treut. eod. tit. d. In contractu emtionis & venditionis admissum, l. 1. & per tot ff. de leg. commiss. l. legis commissoriæ, C. de pact. inter empt. & vend. Rationem infra dabimus.* 2. Pactum vt ne liceat luere pignus per 30. annos; *Quia prohibitio perpetua censetur, l. fin. ibi gl. C. de pact. pign. Mozz. eod. num. 24.* 3. Pactum ne liceat debitori vendere pignus, *l. si creditor §. vlt. ff. de distract. pign. Quomodo etiam adiecta pactione ne creditor vendat pignus, vendi nihilominus possit, statim dicetur, l. 4. ff. de pign. act. Mozz. eod. num. 25.*

An pactum legis commissoria hic simpliciter est prohibitum?

R. Omnino 1. si quidem sit conceptum per verba directa dominij translationem importantia. *(Exemp. gr. nisi soluatur infra tale tempus debitum, res oppignorata sit in solutum tradita creditori, vel sit creditoris, vel sit ei vendita, vel ius ei faciendi quod vult, & similia,)* Vnde nihil operatur. Non si per verba obliqua, eam non importantia. *e. g. cum debitor si non soluerit in termino ipse promittit dare in solutum. Text. ibi gl. in l. vers. pertinet C. de pact. int. empt. & vend.* Vnde & operatur vt post elapsum soluendi terminum creditor quidem retinere pignus possit, sed saluo debitori ante venditionem vel dationem in solutum iure debitum offerendi & soluendi, & tuendi pignus, *Mozz. eod. num. 5. per l. 3. C. de pign.* 2. Non valet quidem tale pactum principio, sed omnino post ex interuallo adiectum, saltem ad retentionem & exceptionem, *l. quamuis & ibi Bart. & in l. Titius ff. de pign. act. Mozz. eod. num. 12. Quia ab egente debitore initio extortum videtur.* 3. Valet adiecta clausula, vt pignus sit venditum & in solutum datum pro iusto pretio, *ob cessantem damni suspicionem,* æstimatione iudici commissa, *Mozz. eod. num. 13.* 4. Non valet quidem

quidem si quidem initum sit inter creditorem ipsum & debitorem: factum à debitore cum fideiussore, vel alio extraneo à creditore, omnino *l. fin. pr. & ibi Bart. & Salic. ff. de contr. empt. Quia ibi agitur de præiudicio tertij.* 5. Valet fauore dotis. Quando quidem agitur de dote danda marito. (*licet dissentiant Dd. act. Moz. eod. num. 16.*) minimè verò appositum in fauorem mulieris creditricis pro restitutione suæ dotis, *l. quamuis ff. de sol. Mozz. eod. num. 6.*

An cum pacto ἀντιχρήσεως constitui pignus potest: puta vt creditor rei oppignoratæ fructus lucretur vsurarum loco, aut aliquid pro vsu pecuniæ accipiat?

R. Licet creditor de iure fructus rei oppignoratę non lucretur, sed in sortem imputet; constitui tamen ista lege pignus potest: & quidem licet superet legitimum vsurarum modum; Sed non nisi modò fructuum prouentus sit incertus. *Quod modò propter istam incertitudinem hoc pactum admittatur, & citra eum excessus tanquam iniustus non admittendus censeatur, vid. l. 14. 17. C. de Vsur. & per l. 17. Balduin. Gayl. 2. obs. 3.*

Quis est effectus pignoris ritè constituti?

R. 1. Vt creditor pignus consecutus ei incumbere, 2. non consecutus id persequi, 3. Si ei incumbat, solutione principalis debiti non secuta distrahere possit. 4. Eadem secuta debitori restituere teneatur.

Quomodo pignori incumbit creditor?

R. Ita vt teneat quidem rem pignori traditam, sed non possideat, *l. pen. §. credit. ff. qui satisd. cog. Quia non animo domini, sed ipsi debitori tenet, l. 13. ff. de vsuc. & vsur.* (*Vnde nec eo vti potest; quia pignus ad securitatem, non ad vsum datur, §. vlt. hic.*) ne quidem missus in possessionem iussu Magistratus ex primo decreto; in personali quidem actione, *l. 1. §. 1. vers. denique ff. de acq. poss. Quia custodiam tantum adipiscitur, l. 3. §. quod autem ff. de acq. poss. Quod in personam potius ius habet, eam verò possidere nequeat, in rem eius verò modo in subsidium mittatur, Obrecht. disput. hic thes. 355.* Omnino in actione reali, *Quia in hac se ius in re habere creditor dicit, & contumax debitor à possessione depellitur, l. 15. §. si ante ff. de damn. infect.* Vel in actione personali immissus ex secundo decreto, *Quia & tum demum debitor contumax repellitur.*

Quomodo persequitur pignus?

82. Actione quidem *Seruiana directa*, qua res in prædium rusticum à Colono illatas, & quidem pro mercede vel deteriorationē rei expresse obligatas, creditor contra quemuis possessorem vindicat, §. *item Seruiana inf. de act. Treut. hic.* Vel *quasi Seruiana*, qua vindicat res inquilini tacite, vel alterius debitoris quomodocunque obligatas, §. *eod.* Vt ita pignoris sibi constituti possessionem ipse consequatur, *Vvesenb. part. de distract. pignor. numer. 1. De quibus actionibus infra pluribus.*

Quatenus & quando pignoris distrahendi creditori potestas est?

82. Post quam ipse possessionem pignoris fuerit consecutus, & moram commiserit debitor in solutionē siue omnino cesset, *l. 4. ff. l. 9. C. de distr. pign. l. cessante eod.* siue modò partem debiti, vel soluat, vel offerat. *l. quamdiu, ibique Got hofr. in notis. Quod idem est ac si non soluisset vt infra dicetur, sub tit. Quib. mod. obl. solu.* Siue pactum de distrahendo sit adhibitum, *(quod olim solenne fuit, l. 3. C. de distr. pig.)* ex eodem pacto tanquam ex voluntate debitoris: post solennē tamen commonefactionem, siue eo non adiecto, *Quod eo iure vtamur, vt non appositum pro conuento habeatur, Vvesenb. par. eod. num. 2.* authore iudice & bona fide secundum modum in iure constitutum, & à nobis supra, *sub d. tit. Quib. alien. lic. vel non licet* expositum.

Quid si res pluribus sit oppignorata, quid circa pignoris persecutionem vel distractionem iuris?

83. Discreptari eo casu solet vter alteri sit præferendus, & quidem regula hic est, quod *(temporis habita ratione, non contractus principalis, sed pignoris constituti, l. 8. l. 10. ff. qui pot. in pignor. l. 2. l. licet C. eod.)* qui prior tempore potior sit iure; etiam is qui in prioris locum successit, siue offerendo, siue soluendo debitum, *l. 1. C. qui pot. in ping. l. fin. C. de his qui in prior loc.* Eodem tempore re pluribus obligata omnes concurrunt, *(siue in solidum, siue pro parte, prout inter contrahentes conuenit; si nihil conuenit pro quantitate debiti, l. 16. §. 8. ff. de pig. l. 7. Qui pot. in pig.)* ita tamen vt possidentis causa præualeat. *Quia sibi vigilauit. l. 10. ff. de pign.*

An

An hoc in omni pignoris genere locum habet?

R. Ita quidem, vt nihil interſit pignus ſit conuentionale, prætorium, *(licet de eo quidam dubitent Cniac. lib. 5. cap. 30.)* an iudiciale; res generaliter, an ſpecialiter obligata, *(Ita tamen vt non debeat qui generale pignus habet, ſi aliunde ei ſolui poſſit, ſecundo creditori pignus ſpeciale auferre. l. 24. C. de pign. l. 23. §. 1. ff. qui pot. in pign.)* an tacitè, *l. vnic. C. rem alien.*

An verò præcedens regula prælationis ſecundum temporis prioritatem aliquando non fallit?

R. Fallit ob priuilegium conceſſum aliquibus; idque tum ratione perſonarum, tum ratione cauſſæ contractus.

In quibus fallit ex priuilegio ratione cauſſa contractus?

R. In eo qui pecuniam mutuauit, & quidem expreſſe, in refectionem, vel conſeruationem alicuius ædificij *(non qui in ipſam ædificationem mutuauit, quia reficiens ſaluam fecit pignoris cauſſam,)* modo ædes reuera ſint reparatæ, & ad reparationem pecunia, & neceſſario quidem, fuerit impenſa, ad nominatim ea res pignori obligata, *l. lit. C. & l. Interdum cum ſeq. ff. Qui pot. in pig.* 2. In mutuante pro aliqua re emendata, *puta nouo ædificio, naui*, vel de nouo facienda, ea lege vt res talis emta vel facienda ei pignori ſit obligata, *d. l. licet* 3. Qui in funera & exequias pecuniam impendit. *l. pen. ff. de relig. & ſumpt. fun. Religionis & publicæ vtilitatis cauſſa, ne inſepultæ relinquantur cadauera: Adeò vt tales nec à dote, l. 19. ff. eod. nec ab expreſſo anteriore pignore vincantur, l. 14. ff. eod* 4. In ſumptibus medicis & pharmacopolis præſtandis in mortui valetudinem, vel in teſtamenti inſinuationem, inuentarij confectionem, vel alias hereditatis cauſſas impenſis, *l. 4. C. de pet. hered. l. 3. C. de relig. & ſumpt. fun. 5.* Qui ſeruum captum redemit, *l. 12. §. 12. de cap. & poſt.*

In quibus fallit eadem regula ex priuilegio ratione perſonæ?

R. 1. In pupillo ratione rei ipſius nummis comparatæ, *l. penult. C. de ſer. pign. dat. l. 7. qui pot.* item in bonis tutorum, *l. vlt. de tut. rat. diſtr.* 2. In muliere quoad perſecutionem dotis numeratæ, non confeſſatæ, *l. 12. C. qui pot. in pign.* nec quoad paraphernalia & donationē propter nuptias, *d. l. 1. §. 1. verſ. ſi tamen. An verò expreſſam anteriorem hypothecam habentibus præferatur, variant Dd.* 3. In fiſco, in debitis non in pœnis, *l. 28.*

ibi Eart. de iure fisci, l. 11. *C. de pan. fisc.* An & hic circa expressam hypothecam? *diff. Dd. Vvesp. ff. qui pot in pign. Obrecht. disp. de pign. thes.* 437. *& seq.* Plures casus quibus prior regula fallit, enumerat *gloss. in l. priuilegia ff. de priuileg. cred. in verb. ex causa. Dyn. in cap. Qui prior de R. I. in 6. Negus. de pignor. & hypothec. part.* 15. *membr.* 2. *per tot. Vide Galy.* 2. *obseru.* 25. *num.* 5.

Quomodo solvitur pignus?

℟. 1. Debiti solutione, siue vera & naturali *l.* 9. §. 3. *de pign. act. l. pen. C. eod.* sed integra, *l.* 6. *C. de distr. pign.* siue ficta, puta principalis debiti remissione, *l.* 1 §. 1. *quib. mod pign solu.* aut si paciscatur ne petat, *l.* 5. §. 2. *ff. quib. mod. pign. vel hypot. solu.* aut obligationem nouet, *l.* 18. *ff. de Nouat. &c.* 2. Oblatione, consignatione & depositione debiti, *l.* 1. *C. qui pot. in pign. l. fin. de pign. act.* 3. Voluntate creditoris expressa. *puta per pactum vt ab hypotheca recedatur. l.* 5. *ff. quib. mod.* Vel tacita. *si creditor venditioni pignoris consentit. l.* 4. § 1. *eod. Puta omni alienationi atque etiam noua obligationi. Vvesp. par. eod. num.* 2. *quod non censetur feciſſe etsi id vendi sciat. Nisi cum agitur de libertate, l.* 1. *C. de remis. pign. aut de re fisci, l.* 8 *C. eod. Si tamen saluam voluerit pignoris esse causſam, aut ex pretio venditionis sibi satisfieri, non secuta solutione, ius suum retinet, l, secut.* §. *illud ff. hic.* 4. Rei pignoratæ, siue corporalis, siue incorporalis, interitu totali, non partiali. *l.* 16. §. 2. *hic.* 5. Tempore, *si quidem ad certum tempus modo est constitutum, d. l.* 6. *pr.* 6. Mutatione debitoris, *l.* 1. §. *fin. eod.* 7. Sententia, vel iureiurando: Puta si iudicatum sit, vel iuratum pignus non esse obligatum, *l.* 5. §. *fin. l.* 13. *ff. eod. Vvesp. par. eod. per totum, Treut eod. th.* 9. *per totum.*

Pignore soluto quid iuris?

℟. Oritur ex ista solutione actio pignoratitia duplex; vna *directa*, qua agit debitor aduersus creditorem sine legitima causſa pignus retinentem, vt sibi rem oppignoratam restituat, vna cum fructibus, § *fin hic. l.* 9 *l.* 22. *de pign. act. l vlt. C. eod.* & damnum datum in re oppignorata refarciat, *l.* 14. 25. *eod.* Altera *contraria*, qua creditor agit aduersus debitorem ad id quod ip si pignoris causſa abest, *l.* 16. §. 1. *eod. Treut. thes. vlt. eod.*

Qua omnino veniunt in hoc contractu præstanda ex accidente?

℟. Dolus,

R. Dolus, lata, leuisque culpa. *Quia vtriusque & creditoris & debitoris hic caussas huius vt ei pecunia credatur, illius vt in tuto sit creditum, Text. hic.* Non leuissimas *Quia illa ei imputatur cuius solius gratia contractum.* Non casus fortuitus, modò ne præcesserit creditoris culpa. *Quia placuit & eum securum esse.*

TIT. XVI.

De Verborum Obligationibus.

QVæ est secunda species contractuum?

R. Eorum qui verbis contrahuntur & verborum obligatio dicuntur, quia ad eorum subsistantiam certa verborum solennitas, interrogatione stipulatoris, & responsione promissoris constans, requiritur. Alias stipulationes dicti. *Text. pr. hic.*

Qua est contractus stipulationis origo?

R. Contractus huius origo ex I. Ciuili est: introductus vt promissio temere facta à consulto concepta iure distingueretur. Ita quidem, vt, cum ex nudo pacto, in quo consensus plerumque leuiter interponitur, actio iure ciuili non detur, sed tantum exceptio, *(quod iniquum videretur homines leuiter verbis illaqueari,)* daretur ex stipulatione meditata. *Schneid. hic num. 8.*

Quid est contractus stipulationis, seu verborum obligatio?

R. Stipulatio (*à stipulo, quod veteribus firmum significabat pr. hic.*) est verborum conceptio, quibus is qui interrogatur, se id quod interrogatus est congrua & in continenti subsequente responsione daturum aut facturum promittit, eaque responsione ad idem dandum vel faciendum obligatur. *pr. hic l. 7. ff eod.*

Qua omnino requiruntur ad stipulationem?

R. Plura, 1. Vt fiat verbis expressis, & quidem ex vtraque parte contrahentium interuenientibus; olim necessario verbis solennibus & ad id ordinatis; hodie vero quibuscunq; idoneis, licet lingua diuersa prolatis, §. 1. *hic.* 2. Ita vt præcedat interrogatio, sequatur responsio seu promissio, &

quidem

quidem talis quæ interrogationi conueniat, *d. l.* 7. §. *ſtipulatio*. 3. Vt reſponſio interrogationem in continenti, aut poſt modicum interuallum ſequatur, *l.* 1. §. 1. *h.t.* 4. Vt (*quod ſequitur*) fiat inter præſentes, ſermonis & auditus capaces, & quidem ita, vt ſiue per ſe, ſiue per interpretem, ſonum verborum audientes, inuicem ſe intelligant & exaudiant, *l.* 1. §. *fin.* 5. Vt contineat aliquid dandum, vel faciendum, *d.* §. *ſtipul. hic. Schneid. hic. num.* 16.

Quotuplex eſt ſtipulatio?

R. Diuiſiones ſtipulationis ſunt variæ. *Prima* ſecundum rem in ſtipulationem deductam: Sic aut eſt certa, aut incerta; *Quatenus vel res certa, vel incerta in ſtipulationem deducitur, h. e. quatenus vel apparet, quid, quale, quantum ſit quod ſtipulamur; vt vini amphora* 100. *Stichus, Pamphilus. Vel quando id non apparet, vt homo, vinum.* 2. Alia eſt diuidua, quæ eſt rei diuiduæ, ſeu quæ pro parte ſolui poteſt, *vt decem?* Vel indiuidua, quæ eſt rei indiuiduæ, ſeu quæ ita ſolui non poteſt; *vt Seruitus:* Vel mixta, quæ eſt rei partis quidem dationem natura recipientis; ſed, niſi tota detur, ſtipulationi non ſatisfiat, *vt hominis.* 3. Vel dandi, vel faciendi; prout vel res danda, vel factum in ſtipulationem deducitur. *pr. & §. vlt. h.t. Pac. Epitome hic theſi* 28. *Altera*, ſecundum modum quo ſtipulatio concipitur.

Quotuplex eſt ſtipulatio ſecundum modum ſtipulandi?

R. Triplex: aut puta, quæ fit purè, citra diei, vel conditionis adiectionem: *vt decem mihi dare ſpondes. In diem*, quando adiecto die aliquid ſtipulamur; vt, *Kalendis Ianuarijs decem dabis? Dabo. Conditionalis*, quando conditio ſtipulationi adijcitur, vt: *ſi nauis ex Aſia venerit decem dabis? Dabo. Pac. eodem.*

Quis eſt effectus ſingularum harum ſtipulationum?

R. Quod *purè* promiſſum ſtatim peti poteſt, vt confeſtim eodem die agi poſſit, §. 2. *hic. l.* 14. *De R. I.* & quidem ſine vllo laxamento, *l.* 118. §. 2. *hic.* niſi vel rei, vel facti natura temperamentum aliquod concedat, *l.* 41. §. 1. *hic ibi Donell num.* 49. Miſerationis tamen gratia modicum tempus arbitrio iudicis concedendum volunt, *per. l.* 105. *de ſolut. Schneid. ad* §. 2. *num.* 6. *In diem* promiſſum ſtatim quidem debetur;

betur; ſed, priuſquam dies venerit, peti non poteſt, & ne eo quidem ipſo die quo ſtipulatum eſt: ſed eo modo præterito; *Quod in fauorem debitoris adiectus videatur*, §. 2. *hic.* Niſi expreſſe aliter actum ſit inter partes; aut dies adiectus tantum præſentis oſtendendæ obligationis, non differendæ ſolutionis cauſſa, *Schneid. eod. num.* 9. Quod *ſub conditione* ſtipulatum eſt (ſeu *in diem incertum*; qui conditioni comparatur) peti non poteſt ſiue à ſtipulatore, ſiue ab heredibus, niſi demum extante conditione. §. 4. *hic.*

Quid ſi in diem & ſub conditione ſimul ſtipulatum ſit?

R. Collata die & conditione in perſonam promiſſoris, dies eſt expectandus antequam ex ſtipulatu agatur. *l.* 8. *hic.* 1. Vtraque collata in perſonam extranei, agi poteſt conditione exiſtente. *l.* 10. *h. t. Treut. hic theſi* 7. *lit. g.*

Quid ſi ſtipuler 10. *aureos, quoad viuam dare ſpondes; pura, an in diem ſtipulatio eſt?*

R. Pura. Quia tempus non differendæ, ſed multiplicandæ obligationis cauſſa adiectum cenſetur, *l.* 118. §. 1. *h. t.* Vnde obligatio, cum ſit iuris; (vt omnia quæ iuris ſunt) ſui natura perpetua eſſe cenſetur, vt eam extinguere non poſſit tempus. Contra quem iuris rigorem, heres ſtipulatoris pacti exceptione ex æquitate ſummouetur: *Quod qui ad vitam ſtipulatur, ne heres peteret, ſtipulatus videatur.* §. 4. *hic. Perez. hic.*

Quæ eſt differentia inter ſtipulationem & legatum annuum?

R. Quod ſtipulatio in annos ſingulos ſit perpetua, *l.* 16. *ff. h. t.* legatum annuum morte legatarij finiatur; idque *quia in ſtipulatione, vt debitori diuiſis penſionibus, conſuleretur, non vt ſtipulatori præcisè proſpiceretur (quod contrahentes non ſibi tantum, ſed & heredibus, etſi id non expreſſerint, proſpexiſſe videntur, l. veteres C. de contr. & com. ſtip. Gayl. 2. obſ. 2. num.* 10.) *tempus adiectum cenſetur: legatum verò alimentorum cauſſa relictum, & vt legatario conſuleretur, ac ad eius vitam tantum relictum putatur. Ideoque quod tacitam videatur habere conditionem, ſi viuat legatarius (vt ante dictum) primo anno pro conditionali habetur. l.* 4. *&* 8. *ff. de legat. an. Perez. hic.*

An non & locus adiici ſtipulationi poteſt, & quo iure?

R. Fieri id omnino ſolet, vt *Carthagini dare ſpondes?* & tum quidem

quidem licet forma & exceptione verborum purè ſtipulatio facta videatur, pura tamen non eſt, ſed reipſa tempus habet adiectum; atque in effectu in diem ſtipulatio eſt, vt ab eo qui Carthagini ſe daturum promiſit, antequam eò vel venerit, vel venire potuerit, exigi non poſſit, §. 5. *hic.*

Quid & quotuplex eſt conditio?

R. Conditio eſt quando aliquid confertur in caſum dubium, ſeu contingentem, & ſic in futurum euentum: Eſtque vel poſſibilis, vel impoſſibilis, vel etiam (vt volunt) neceſſaria. Vt ante *t. de her. Inſt.* explicatum.

Quomodo ergo in ſtipulationibus conditiones exprimuntur?

R. Secundum quidem naturam conditionis, in futurum. Si quę in præteritum, vel præſens tempus referuntur, (cum propriè conditiones non ſint,) aut ſtatim infirmant obligationem; aut omnino non differunt; vt puta: *ſi Titius conſul fuerit; Vel ſi Mauius viuit, dare ſpondes? Nam quod ſi iſta ita non ſint, ſtatim inutilis eſt ſtipulatio. Si ita ſunt, cum per naturam certa ſint, obligationem non morantur, licet fortè apud nos incerta ſint*, § 6. *hic. Schneid. eod.*

Quot modis in futurum exprimi conditio poteſt?

R. Duobus; Vel affirmatiuè; puta *promitto tibi decem ſi hoc anno Romam Cæſar venerit.* Vel negatiuè, *promitto tibi decem ſi eo non venerit.*

Quis eſt effectus vtriuſque talis conditionalis ſtipulationis?

R. Effectus prioris ſtipulationis eſt quem ante dixi; vt antequam exiſtat conditio, neque obligatio ſit, neque actio; & quidem modò conditio ſit dubia, non neceſſaria, id eſt, talis quæ certam & infallibilem cauſſam habet, qua certò extitura ſit; *Quod ſecundum ante dicta, talis ſtipulatio pro pura habeatur*, §. 6. *hic.* Nec impoſſibilis, *quia talis vitiat ſtipulationem, aliter quam in teſtamentis. Itidem ſecundum ante dicta.*

Quis eſt effectus ſtipulationis negatiuè conceptæ?

R. Si quidem concepta eſt ſub conditione poteſtatiua; puta *promittis mihi decem ſi Capitolium non aſcendero*, is effectus eſt, vt non impleatur, niſi poſt mortem; ac proinde talis ſit ac ſi ſtipulatus eſſem: *cum moriar mihi decem promittis?* Quod ſi certum tempus adiectum eſt, eo tranſacto purificatur,

l. 48.

l. 48. *l.* 115. §. 1. *ff. h. t. Perez. hic.*

An vero non eſt inutilis talis ſtipulatio, ſub conditione poteſtativa ſimpliciter concepta?

R. Minimè; quia, cum per mortem purificetur, tranſit in heredem, qui ex ea obligatione agere poteſt. Minimè vero fit vtilis per cautionem Mutianam; vtpote quæ, ex communi Dd. ſententia, in vltimis quidem voluntatibus; non in contractibus, locum habet. *Vnde ſit vt præſtita licet cautione, ſtipulator ſtatim petere non poſſit, l.* 7. 18. 73. 77. *ff. de cond. & dem. & l.* 99. *de V. O.*

Quæ deducuntur in ſtipulationem?

R. Non tantum res deducuntur in ſtipulationem; ſed etiam facta: Vnde etiam ſtipulationes aliæ ſunt *dandi, faciendi*: Et *dandi* quidem, in quibus hoc agitur, vt res aliqua promiſſori detur, ſiue corporalis, ſiue incorporalis; ſiue ſpecies, ſiue genera: *Faciendi* vero, in quibus facta verſantur; ſiue negatiue, vt aliquid à nobis non fiat: ſiue affirmatiuè à nobis comprehenſa, vt quid faciamus, §. 7. *hic & ibi. Schneid.*

An hæc duo ſtipulationum genera eiuſdem ſunt naturæ?

R. Imò verò inter ea magna eſt differentia. 1. Quòd dandi ſtipulationes ferè ſint diuiduæ, faciendi indiuiduæ. *Gifan. ad l.* 2. §. 4. *ff. h. t.* 2. Inde fit vt in ſtipulationibus dandi heredes agant & conueniantur pro portionibus hereditarijs; in ſtipulationibus faciendi in ſolidum plerumque tenentur. *d. l.* 2. 3. *&* 4. *& l.* §. 5. *vlt. ff. eod.* 3. Factum ſibi & vni ex heredibus rectè quis ſtipulatur; non vero rem: *Quia facta ſunt perſonalia, non vero iura. l.* 137. §. *vlt. ff. eod. & ibi Gifan.* 4. In ſtipulationibus dandi venit res ipſa & vera eius æſtimatio; In ſtipulationibus faciendi intereſſe: *Quod quia eſt incertum, vtpote in facto conſiſtens, & difficilis probationis; conſultum panam (quæ in locum eius quod intereſt ſuccedat) in iſtiuſmodi ſtipulationibus ſubijcere.* §. *vlt. hic. Perez. eod.*

Stipulationes quæ in faciendo, vel non faciendo conſiſtunt an præcisè obligant?

R. Quæ in faciendo conſiſtunt, ita obligant vt ſi factum præſtari poteſt, præcisè ad id agi poſſit, *l.* 72. *pr. & ibi Dd. l.* 75. *in fin. ff. h. t. Pari ratione vt in ſtipulationibus dandi*

cogi

l.1. ff. de reb eor. qui sub tut. & cur. Non pupillus sine tutoris auctoritate, l.1. ff. qua res pignor. dar. poss. II. Procurator rem suam, pro domino, *l.5.§.1. hic. Non rem domini citra eius voluntatem, l.1. C. si res al. pign.* III. Mulier pro se rem suam, *l.13. & 16. ff. ad SC. Velleian. Si pro alio ipsa, vel alius pro ea id fecerit, utrique succurritur, l.2. C. qua res pignor. oblig. l.11. C. de distr. pign. Mulieri: quia pro alio intercedens SC. Velleiano liberatur.* IV. Pater res peculiares filij, *l.36.§.1. ff. hic. Quod peculij dominium & possessio penes patrem non sit. l.93. ff. de R. I. Non filius ipse, ob eandem rationem. Nec pater res aduentitij peculij. Quia licet patris in ijs est vsusfructus, proprietas tamen est filij, l.vlt. C. de bon. qua lib.*

Qua res oppignorari possunt?

R. Qualescunque *l.35. 2. hic.* 1. Quæ reuera in oppignorantis sunt dominio. 2. Vel in quasi dominio; vt prædia vectigalia, superficiaria, & quæ à non domino bona fide acquiruntur. *Secundum ante dicta.* Etiam nomina creditorum, *l.13. in fin. l.20. hic.* Vsusfructus, *l.9. addita, l.11.§.2. hic. Sed vtraque tuitione Prætoris, l.11.§. Vsufruct. hic. Nisi specialiter sint prohibita.*

Qua prohibentur oppignorari?

R. Prohibentur quædam oppignorari *naturâ*: vt res Sacræ, sanctæ, & religiosæ, ijsq; annexæ, vt ius patronatus, *c. Cum Bartoldus de sent. & re iud. Mozz. hic num.14. l.3. C. qua res pign. Quia non sunt in commercio* Vniuersitatis. Sed quidem à singulis, *quia non sunt singulorum, l.1. §. De R.D.* Liber homo, *quia nullius in bonis est. l.19. ff. de acq. dom.* Res alienæ purè, & in domini quidem præiudicium. *th. 1. per totum C. si res al. pign. dat. Quia is qui in re nullum ius habet, nec alteri ius constituere potest, l. nemo ff. de R. I.* nisi ipsius domini consensu, vel ratihabitatione, *l. aliena res, pr ff. de pign. act.* Item nisi debitor ius aliquod in rem habeat; *Quia tum obligatio quoad id ius valet, l. grege, §.1. & seq. ff. hic.* Valet & facta obligatio sub conditione, si sua erit, *leg.1. §. quod dicitur ff. hic.* Seruitutes prædiales, siue vrbanæ. *Vt nec etiam tuitione Prætoris consistant, arg. leg. si is qui leg. 11. §. vlt. ff. hic.* siue rusticæ. *Quæ tamen tuitione Prætoris consistunt. Nempe quia seruitutes rustica prædio vicini non cohærent, sed potius sunt*

in

in prædio vicini, & ſunt in prædio noſtro cui debentur, & per continuam poſſeſſionem ſeruari non poſſunt, leg. 14. ff. de ſeruit. Vrbana verò non ſunt in prædijs vrbanis, ſed his coherent, puta vrbani prædij ſuperficiei, per quam poſſeſſio retinetur. leg. 20. ff. de ſeruit. Lege, 1. Prædia, vaſa, & veſtes Eccleſiæ, *tanquam ad religionem neceſſaria, l. ſancimus, 21. C. de SS. Eccleſ. niſi ob redemtionem captiuorum, d. l. 21.* Res feudales, *c. 1. de proh feud. al. Gayl. 1. obſ. 17. Vveſ. par. Qua res pign. num. 2.* 2. Fundus dotalis, *t. t. ff. de fundo dotali.* 3. Res litigioſa, *l. 1. §. vlt. ff. qua res pign. Quia ob dubium litis euentum non omnino noſtra videntur.* 4. Res Minorum; Ob *prohibitam earundem alienationem (cuius ſpecies eſt oppignoratio) ſine decreto iudicis, l. 1. C. de prad. ali. reb. min.* 5. Res fideicommiſſo obnoxiæ, *l. fin. §. 2. C. com. de leg. 6.* Præmia ſperata victoriæ, *l. 5. C. qua res pign.* 7. Inſtrumenta ad agriculturam pertinentia, *l. 8. cum l. ſeq. C. qua res pign. Ne tributorum illatio in mora fiat.*

Quomodo conſtituitur pignus?

R. Conſtituitur pignus quibuſcunque verbis, etiam ſine ſcriptura, *l. 4. de pign.* & ſubſcribendo contractui in quo res ſua obligatur. *leg. fideiuſſor §. 1. ff. de pign. & ibi gl. Bartol. Mozz. col. 3. num. 7.* Etiam per pactum inter creditorem & debitorem initum, vt liceat creditori alienare rem aliquam pro ſuo credito. *Text. & ibi not. Bart. in l. 3. §. fin. ff. qui pot. in pign. Mozz. eod num. 9.* Et quidem vel purè, vel adiecta conditione & die. *l. 6. ff quib. mod. pign. & hypothec. ſol.* aliiſq; pactionibus. *Et ratum quidem habendum quomodocunque conſtituatur, niſi conſtitutio iuri aduerſetur. leg. 55. de leg. 1. Nou. 22. c. 33.*

Da exempla pactionum qua adijci pignoris conſtitutioni ſolent?

R. Sunt ea varia conſideranda quatenus ſunt prohibita, vel permiſſa. Permiſſa dico; quia tanquam accidentia, non attingentes ipſam contractus ſubſtantiam, (*de talibus enim loquimur.*) adeſſe, vel abeſſe poſſunt citra ſubiecti (*h. e. ipſius contractus*) corruptionem. *Mozz. de pignor. §. accidentalia num. 1.*

Da ergo exempla pactorum prohibitorum?

R. Tale eſt. 1. Pactum legis commiſſoriæ, (*puta quando*

conuenit vt res pœna nomine ob non impletam contractus legem retineatur, tanquam quæ in commissum ceciderit,) l. 1. ff. de leg. commiss. l. 1. in fin. C. de pact. pign. adeò improbatum, vt nec indirectè appositum valeat, *Iaſ. in l. 122. princ. De V. O. num 25. 27.* Neque ex post facto. *Mud. tractat. de pign. cap de pacto l. commiss. num. 20. Licet Dd vulgo dissentiant. Treut. hic th. 6.* nec quidem iuratum, *Panorm. in c. significant hic. Idque quod tanquam fiduciæ aduersum in hoc contractu iniquum censeatur; ne debitor præter spem quod suum est amittere, vel iniquè vendere cogatur. Treut. eod. tit. d. In contractu emtionis & venditionis admissum, l. 1. & per tot ff. de leg. commiss. l. legis commissoriæ, C. de pact. inter empt. & vend. Rationem infra dabimus.* 2. Pactum vt ne liceat luere pignus per 30. annos; *Quia prohibitio perpetua censetur, l. fin. ibi gl. C. de pact. pign. Mozz. eod. num. 24.* 3. Pactum ne liceat debitori vendere pignus, *l. si creditor §. vlt. ff. de distract. pign. Quomodo etiam adiecta pactione ne creditor vendat pignus, vendi nihilominus possit, statim dicetur, l. 4. ff. de pign. act. Mozz. eod. num. 25.*

An pactum legis commissoriæ hic simpliciter est prohibitum?

R. Omnino 1. si quidem sit conceptum per verba directa dominij translationem importantia. *(Exemp. gr. nisi soluatur infra tale tempus debitum, res oppignorata sit in solutum tradita creditori, vel sit creditoris, vel sit ei vendita, vel ius ei faciendi quod vult, & similia,)* Vnde nihil operatur. Non si per verba obliqua, eam non importantia. *e. g. cum debitor si non soluerit in termino ipse promittit dare in solutum. Text. ibi gl. in l. vers. pertinet C. de pact. int. empt. & vend.* Vnde & operatur vt post elapsum soluendi terminum creditor quidem retinere pignus possit, sed saluo debitori ante venditionem vel dationem in solutum iure debitum offerendi & soluendi, & tuendi pignus, *Mozz. eod. num. 5. per l. 3. C. de pign.* 2. Non valet quidem tale pactum principio, sed omnino post ex interuallo adiectum, saltem ad retentionem & exceptionem, *l. quamuis & ibi Bart & in l. Titius ff. de pign. act. Mozz. eod. num. 12. Quia ab egente debitore initio extortum videtur.* 3. Valet adiecta clausula, vt pignus sit venditum & in solutum datum pro iusto pretio, *ob cessantem damni suspicionem,* æstimatione iudici commissa, *Mozz. eod. num. 13.* 4. Non valet quidem

quidem si quidem initum sit inter creditorem ipsum & debitorem: factum à debitore cum fideiussore, vel alio extraneo à creditore, omnino *l. fin. pr. & ibi Bart. & Salic. ff. de contr. empt. Quia ibi agitur de præiudicio tertij*. 5. Valet fauore dotis. Quando quidem agitur de dote danda marito. (*licet dissentiant Dd. act. Moz. eod. num. 16.*) minimè verò appositum in fauorem mulieris creditricis pro restitutione suæ dotis, *l. quamuis ff. de sol. Mozz. eod. num. 6.*

An cum pacto ἀντιχρήσεως constitui pignus potest: puta vt creditor rei oppignoratæ fructus lucretur vsurarum loco, aut aliquid pro vsu pecuniæ accipiat?

Rz. Licet creditor de iure fructus rei oppignoratę non lucretur, sed in sortem imputet; constitui tamen ista lege pignus potest: & quidem licet superet legitimum vsurarum modum; Sed non nisi modò fructuum prouentus sit incertus. *Quod modò propter istam incertitudinem hoc pactum admittatur, & citra eum excessus tanquam iniustus non admittendus censeatur, vid. l. 14. 17. C. de Vsur. & per l. 17. Balduin. Gayl. 2. obs. 3.*

Quis est effectus pignoris ritè constituti?

Rz. 1. Vt creditor pignus consecutus ei incumbere, 2. non consecutus id persequi, 3. Si ei incumbat, solutione principalis debiti non secuta distrahere possit. 4. Eadem secuta debitori restituere teneatur.

Quomodo pignori incumbit creditor?

Rz. Ita vt teneat quidem rem pignori traditam, sed non possideat, *l. pen. §. credit. ff. qui satisd. cog. Quia non animo domini, sed ipsi debitori tenet, l. 13. ff. de vsuc. & vsur.* (*Vnde nec eo vti potest; quia pignus ad securitatem, non ad vsum datur, §. vlt. hic.*) ne quidem missus in possessionem iussu Magistratus ex primo decreto; in personali quidem actione, *l. 1. §. 1. vers. denique ff. de acq. poss. Quia custodiam tantum adipiscitur, l. 3. §. quod autem ff. de acq. poss. Quod in personam potius ius habet, eam verò possidere nequeat, in rem eius verò modo in subsidium mittatur, Obrecht. disput. hic thes. 355.* Omnino in actione reali, *Quia in hac se ius in re habere creditor dicit, & contumax debitor à possessione depellitur, l. 15. §. si ante ff. de damn. infect.* Vel in actione personali immissus ex secundo decreto, *Quia & tum demum debitor contumax repellitur*.

Quomodo perſequitur pignus?

Rſ. Actione quidem *Seruiana directa*, qua res in prædium ruſticum à Colono illatas, & quidem pro mercede vel deteriorationē rei expreſſe obligatas, creditor contra quemuis poſſeſſorem vindicat, §. *item Seruiana inſ. de act. Treut. hic.* Vel *quaſi Seruiana*, qua vindicat res inquilini tacite, vel alterius debitoris quomodocūnque obligatas, §. *eod.* Vt ita pignoris ſibi conſtituti poſſeſſionem ipſe conſequatur, *Vveſ. part. de diſtract. pignor. numer.* 1. *De quibus actionibus infra pluribus.*

Quatenus & quando pignoris diſtrahendi creditori poteſtas eſt?

Rſ. Poſt quam ipſe poſſeſſionem pignoris fuerit conſecutus, & moram commiſerit debitor in ſolutionē ſiue omnino ceſſet, *l.* 4. *ff. l.* 9. *C. de diſtr. pign. l. ceſſante eod.* ſiue modò partem debiti, vel ſoluat, vel offerat. *l. quamdiu, ibique Got hofr. in notis. Quod idem eſt ac ſi non ſoluiſſet vt infra dicetur, ſub tit. Quib. mod. obl. ſolu.* Siue pactum de diſtrahendo ſit adhibitum, *(quod olim ſolenne fuit, l.* 3. *C. de diſtr. pig.)* ex eodem pacto tanquam ex voluntate debitoris: poſt ſolennē tamen commonefactionem, ſiue eo non adiecto, *Quod eo iure vtamur, vt non appoſitum pro conuento habeatur, Vveſ. par. eod. num.* 2. authore iudice & bona fide ſecundum modum in iure conſtitutum, & à nobis ſupra, *ſub d. tit. Quib. alien. lic. vel non licet* expoſitum.

Quid ſi res pluribus ſit oppignorata, quid circa pignoris perſecutionem vel diſtractionem iuris?

Rſ. Diſcreptari eo caſu ſolet vter alteri ſit præferendus, & quidem regula hic eſt, quod *(temporis habitā ratione, non contractus principalis, ſed pignoris conſtituti, l.* 8. *l.* 10. *ff. qui pot. in pignor. l.* 2. *l. licet C. eod.)* qui prior tempore potior ſit iure; etiam is qui in prioris locum ſucceſſit, ſiue offerendo, ſiue ſoluendo debitum, *l.* 1. *C. qui pot. in ping. l. fin. C. de his qui in prior loc.* Eodem tempore re pluribus obligata omnes concurrunt, *(ſiue in ſolidum, ſiue pro parte, prout inter contrahentes conuenit; ſi nihil conuenit pro quantitate debiti, l.* 16. §. 8. *ff. de pig. l.* 7. *Qui pot. in pig.)* Ita tamen vt poſſidentis cauſſa prævaleat. *Quia ſibi vigilauit. l.* 10. *ff. de pign.*

An

An hoc in omni pignoris genere locum habeat?

R. Ita quidem, vt nihil interſit pignus ſit conuentionale, prætorium, *(licet de eo quidam dubitent Cuiac. lib. 5. cap. 30.)* an iudiciale; res generaliter, an ſpecialiter obligata, *(Ita tamen vt non debeat qui generale pignus habet, ſi aliunde ei ſolui poſſit, ſecundo creditori pignus ſpeciale auferre. l. 2. C. de pign. l. 23. §. 1. ff. qui pot. in pign.)* an tacitè, *l. vnic. C. rem alien.*

An verò præcedens regula prælationis ſecundum temporis prioritatem aliquando non fallit?

R. Fallit ob priuilegium conceſſum aliquibus; idque tum ratione perſonarum, tum ratione cauſſæ contractus.

In quibus fallit ex priuilegio ratione cauſſæ contractus?

R. In eo qui pecuniam mutuauit, & quidem expreſſe, in refectionem, vel conſeruationem alicuius ædificij *(non qui in ipſam ædificationem mutuauit quia reficiens ſaluam fecit pignoris cauſſam,)* modo ædes reuera ſint reparatæ, & ad reparationem pecunia, & neceſſario quidem, fuerit impenſa, ac nominatim ea res pignori obligata, *l. lit. C. & l. Interdum cum ſeq. ff. Qui pot. in pig.* 2. In mutuante pro aliqua re emendata, *puta nouo ædificio, naui*, vel de nouo facienda, ea lege vt res talis emta vel facienda ei pignori ſit obligata, *d. l. licet* 3. Qui in funera & exequias pecuniam impendit. *l. pen. ff. de relig. & ſumpt. ſum. Religionis & publicæ vtilitatis cauſſa, ne inſepulta relinquantur cadauera: Adeò vt tales nec à dote, l. 19. ff. eod. nec ab expreſſo anteriore pignore vincantur, l. 14. ff. eod* 4. In ſumptibus medicis & pharmacopolis præſtandis in mortui valetudinem, vel in teſtamenti inſinuationem, inuentarij confectionem, vel alias hereditatis cauſſas impenſis, *l. 4. C. de pet. hered. l. 3. C. de relig. & ſumpt. fun.* 5. Qui ſeruum captum redemit, *l. 12. §. 12. de cap. & poſt.*

In quibus fallit eadem regula ex priuilegio ratione perſonæ?

R. 1. In pupillo ratione rei ipſius nummis comparatæ, *l. penult. C. de ſer. pign. dat. l. 7. qui pot.* item in bonis tutorum, *l. vlt. de tut. rat. diſtr.* 2. In muliere quoad perſecutionem dotis numeratæ, non confeſſatæ, *l. 12. C. qui pot. in pign.* nec quoad paraphernalia & donationē propter nuptias, *d. l. 1. §. 1. verſ. ſi tamen. An verò expreſſam anteriorem hypothecam habentibus præferatur, variant Dd.* 3. In fiſco, in debitis non in pœnis, *l. 28.*

ibi Bart. de iure fisci, l. 11. *C. de pan. fisc.* An & hic circa expressam hypothecam? *diss. Dd. Vvesp. par. ff. qui pot in pign. Obrecht. disp. de pign. thes.* 437. *& seq.* Plures casus quibus prior regula fallit, enumerat *gloss. in l. priuilegia ff. de priuileg. cred. in verb. ex caussa. Dyn. in cap. Qui prior de R. I. in 6. Neguz. de pignor. & hypothec. part.* 5. *membr.* 2. *per tot. Vide Galy.* 2. *obseru.* 25. *num.* 5.

Quomodo soluitur pignus?

R. 1. Debiti solutione, siue vera & naturali *s l.* 9. §. 3. *de pign. act. l. pen. C. eod.* sed integra, *l.* 6. *C. de distr. pign.* siue ficta, puta principalis debiti remissione, *l.* 1 §. 1. *quib. mod pign solu.* aut si paciscatur ne petat, *l.* 5. §. 2. *ff. quib. mod. pign. vel hypot. solu.* aut obligationem nouet, *l.* 18. *ff. de Nouat. &c.* 2. Oblatione, consignatione & depositione debiti, *l.* 1. *C. qui pot. in pign. l. fin. de pign. act.* 3. Voluntate creditoris expressa. *puta per pactum vt ab hypotheca recedatur. l.* 5. *ff. quib. mod.* Vel tacita, *si creditor venditioni pignoris consentit. l.* 4. § 1. *eod. Puta omni alienationi atque etiam noua obligationi. Vvesp. par. eod. num.* 2. *quod non censetur feciſſe etsi id vendi sciat. Nisi cum agitur de libertate, l.* 1. *C. de remis. pign. aut de re fisci, l.* 8 *C eod. Si tamen saluam voluerit pignoris esse causſam, aut ex pretio venditionis sibi satisfieri, non secuta solutione, ius suum retinet, l. secut.* §. *illud ff. hic.* 4. Rei pignoratæ, siue corporalis, siue incorporalis, interitu totali, non partiali. *l.* 16. §. 2. *hic.* 5. Tempore, *si quidem ad certum tempus modo est constitutum, d l.* 6. *pr.* 6. Mutatione debitoris, *l.* 1. §. *fin. eod.* 7. Sententia, vel iureiurando: Puta si iudicatum sit, vel iuratum pignus non esse obligarum, *l.* 5. §. *fin. l.* 13. *ff. eod. Vvesp. par. eod. per totum, Treut eod. th.* 9. *per totum.*

Pignore soluto quid iuris?

R. Oritur ex ista solutione actio pignoratitia duplex; vna *directa*, qua agit debitor aduersus creditorem sine legitima causſa pignus retinentem, vt sibi rem oppignoratam restituat, vna cum fructibus, § *fin hic. l.* 9 *l.* 22. *de pign. act. l vlt. C. eod.* & damnum datum in re oppignorata resarciat, *l.* 14. 25. *eod.* Altera *contraria*, qua creditor agit aduersus debitorem ad id quod ipsi pignoris causſa abest, *l.* 16. §. 1. *eod. Treut. thes. vlt. eod.*

Qua omnino veniunt in hoc contractu præstanda ex accidente?

R. Dolus,

R. Dolus, lata, leuisque culpa. *Quia vtriusque & creditoris & debitoris hic caussas huius vt ei pecunia credatur, illius vt in tuto sit creditum, Text. hic.* Non leuissimas *Quia illa ei imputatur cuius solius gratia contractum.* Non casus fortuitus, modò ne præcesserit creditoris culpa. *Quia placuit & eum securum esse.*

TIT. XVI.

De Verborum Obligationibus.

QVæ est secunda species contractuum?

R. Eorum qui verbis contrahuntur & verborum obligatio dicuntur, quia ad eorum substantiam certa verborum solennitas, interrogatione stipulatoris, & responsione promissoris constans, requiritur. Alias stipulationes dicti. *Text. pr. hic.*

Qua est contractus stipulationis origo?

R. Contractus huius origo ex I. Ciuili est: introductus vt promissio temere facta à consulto concepta iure distingueretur. Ita quidem, vt, cum ex nudo pacto, in quo consensus plerumque leuiter interponitur, actio iure ciuili non detur, sed tantum exceptio, *(quod iniquum videretur homines leuiter verbis illaqueari,)* daretur ex stipulatione meditata. *Schneid. hic num. 8.*

Quid est contractus stipulationis, seu verborum obligatio?

R. Stipulatio (*à stipulo, quod veteribus firmum significabat pr. hic.*) est verborum conceptio, quibus is qui interrogatur, se id quod interrogatus est congrua & in continenti subsequente responsione daturum aut facturum promittit, eaque responsione ad idem dandum vel faciendum obligatur. *pr. hic l. 7. ff eod.*

Quæ omnino requiruntur ad stipulationem?

R. Plura, 1. Vt fiat verbis expressis, & quidem ex vtraque parte contrahentium interuenientibus; olim necessario verbis solennibus & ad id ordinatis; hodie vero quibuscunq; idoneis, licet lingua diuersa prolatis, §. 1. *hic.* 2. Ita vt præcedat interrogatio, sequatur responsio seu promissio, &

quidem

quidem talis quæ interrogationi conueniat, *d. l. 7. §. ſtipulatio. 3.* Vt reſponſio interrogationem in continenti, aut poſt modicum interuallum ſequatur, *l. 1. §. 1. h. t. 4.* Vt *(quod ſequitur)* fiat inter præſentes, ſermonis & auditus capaces, & quidem ita, vt ſiue per ſe, ſiue per interpretem, ſonum verborum audientes, inuicem ſe intelligant & exaudiant, *l. 1. §. fin. 5.* Vt contineat aliquid dandum, vel faciendum, *d. §. ſtipul. hic. Schneid. hic. num. 16.*

Quotuplex eſt ſtipulatio?

Rſ. Diuiſiones ſtipulationis ſunt variæ. *Prima* ſecundum rem in ſtipulationem deductam: Sic aut eſt certa, aut incerta; *Quatenus vel res certa, vel incerta in ſtipulationem deducitur, h. e. quatenus vel apparet, quid, quale, quantum ſit quod ſtipulamur; vt vini amphora 100. Stichus, Pamphilus, Vel quando id non apparet, vt homo, vinum. 2.* Alia eſt diuidua, quæ eſt rei diuiduæ, ſeu quæ pro parte ſolui poteſt, *vt decem:* Vel indiuidua, quæ eſt rei indiuiduæ, ſeu quæ ita ſolui non poteſt; *vt Seruitus:* Vel mixta, quæ eſt rei partis quidem dationem naturæ recipientis; ſed, niſi tota detur, ſtipulationi non ſatisfiat, *vt hominis. 3.* Vel dandi, vel faciendi; prout vel res danda, vel factum in ſtipulationem deducitur. *pr. & §. vlt. h. t. Pac. Epitome hic theſi 28. Altera*, ſecundum modum quo ſtipulatio concipitur.

Quotuplex eſt ſtipulatio ſecundum modum ſtipulandi?

Rſ. Triplex: aut puta, quæ fit purè, citra diei, vel conditionis adiectionem: *vt decem mihi dare ſpondes. In diem*, quando adiecto die aliquid ſtipulamur; vt, *Kalendis Ianuarijs decem dabis? Dabo. Conditionalis*, quando conditio ſtipulationi adijcitur, vt: *ſi nauis ex Aſia venerit decem dabis? Dabo. Pac. eodem.*

Quis eſt effectus ſingularum harum ſtipulationum?

Rſ. Quod *purè* promiſſum ſtatim peti poteſt, vt confeſtim eodem die agi poſſit, §. 2. *hic. l. 14. De R. I.* & quidem ſine vllo laxamento, *l. 118. §. 2. hic.* niſi vel rei, vel facti natura temperamentum aliquod concedat, *l. 41. §. 1. hic ibi Donell num. 49.* Miſerationis tamen gratia modicum tempus arbitrio iudicis concedendum volunt, *per. l. 105. de ſolut. Schneid. ad §. 2. num. 6. In diem* promiſſum ſtatim quidem debetur;

betur; ſed, priuſquam dies venerit, peti non poteſt, & ne eo quidem ipſo die quo ſtipulatum eſt: ſed eo modo præterito; *Quod in fauorem debitoris adiectus videatur.* §. 2. *hic.* Niſi expreſſe aliter actum ſit inter partes; aut dies adiectus tantum præſentis oſtendendæ obligationis, non differendæ ſolutionis cauſſa, *Schneid. eod. num.* 9. Quod *ſub conditione* ſtipulatum eſt (ſeu *in diem incertum*; qui conditioni comparatur) peti non poteſt ſiue à ſtipulatore, ſiue ab heredibus, niſi demum extante conditione. §. 4. *hic.*

Quid ſi in diem & ſub conditione ſimul ſtipulatum ſit?

R. Collata die & conditione in perſonam promiſſoris, dies eſt expectandus antequam ex ſtipulatu agatur. *l.* 8. *hic.* 1. Vtraque collata in perſonam extranei, agi poteſt conditione exiſtente. *l.* 10. *h.t. Treut. hic theſi* 7. *lit. g.*

Quid ſi ſtipuler 10. *aureos, quoad viuam dare ſpondes; pura, an in diem ſtipulatio eſt?*

R. Pura. Quia tempus non differendæ, ſed multiplicandæ obligationis cauſſa adiectum cenſetur, *l.* 118. §. 1. *h.t.* Vnde obligatio, cum ſit iuris; (vt omnia quæ iuris ſunt) ſui natura perpetua eſſe cenſetur, vt eam extinguere non poſſit tempus. Contra quem iuris rigorem, heres ſtipulatoris pacti exceptione exæquitate ſummouetur: *Quod qui ad vitam ſtipulatur, ne heres peteret, ſtipulatus videatur.* §. 4. *hic. Perez. hic.*

Qua eſt differentia inter ſtipulationem & legatum annuum?

R. Quod ſtipulatio in annos ſingulos ſit perpetua, *l.* 16. *ff. h.t.* legatum annuum morte legatarij finiatur; idque *quia in ſtipulatione, vt debitori diuiſis penſionibus, conſuleretur, non vt ſtipulatori præcisè proſpiceretur (quod contrahentes non ſibi tantum, ſed & heredibus, etſi id non expreſſerint, proſpexiſſe videntur, l. veteres C. de contr. & com. ſtip. Gayl. 2. obſ. 2. num.* 10.) *tempus adiectum cenſetur; legatum verò alimentorum cauſſa relictum, & vt legatario conſuleretur, ac ad eius vitam tantum relictum putatur. Ideoque quod tacitam videatur habere conditionem, ſi viuat legatarius (vt ante dictum) primo anno pro conditionali habetur. l.* 4. *&* 8. *ff. de legat. an. Perez. hic.*

An non & locus adijci ſtipulationi poteſt, & quo iure?

R. Fieri id omnino ſolet, vt *Carthagini dare ſpondes;* & tum quidem

l. 48. *l.* 115. §. 1. *ff. h. t. Perez. hic.*

An vero non est inutilis talis stipulatio, sub conditione potestatiua simpliciter concepta?

R. Minimè; quia, cum per mortem purificetur, transit in heredem, qui ex ea obligatione agere potest. Minimè vero fit vtilis per cautionem Mutianam; vtpote quæ, ex communi Dd. sententia, in vltimis quidem voluntatibus; non in contractibus, locum habet. *Vnde fit vt præstita licet cautione, stipulator statim petere non possit, l.* 7. 18. 73. 77. *ff. de cond. & dem. & l.* 99. *de V. O.*

Quæ deducuntur in stipulationem?

R. Non tantum res deducuntur in stipulationem; sed etiam facta: Vnde etiam stipulationes aliæ sunt *dandi, faciendi*: Et *dandi* quidem, in quibus hoc agitur, vt res aliqua promissori detur, siue corporalis, siue incorporalis; siue species, siue genera: *Faciendi* vero, in quibus facta versantur; siue negatiue, vt aliquid à nobis non fiat: siue affirmatiuè à nobis comprehensa, vt quid faciamus, §. 7. *hic & ibi. Schneid.*

An hæc duo stipulationum genera eiusdem sunt naturæ?

R. Imò verò inter ea magna est differentia. 1. Quòd dandi stipulationes ferè sint diuiduæ, faciendi indiuiduæ. *Gisan. ad l.* 2. §. 4. *ff. h. t.* 2. Inde fit vt in stipulationibus dandi heredes agant & conueniantur pro portionibus hereditarijs; in stipulationibus faciendi in solidum plerumque tenentur. *d. l.* 2. 3. *&* 4. *& l.* §. 5. *vlt. ff. eod.* 3. Factum sibi & vni ex heredibus rectè quis stipulatur; non vero rem: *Quia facta sunt personalia, non vero iura. l.* 137. §. *vlt. ff. eod. & ibi Gisan.* 4. In stipulationibus dandi venit res ipsa & vera eius æstimatio: In stipulationibus faciendi interesse: *Quod quia est incertum, vtpote in facto consistens, & difficilis probationis; consultum pœnam (quæ in locum eius quod interest succedat) in istiusmodi stipulationibus subijcere.* §. *vlt. hic. Perez. eod.*

Stipulationes quæ in faciendo, vel non faciendo consistunt an præcisè obligant?

R. Quæ in faciendo consistunt, ita obligant vt si factum præstari potest, præcisè ad id agi possit, *l.* 72. *pr. & ibi Dd. l.* 75. *in fin. ff. h. t. Pari ratione vt in stipulationibus dandi*

cogi

cogi promiſſor poteſt ad dandum rem promiſſam, nec per oblationem eius quod intereſt inuito creditore debitor promittens liberatur. vtpote quo caſu ei inuito aliud pro alio ſolui non poſſit. In ſtipulationibus non faciendi, pœna non addita præſtarur id quod intereſt. *Perez. hic.*

Quales res & facta in ſtipulationem deduci poſſunt?

Bz. In ſtipulationem deduci poſſunt, quę dari fierive poſſunt, (*vt res quæ in commercio non ſunt eximantur,*) ſiue omnino tales ſint; ſiue ex parte ſtipulatoris tantum. *Si ex parte promiſſoris tantum tales ſunt, valet ſtipulatio, vt ſaltem id quod ſtipulatoris intereſt præſtetur. l.38. §.5. & l.39. §.7. h.Treut. hic tb.3. lit.a.*

Quot res in ſtipulationem deduci poſſunt?

Bz. Vna, plureſve. Plures vero res ſi coniunctim in ſtipulationem deducantur, omnes peti poſſunt: Si diſiunctim, penes promiſſorem electio eſt, niſi eam ſtipulator conſtituerit. *l.75. §.8 l.106, hic Cuiac. in l.27. §.7. de pact. Treut. eod.*

TIT. XVII.

De Duobus reis Stipulandi & promittendi.

Quot perſonæ ſtipulari & promittere poſſunt?

Bz. Stipulari & promittere vnus pluresve poſſunt, qui rei ſtipulandi, vel promittendi dicuntur; prout in hunc contractum veniunt. *Princ. hic.*

Quis dicitur reus ſtipulandi vel promittendi?

Bz. Stipulandi quidem reus is dicitur qui interrogat, & ſibi aliquid dari, fierive ſtipulatur. Reus promittendi, qui reſpõdet, & aliquid dare vel facere alteri promittit. *Tex. eod.*

Quomodo conſtituuntur duo pluresve rei ſtipulandi?

Bz. Ita, ſi pluribus interrogantibus aliquid ſibi dari vel fieri, poſt omnibus interrogationem de eadem re, eodemve facto ſeparatim factam promiſſor coniuncta oratione reſpondeat; *Spondeo*, ſiue *vtrique veſtrum dare ſpondeo*: Si prius vni, deinde alteri interroganti reſpondeat, alia atque alia erit obligatio, nec creduntur duo rei ſtipulandi eſſe. *Tex. eod. l. duos reos ff. eod.*

Quo-

Quomodo conſtituuntur plures rei promittendi?

R. Quando duo pluresve ſtipulanti eandem rem vel factum promittunt; ſiue reſpondent coniunctim omnes; vt *Maui* 10. *aureos dare ſpondes, & Sei eoſdem* 10. *aureos dare ſpondes?* Si Titius ſtipuletur, & omnes reſpondeant ſimul *ſpondemus:* Vel ſinguli ſeparatim *ſpondeo. Tex. eod. l. 4. h. t. Perez. hic.*

Quæ ergo requiruntur vt plures rei debendi vel ſtipulandi dicantur?

R. 1. Vt in ſtipulationē deducatur eadem res vel quantitas, *l. 2. l. 15. ff. eod.* 2. Vt ſtipulatio & promiſſio fiat à pluribus ex eadem cauſſa, puta mutui, &c. 3. Vt quilibet promittat in ſolidum. 4. Vt quilibet eorum principaliter, non alter acceſſorie ſit obligatus. *Schneid hic num. 4. & ſeq.*

An rei ſtipulandi & promittendi duo pluresve vt conſtituantur, id expreſſim ſemper dicendum in inſtrumento contractus?

R. Imò verò conſtituuntur etiam, quando id actum eſſe apparet ex natura & conceptione verborum; puta 1. Per clauſulam obligandi in ſolidum in inſtrumēto expreſſam, *l. 1. reos. ff. hic.* 2. Per dictionem alternatiuam, vel diſiunctiuam, quæ cuilibet actum in ſolidum tribuit, *vt ſi teſtator Caium & Titium heredes inſtituës, dicat: Caius aut Titius* 10. *dent Sempronio, vterque inſolidum obligatur. l. 8. §. 1 ff. de legat. 2.* 3. Per dictionem diſtributiuam, quæ cuique in ſolidum actum attribuit; *Vt, ſi Caius & Titius cuilibet, vel vterque eorum mihi eadem* 10. *promittat. l. 44. princ. ff. de leg. 2.* 4. Per copulatiuam, modo ijdem ſint actus ſtipulandi, & vna oratio promittentium, & res eadem pluries fuerit repetita & promiſſa, *d. l. reos ff. eod. Schneid. hic num.* 10.

Quis eſt effectus plurium reorum ſtipulandi & promittendi?

R. Effectus ſtipulationis *reſpectu reorum ſtipulandi eſt*, quod ſi plures ſint, vt ſingulis in ſolidum debeatur; & ex ijs quilibet id quod in ſtipulationem deductum eſt petere & exigere; & quidem à quolibet ex reis permittendi, poſſit: eorum verò vno ſoluente perimatur obligatio, vt correus ſtipulandi nihil petere poſſit, & aduerſus eum is cui ſolutum eſt promiſſorem ſe defenſorum cauere teneatur. *Reſpectu reorum promittendi*, ſi plures ſint, quod ſinguli in ſolidum teneantur; ideoque ſinguli in ſolidum ad electionem credi-

toris

toris conuenirí & excuti possint. §. 1. *hic. ibi Schneid.*

An nihil hic Iure nouo mutatum?

R. Iure veteri ad discernendum an aliqui duo rei essent, inspiciebatur quid actum esset, vt ex mente contrahentium an duo essent rei iudicaretur. Hodie, eo non considerato, non iudicantur duo rei esse, nisi expresse dictum sit singulos in solidum se obligare. 2. Quod licet id dictum sit, tamen conuentus in solidum, diuisionis beneficio, postulare possit vt creditor actionem diuidat, & pro parte virili ipsum tantum conueniat; modò reliqui correi sint soluendo, & præsentes, & beneficio isti non sit renunciatum. *Auth. hoc ita C. de duob. reis.*

An duobus reis promittendi existentibus solutio vnius alteri prodest?

R. Omnino (vt iam dictum) *l. 2. & 3 ff. h.* Et quidem aliter quam in delictis à pluribus commissis, in quibus pœna vnius non liberat alterum. *l 11. §. sed si plures ff. ad l. Aquil.*

An ex duobus reis promittendi singuli pariter semper obligãtur?

R. Non: sed eorum alius purè, alius in diem, vel sub conditione obligari potest; nec impedimento est dies vel conditio, quo minus qui purè obligatus est, possit nomine eorum qui aliter obligati sunt, conueniri §. *vlt hic Quia eorum obligationes pro diei, aut conditionis euentu ad paritatem deduci, id est, purificari possunt. Perez. hic.*

TIT. XVIII.

De Stipulatione Seruorum.

QVæ est summa huius tituli?

R. Quod non tantum liberi homines, sed & seruus stipulari possit: Non quidem ex sua persona (cum iuris ciuilis quo hic contractus introductus, communionem non habeat,) sed ex persona domini, & eius quidem non tantum viuentis, sed & defuncti, vt pote cuius personam, saltem in acquisitione eorum quæ sunt iuris, (non quæ factum personæ desiderant) repræsentet, vt ipsi domini stipulati iudicentur. *Princ. hic. Perez. hic.*

An

An refert quomodo in stipulationibus seruorum verba sint concepta?

R. Minimè quidem re in stipulationem deducta, adeò vt eo casu siue sibi, siue domino, siue impersonaliter seruus stipuletur, domino acquirat. *Planè vt liberi existentes in potestate acquirunt patri*, § 1. *hic*. Omnino si factum in stipulationem deductum, ab ipso seruo quidem expediendum. Puta si sibi iure agere licere seruus stipuletur, ipse tantùm prohiberi, non dominus, debet, §. 2. *hic*. commodum tamen facti domino acquiritur. *gl. hic. Quia cum factum sit personale, ad dominum non transit. Goth. in not. ad Schneid. hic.* Si factū expediendum à promissore stipulatur; (*puta vt promissor domum ædificet*) domino acquirit, *gl. & Dd. in l. 1. §. 1 ff. de V. O.*

Cui stipulando acquirit seruus communis?

R. Vtrique dominorum pro dominij portione, nisi iussu vnius, vel alicui nominatim stipulatus sit, vel res alterius domini sit. *Tunc enim vni soli in solidum acquiritur*, §. 3. *hic*.

TIT. XIX.

De Diuisione Stipulationum.

PRopossuisti plures diuisiones stipulationum, an non sunt præterea aliæ?

R. Omnino pro diuersitate iuris quo stipulationes introductæ sunt; aliæ sunt iudiciales, aliæ prætoriæ, aliæ conuentionales, aliæ communes, id est, tam prætoriæ quam conuentionales. *princ. hic.*

Quæ sunt stipulationes iudiciales?

R. Quæ mero officio iudicis viuentis, vbicunq; ei æquum visum fuerit, exercentur, & à iure ciuili, non prætorio sunt inuentæ. *Vt est cautio de dolo, de seruo qui in fuga est persequendo, pretiove restituendo.* §. 1. *hic, ibi Schneid.*

Quæ sunt prætoria?

R. Quæ sunt à iure prætorio, non ciuili, id est, quæ per prætorem mortuū in edictis suis inuentæ, per iudicem viuū exercentur. Ita vt à mero prætoris officio extra iudicium re necdum in iudicium deducta interponantur. Ex. gr. cau-

ño damni infecti, ſeu nondum facti, quod futurum veremur. *Puta cum vicinus cauet de præſtando damno quod ab ædibus ruinoſis metuimus. t tit. de damn. infect.* 2. Vel legatorum, id eſt, *quæ exigitur ab herede dubia fidei de legatis præſtandis, t. t. ff. vt legat. nom. cau.* 3. Item ædilitiæ ſtipulationes. *Puta quia ædilitium ius Prætorij pars eſt.* §. 2. *hic.* vt de ſanitate pecoris præſtanda, &c. *l. 1. ff. de Ædilit. edict.* §. 2. *eodem tit Schneid.*

Quæ ſunt conuentionales ſtipulationes?

R. Quæ ex conuentione vtriuſq; partis contrahentis cõcipiuntur citra iuſſum, aut iudicis, aut prætoris; *Quarum totidem ſunt genera quot ferè rerum contrahendarum, quod nullum ferè negotium geri poſſit, cui ſtipulatio non ſoleat confirmandi gratia adhiberi.* §. 3. *hic. Perez. hic.*

Quæ ſunt communes?

R. Quæ ſiue iubente prætore extra iudicium, ſiue officio iudicis in iudicio interponuntur; *Vt cautio rem pupilli ſaluam fore, quæ à tutore; & de rato, quæ ab omnibus præſtatur; qui alicuo nomine agunt.* Dici tamen etiam communes poſſunt quæ partim prætoriæ, partim conuentionales ſunt, *qualis ipſa eſt ſtipulatio ratt.* §. 3. *hic. Schneid. eod num. 7.*

Quid prodeſt ſcire ſintne ſtipulationes prætoriæ, an iudiciales?

R. 1. Quod iudiciales non præcisè requirant fideiuſſores & pignora; ſed ſimplici cautione per promiſſionem regulariter expediri poſſint; in prætorijs vero fideiuſſores regulariter requirantur, *l. 7. ff. de prætor. ſtip. & ibi Iaſon C. de V. S.* 2. Prætoriæ ſtipulationes pœnales anno finiuntur; iudiciales ſunt perpetuæ. *infr. de perpet. & temp. act. Schneid. hic.*

TIT. XX.

De Inutilibus ſtipulationibus.

Diximus ſupra qui ſtipulari poſſint, quæ res in ſtipulationem deduci, & quomodo ſtipulatio concipiatur; dic nunc quot modis vitietur ſtipulatio & inutilis fiat?

R. Vitiatur ſtipulatio & inutilis fit; Ratione I. Materiæ II. For-

II. Formæ; III. Finis; IV. Cauſſæ efficientis; V. Accidentis. *Facius Epitome hic.*

Quomodo ratione materiæ?

R. Ratione *materiæ* in ſtipulationem deductæ vitiatur ſtipulatio, cum res promiſſa eſt, vel *naturæ* planè impoſſibilis; *vt nec ſit, nec eſſe poſſit in rerum natura*, vt *Hippocentaurus*, §. 1. *hic. l. 97 ff. de V. O.* Vel quæ fuit quidem, ſed deſijt eſſe tempore ſtipulationis, vt *Stichus mortuus*, §. *eod. & ibi gl.* Niſi id factū ſit ex culpa promiſſoris, *d. gl. & Ang. hic.* Vel iure præſtari non poteſt; puta, quoad res quæ non ſunt in commercio; vt *res ſacræ, ſanctæ, religioſæ, publicæ, liber homo*, etiam in euentum quando ſeruus factus fuerit, res propriæ, vel alienæ in eum caſum, quo propriæ ſint futuræ, *l. 1. Nemo* 82. *pr. ff. de V. O.* §. *item nemo hic. Quia quod noſtrum eſt, amplius noſtrum fieri non poteſt.* Cum *facta* in ſtipulationem deducuntur, vitiatur ſtipulatio ſi ſunt turpia, vel iure prohibita, *l. 26. l 125. De V. O.* Si factum vel datio aliena; idque tum reſpectu promiſſoris in tertium extraneum directè effectum promiſſionis conferentis; *Puta cum quis alium daturum facturumve promittit; Quia factum alienum non eſt in poteſtate promiſſoris*, §. 1. 2. 3. 4. *& ibi Schneid.* Tum reſpectu ſtipulatoris ius agendi & obligandi in tertium conferentis; *Quia alteri ſtipulari, & ſtipulando acquirere non licet, ſed ſibi tantum proprium intereſſe*, §. 18. *hic.*

Promiſſio facti alieni an nunquam valet?

R. Omnino certis caſibus, 1. ſi promiſſio fiat ſub pœna, §. 18. *hic. Sed ne tum quidem eſt obligatio facti, ſed potius pœnæ ratione*, §. 18. *hic.* 2. Si promittatur factum heredis ipſius promittentis, *l. 38. ff. eod. Quia proprium factum promitti cenſetur; Quod heres & defunctus vna eademque perſona cenſeantur.* 3. Quando quis promittit ſe facturum & curaturum vt alius tertius faciat, vel det; *vt in ſtipulatione iudicio ſiſti* §. 3. *hic. l. 8. ff. eod. Quo caſu in id quod intereſt obligatur; quod factum proprium promiſiſſe cenſeatur. Liberatur tamen ſi fecerit quantum potuit, niſi ſit adiecta pœna. Schneid. hic.* 4. Quando ad factum alienum, in ſtipulationem deductum, ipſe promiſſor tenebatur. *l. 14. §. ſed & ſi quis, ff. de conſtit. pec. Quia intelligitur promittere ſe curaturum, vt alius faciat, vel det.*

An non etiam certis casibus valet stipulatio respectu stipulatoris ius obligandi & agendi in tertium conferentis?

R. Omnino, 1. quando stipulator subiectus est iuri eius cui stipulatur; puta filius patri, seruus domino, §. 13. & 18. *hic. Nisi subiectio tantum sit ratione reuerentiæ, qualis est inter Vasallum & dominum, libertum, & patronum. Schneid. hic.* 2. Si promissio iuramento est firmata. *c. Cum contingit: ext. de iureiur.* 3. Aut fiat locis pijs, aut pauperibus. *Schneid. eod.* 4. Nisi intersit stipulantis, §. *sed si stip. hic.* 5. Si procurator domino stipuletur, *l. procuratori, ff. eod.* Vel de consuetudine aliud introductum sit. *per l. 32. ff. de legib. Schneid. hic.*

An non itaque tertius extraneus stipulationi adiici potest?

R. Omnino, sed modò solutionis ergo, h.e. vt cum effectu liberationis tuto soluere ei possit promissor, non vt extranea obligatio acquiratur, sed ipsi stipulatori, §. 4. *hic. Qui proinde id quod solutum est actione mandati, vel negotiorum gestorum repetit. gl. hic Schneid.*

Quid si quis sibi & extraneo copulatiuè stipuletur, cui acquiritur?

R. Pro parte tantum valet stipulatio. Ita vt extraneo nihil acquiratur, sed stipulanti pro parte dimidia eius quod promissum est, §. *Quod si quis hic. Vt nec vtile per inutile vitietur, nec ius accrescendi (vt nec in alijs contractibus) locum habeat. Schneid. hic.* Nisi stipulatio sit facta copulatiuè ei qui nostro iuri subiectus est, puta patri & filio, domino & seruo; *Quia patri & domino tantum etiam sic stipulatum censetur.* §. *ei verò hic.*

Quid si disiunctiue quis sibi, aut alteri stipuletur?

R. Valet stipulatio; *Quia cum vnicuique in solidum stipulatum censeatur, in solidum stipulatori obligatio acquiritur. Supra de duob. reis. Schneid. hic.*

Quomodo vitiatur stipulatio respectu formæ?

R. Si proxime tit. 16. supra tradita ad stipulationum formam requisita non sunt obseruata: & in specie, 1. Si concepta inter absentes, puta per epistolam, aut nuntium *(qua tamen coram iterari potest. Sed & creditur Scripturæ dicenti partes præsentes fuisse, donec contrarium probetur*, §. 11. & §. 16. *hic.*) 2. Item si quis ad ea quæ interrogatus est, non conuenienter respondet, § 5. *hic.* Veluti si interrogatus de decem, respondeat de quinque: vel purè stipulanti sub conditione

pro-

promittat, vel in diem, & contra. *Modò quidem istam diuersitatem diserte exprimat: Non si ad interrogationes simpliciter respondeat Promitto. Tunc enim idem quod in stipulationem deductum spospondisse videtur*, §. 5. *hic.*

An ista diuersitas interrogationis & responsionis aqualiter vitiat stipulationem?

R. Non: Omnino enim vitiat, 1. si diuersitas est circa speciem, vt si quis stipulanti bouem, promittat equum, §. *si de alia* 22. *hic.* 2. Si est circa modum obligandi, *vt in exemplis in precedente responsione.* Sin circa quantitatem, vitiatur modò in eo in quo promissio interrogationi non conuenit; *ex. gr. stipulanti quinque si quis decem promittat, valet stipulatio quoad quinque, non vltra, nisi diuersitas ilico placuerit. Si stipulanti decem quinq; promittis, valet similiter quoad quinque. l.* 1. §. *si quis similiter.* 3. *ff. eod. Schneid. hic.*

Quomodo vitiatur stipulatio respectu finis?

R. Id iam ex parte dictum est; puta si quis alteri extraneo, id est, in eiusdem vtilitatem stipuletur, citra vllum suum interesse: Ita vt non solam quidem solutionem, sed ipsam in eum conferat obligationem. §. 4. 18. 19. *hic.*

Quomodo vitiatur ratione caussæ efficientis?

R. Quando stipulando contrahunt, qui vel omnino, vel ita saltem contrahere non possunt. Puta 1. Si contrahētium alter in alterius est potestate. §. 6. *hic.* 2. Si alteruter siue per vitium animi omnino non potest contrahere, *vt infans, furiosus, mente captus*; siue per vitium corporis (vt mutus surdus) in specie non potest stipulari; siue per defectum iuris, vt prodigus, pupillus sine tutore authore, impubes in potestate patris, §. 6. 7. 8. 9. *l.* 6. *De V. O.*

Quomodo vitiatur stipulatio ex accidenti?

R. 1. Si impossibilis conditio stipulationi adijciatur. §. 10. Omnino quidem si sit affirmatiuè concepta de iure & facto impossibilis, §. 10. *hic. Quod negatiuè concepta, impossibili conditione, pro pura habeatur stipulatio. Schneid. ibid.* 2. Sic respectu temporis in stipulatione adiecti olim quidem non valebat stipulatio, post mortem stipulatoris vel promissoris concepta, *Puta pridie quam moriar dare spondes. Quia impossibilis videbatur conditio & alteri facta stipulatio.* Hodie valet,

Quia & ab heredibus & contra haredes incipiunt obligationes: Vnde & ſimiliter ſtipulatio; *Cum moriar dare ſpondes?* & apud veteres valuit, & hodie magis valet. §. 14. & 15. *hic.*

Stipulatione poſt mortem cõcepta quis à quo exigit promiſſũ?

R. Heres ſtipulatoris exigit ab herede promiſſoris: ſi quidem vtrinque poſt mortem ſtipulatio facta eſt. *d.* §. 15. Vnde & poſt mortem alterius rectè concipitur ſtipulatio: quod nec hic quidem libertas contrahentium *(ex quorum conſenſu valent ſtipulationes)* ſit reſtringenda. *l. vn. C. vt act. tab. hered, Perez. hic.*

An non & prapoſterátione vitiatur ſtipulatio?

Puta ſi quis ita ſtipuletur: ſi nauis ex Aſia venerit, hodie dare ſpondes? id eſt, ita vt obligatio concipiatur ante euentum conditionis?

R. Olim quidem tanquam contra naturam conditionis *(qua rem in euentum futurum ſuſpendit)* concepta vitiabatur: Valet hodie; *Quod hodie in contractibus non tàm verborum ſubtilitas, quam mens contrahentium inſpiciatur; Quæ eſt, vt tum præſtetur promiſſum cum verificatur conditio* §. 13. *hic ibi Schneid.*

Verbum PROMISIT *in inſtrumento conceptum an arguit ſolennitatem debitam in ſtipulatione interceſſiſſe?*

R. Omnino, & quidem ſiue ſcriptura ſit publica, ſiue priuata, §. 16. *hic & l. 1. de contr. ſtip.* Secus eſt ſi teſtes idem deponant. *Quia tantum debent deponere de facto ſub ſenſum corporeum cadente, ex quo reſultat ſtipulatio; ſcil quod audiuerint interrogationem & reſpõſionem, &c. Schneid. hic. l. 20. §. vlt. ff. de teſtam.*

Dic etiam ad quid obligetur, ſi promiſſor rebus pluribus in ſtipulationem deductis ad omnes ſimul ſimpliciter reſpõdeat, promitto?

R. Ad omnes tenetur; Si quas excipit, ad eas ſolummodò tenetur. *Quia tot ſunt ſtipulationes, quot in eam deductæ ſunt ſpecies,* §. 17. *hic ibi Schneid.*

Quis eſt effectus ſtipulationis conditionalis, ſi ante euentum conditionis moriatur ſtipulator?

R. Cum ſtipulationes conditionales hodiè ad heredes tranſmittantur, heredes ſtipulatoris aduerſus promiſſorem eiuſve heredes agere ex ea poſſunt euenìente conditione §. 24. *hic. Quod conditio exiſtens hic ad tempus contractus retrahatur,*

trahatur, ac tunc habeatur perinde ac si purè contractum esset.

Quid iuris si quis hoc anno vel mense dari stipulatus sit?

℟. Cum tempus secundum ante dicta in fauorem debitoris adiectum censeatur: hoc casu non nisi omnibus partibus anni, vel mensis præteritis peti potest quod in stipulationem est deductum. *secundum ante dicta.*

Quotuplex oritur actio ex verborum obligatione?

℟. Duplex; condictio certi, si certa; Actio ex stipulatu, si incerta est stipulatio. Vtraque iuris ciuilis, in heredes transitoria. *De quibus infra latius.*

TIT. XXI.

De Fideiussoribus.

CVr materia fideiussorum præcedenti subiungitur?

℟. Quia vt verborum obligatio, tanquam principalis, stipulationis successu constat, ita & fideiussoria tanquã accessoria, sine stipulatione non perficitur. *Perez. hic.*

Quot modis accipitur fideiussor?

℟. Latè & strictè: Latè pro omni eo qui alterius obligationem suscipit, & fide sua esse iubet; *Vnde fideiussores dicti, l. 7. §. 8. de dol. mal. Val. Franc hi. hic c. 1. num. 3. Vvesp. par. hic, num. 4.*

Quot modis ita latè dictus accipitur fideiussor?

℟. 1. Pro *mandatore*, hoc est, *eo cuius mandato contrahitur*, id est, *qui mandat alicui credi, aut cum eo contrahi, atque ita fide sua esse iubet.* 2. Pro *constitutore*, qui per nudum pactum constituit se soluturũ quod debet alius. 3. Pro *sponsore*, qui spontè pro alio intercedit. 4. Pro *expromissore*, qui principaliter se obligat pro eo, qui non poterat efficaciter obligari. *gloss. sing. in Auth. de fideiuss. §. 1. verb. fideiussoris Hyp. de Marsil. ad Rubr. de fideiuss. Gayl. obseru. 28. num. 1.*

Quis est fideiussor in specie, & propriè dictus?

℟. Is qui pro alio principali debitore suo nomine stipulanti promittit, & salua manente principali obligatione, eam fide sua esse iubet, id est, *pro ea ipse se obligat. d. l. 8. hic l. 12. C. eod. Treut. th. 1. hic. Vnde & adpromissor dicitur.*

Quomodo ergo hic contractus definitur?

Rz. Fideiussio est contractus verbis constans, alienæ obligationi firmandæ ita accedens; vt fideiubens, salua principali obligatione, pro principali debitore fidem suam apud principalem creditorem ita interponat, vt, si contigerit istum fide & bonis deficere, ipse sit soluturus; §. 1. *hic. Perez. hic.*

Qui possunt fideiubere?

Rz. Omnes qui stipulari possunt, nisi specialiter prohibeantur; vt fœminæ, authoritate SC. Velleiani. *l. ff. & C. ad SC. Vell.* milites. *l. milites* § *fin. C. loc.* Serui extra rem peculiarem, *l. 19. & 20. h.*

Qualibus omnino obligationibus fideiussio accedere potest?

Rz. Omni omnino obligationi, 1. qualitercunq; contractæ, (sed secundum leges efficaci) siue re, siue verbis, siue consensu: 2. Cuiuscunque iuris, siue naturalis sit, siue ciuilis, siue naturalis & ciuilis simul. §. 1. *hic.* siue criminalis, §. 1. *hic. l. 1. ff. eod.* At hactenus tantum vt se ad pœnam pecuniariam, non corporalem fideiussor obliget, *Quod Dd. vulgo per l. 13. ff. ad l. Aquil. Apud alios dubio nō caret. Arum disp. hic & alij.* 2. Et quidem siue sit ipsa principalis, siue accessoria; vt & fideiussor fideiussoris detur, qui indemnitatis, *Belgis* Maerborch dicitur.

Quomodo accedit fideiussoria obligatio principali?

Rz. Ita vt vel præcedat principalis obligatio; Vel sequatur, & præcedat fideiussio, §. 3. *hic.* Modo certò tamen sit secutura principalis. Quia citra eam non constat fideiussio, §. 3. *hic. l. 57. h. t. Quod quis pro se ipso fideiubere non possit: Vnde fideiussio præcedens trahitur ad tempus principalis obligationis.*

Quæ ergo requiruntur ad formam fideiussionis?

Rz. Plura, 1. vt fideiussor se obliget suo nomine, & quidē pro debito alieno; *ex ante dictis.* 2. Vt id faciat citra nouationem, id est, ita vt suo interuentu priorem obligationem nō tollat; sed debitor principalis nihilominus maneat obligatus. *Secundum ante dicta.* 3. Vt fiat solennitate stipulationis, *l. 2. C. hic. Quæ adeò hic iure necessaria; vt, licet alias iure Canonico ex nudo pacto oriatur actio, tamen fideiussio pacto nudo præstita, eodem iure non valeat.* Hodie tamen eius necessitas sublata.

Treut.

Treut. hic theſi 4. & per rata. 4. Vt ad idē ſe obliget fideiuſſor, quod eſt in principali obligatione: *l.* 1. §. 8. *hic.* Ita vt plus non debeat fideiuſſor, ſiue quantitatis, ſiue rei, *l.* 16. § 1. *hic.* ſiue loci. *l.* 49. §. 2. *hic.* ſiue temporis, *d l.* 49. §. 2. ratione plus intelligatur, §. 5. *hic. Ne plus ſit in acceſſorio quam in principali.* §. *eod.*

An fideiuſſor nō poteſt efficacius obligari quā principalis debitor?

R. Omnino. Nempe poteſt obligari fideiuſſor ſub iuramento, *Vult. iuriſpr. lib.* 1. *cap.* 39. Sub inſtrumento habente paratam executionem. *Vveſ. par. hic.* principali tantum ſimpliciter obligato.

An & in minorem partē & leuiorem cōditionem obligari poteſt?

R. Omnino vt fideiuſſor debitore in 10. obligato tantum obligetur in quinque. 2. Principalis purè, fideiuſſor ſub conditione. 3. Vt Fideiuſſor in tempus breuius quam principalis. §. 5. *eod. Si forte tamen fideiuſſor in duriorem cauſſam accipiatur, ex benigniori ſententia placet eum teneri ad id quod debet principalis, nec perimi obligationem fideiuſſoriam. Dd. communiter.*

Qualis debet dari fideiuſſor?

R. Idoneus; exceptis neceſſarijs perſonis, à quibus qualiſcunque accipi debet: *l. edicto ff. in ius vocatio?*

Quomodo æſtimatur idoneitas?

R. 1. Ex *perſona fideiubentis*, ſi talis ſit, vt ſtipulationem efficaciter de iure contrahere poſſit; Vnde *fœmina, propter SC. Velleianum.* milites, *l. milites, C. locati, &c.* & *minores, l.* 3. *hic.* propter reſtitutionis in integrum periculum, nō ſunt idonei fideiuſſores. 2. Ex *facultatibus*, ſi rem in fideiuſſionem deductam ſoluere poſſit. 3. Si copiam faciat ſui conueniendi, *Quales qui non ſunt, tacitè recuſantur. l.* 13. *ff. hic.* Qui tamen eos recipit, probaſſe videtur; vt tutiori cautioni locus non ſuperſit. *Treut. hic theſi* 2. *lit. f.*

Quis eſt effectus fideiuſſionis?

R. Quod fideiuſſor ad id quod tempore fideiuſſionis in obligatione principali fuit, ſiue ſors, ſiue vſura, perēq; tenea tur ac principalis debitor; *l.* 4. *in fin. ff. hic.* Nec ipſe tantum, ſed & heredes ipſius, §. 2. *hic.* etiam eius non facta mentione, *l.* 13. *C. de contr. ſtipul.* Non verò ad id quod ex mora & delicto debitoris accedit, *l. centum ff. de eo quod certo loco. l.* 22. *de act. Niſi in omnem cauſſam fideiuſſerit. l.* 56. *ff. locat.*

Qua-

Quatenus tenentur heredes?

Rz. Si plures sunt, pro partibus hereditarijs; si vnus, in solidum. *l.49. § 1. ff. hic.*

Quatenus obligantur fideiussores?

Rz. 1. Si plures sunt, in solidum non minus obligantur, & conueniri possunt; §.4. *hic. l.3.16.23. C. hic.* 2. Etiam ante principalem debitorem, *l.2.3.5. C. hic.* Vtrumque secundum ius vetus.

An ius vetus ratione fideiussionis adhuc hodie obtinet?

Rz. Non; sed concessa sunt in iure fideiussoribus quædam beneficia ex æquitate.

Quæ sunt illa?

Rz. 1. Respectu *rei principalis, beneficium ordinis*, quod & *excussionis*, & de *fideiussoribus* dicitur: quo creditor prius reum principalem cogitur excutere. *Auth. præsente C. h.t. Nou.4. § si quis igitur.* 2. Respectu *confideiussorum*, beneficium diuisionis à D. Adriano concessum: Nempe, cum plures confideiussores sunt, vt, licet singuli ipso iure teneantur in solidum, conueniri tamen non possint, nisi pro parte virili, §.4. *hic.* 3. Respectu *creditoris*, & *confideiussorum simul*, concessum est fideiussori beneficium cedendarum actionum, quo is solidum debitum soluere creditori non tenetur nisi petenti ipsi ab eo cessis actionibus, *l.11. C. hic. Vt istius cessionis beneficio modò quod supra suam partem soluit à confideiussoribus petere possit. Bart. in l.7. hic. Treut. th.6. hic. lit.a.* Qua cessione negata vltra partem virilem non tenetur, *l.2. C. hic. Marsf. eod. num.27.*

Quatenus iuuatur beneficijs excussionis fideiussor & diuisionis?

Rz. Ope exceptionis: & quidem ante conclusionem in causa propositæ (*ex benigniore sententia.*) Qua omissa iudicium contra fideiussorem procedit secundum ius vetus; tum quoad ordinem executionis, tum quoad condemnationem singulorum fideiussorum in solidum. *Gayl.2. obs.27. num.1.2.3.4.5.*

Beneficia ista an competunt solis fideiussoribus?

Rz. Immo vero alijs accessoribus, vt mandatarijs, & constitutæ pecuniæ reis. *Nou.4. c.1. l.14. §.1. ff. hic. & l. vlt. C. de const. pec.*

Bene-

Beneficium ordinis an nunquam ceſſat?

R. Omnino, 1. quando reus principalis eſt abſens, *Nou. 4. c. 1.* vel notoriè inops & non ſoluendo; ita vt facilè, & quidem cum effectu, conueniri non poſſit; vel etiam ſi ſit potens, vt creditor ab eo creditum exigere non auſit. *Comm. opin. 2.* Si naturaliter tantum ſit obligatus. *l. 25. ff. h.t.* 3. Si huic beneficio fideiuſſor renunciauerit: *l. penult. ff. de pact.* 4. Si negauerit ſimpliciter ſe fideiuſſiſſe. *Schneid. hic.* 5. Si excuſſionem contra reum principalem ipſe impediuerit, *c. qui fruſtra ext. de vſur.* 6. Si bona rei principalis ſint apud fideiuſſorem, *Myuſ. 2. obſeru. 15. 7.* Pater non fruitur beneficio excuſſionis aduerſus filium pro quo fideiuſſit, &c. *l. 3. §. ſed vtrum. ff. de minor. Gayl. 2. obſ. 27. per totum. Hering. tract. de fideiuſſ. part. 1. cap. 27.*

Beneficium diuiſionis an nunquam ceſſat?

R. Omnino ſimiliter 1. Si vnus fideiuſſorum tantum fuerit præſens, & ſoluendo. §. 4. *& l. 26. h.t.* 2. Si ei beneficio ſit renunciatum: *l. vlt. ff. de pact.* 3. Si fideiuſſor negauerit ſe fideiuſſiſſe. 4. Si vnus plurium confideiuſſorum, (ſiue ratione pupillaris ætatis, ſiue ſexus muliebris, aut ſimili) ineffi caciter ſit obligatus. *l. 48. ff. h. t.* 5. Inter principalem fideiuſſorem & huius fideiuſſorem, *l. ſi plures §. fin. hic.* Denique in obligationibus faciendi. *l. ſi ſtipul. non diuid. de V. O. Pacius Epitome hic theſi 26.*

Actionibus ceſſis & facta ſolutione quod ius competit fideiuſſori aduerſus principalem debitorem?

R. Vt ab eo non tantum principale debitum, ſed omne damnum, expenſas, actione mandati, vel negotiorum geſtorum repetere poſſit, §. 6. *hic. l. 20. 33. 35. mandati.* contra pignorum poſſeſſores hypotheca vtili. *l. 2. 11. 14. C. hic.*

An hoc ſemper verum?

R. Omnino, niſi pro inuito fideiuſſit. *l. 6. §. ſi paſſus l. 40. ff. mand.* Vel donandi animo, *d. l. 6.* Vel ſciens aut per ignorantiam iuris, exceptionem omiſit, qua contra creditorem vti potuit. *l. 29. ff. & l. 20. C. mand.*

Quando ceſſio actionum petenda eſt?

R. Ante ſolutionem: quod etiam rectè conuentus fideiuſſor, niſi iſta ceſſione impetrata, ſoluere non cogatur; &,

ſolu-

solutione facta, tanquam per eam obligatione principali sublata, frustra hæc exceptio obijciatur, *Vvesenb. par. hic.* nisi aut creditor sponte cedere velit, *l.36. hic.* aut ea lege, vt actiones cederentur, à fideiussore sit solutum.

An non & ante factam solutionem ad liberationem fideiussor agere potest?

R. 1. Immo; si fideiussor fuerit condemnatus. *l. si pro ea C. mand.* 2. Si reus bona sua dilapidet, vt ad inopiam vergat, *d. l. si pro eâ.* 3. Si fideiussor ab initio pactus sit, vt sibi liceat ante solutionem conuenire debitorem, *l. eod.* 4. Si reus in facienda solutione diu cessauerit, *l. Lucius*, 48. §. 1. *D. eod.* Maximè si in promtu pecuniam fideiussor non habeat, & molestus sit creditor. *c. 3. ext. hic. & d. l. Lucius, Pac. eod. th.* 25.

Quibus modis tollitur fideiussio?

R. Iisdem modis quibus stipulatio, vel contractus principalis. Puta 1. solutione eius quod debetur, *l. 33. hic.* 2. Nouatione, *l. nouatione C. hic &c. de quib. infra latius.* 3. Prorogatione termini à creditore suo debitori facta contra leges conuentionis ad certum tempus obligationem restringetis. *Treut. thesi vlt. hic.* 4. Confusione actionis inter debitorem & creditorem, *l. 93. §. vlt. de solut.* 5. Præscriptione. *l. 2. C. const. pec.* 6. Sententia definitiua. *Vvesenb. par. hic.* 7. Præsentatione rei principalis in iudicio semel facta; nisi totius iudicij fideiussor sit acceptus. *Vvesemb. par. eod.* aliisque modis.

TIT. XXII.

De *Literarum Obligationibus*.

Quæ est tertia species obligationum?

R. Literarum obligatio.

Quomodo contrahitur?

R. Quando quis debitor spe futuræ numerationis, ex promisso creditoris concepta, dat alicui chirographum, quo cõfitetur se pecuniam certam accepisse mutuo, quam tamen non accepit. *Schn. h.*

Quo iure introducta?

R. Iure Ciuili, *licet alij plerique contractus iuris gentium sint:*

glos.

glos. in §. ius autem gentium verb. pene Supra d. I. N. G. & C.

Quomodo hic est obligatio, & quod eius fundamentum, cum reuera non sit pecunia numerata?

R. Licet nulla quidē hic videatur esse obligatio; cum ob defectum consensus, *quia scribens chirographum tantum videtur voluisse se obligare, quatenus pecunia numeraretur* tum quod naturalis æquitas non permittit, vt obligeris ad restituēdum quod non accepisti; Contra eam tamen ius voluit ex ista cōfessione nasci obligationem, ne dubia sit scripturarum fides *Arg. eius quod alibi de usucapionib. Pac. Epitome hic thesi* 28.

Cur literarum dicitur obligatio?

R. Quia ad eam Scriptura adeò requiritur, vt eius efficacia omnis ex scriptura pendeat.

Quæ actio oritur ex hoc contractu?

R. Oritur condictio ex lege, *text. hic.* vel actio ex stipulatu, si quidem stipulatio interceſſit.

Quæ est efficacia huius obligationis?

R. Ante biennium non est ita efficax, quin reo competat exceptio non numeratæ pecuniæ, per quam actor repellatur, nisi reuera numeratam debitori probet, *l. 3. C. de non num. pec. Ex æquo puta & bono contra rigorem iuris introducta.* Nec post biennium; si quidem reus suam probet exceptionem, *d. l. 3 C. eod. Dd. communiter.*

Quādo ergo proponi debet exceptio ista, & quo effectu proponitur?

R. Olim debuit proponi intra quinquennium; hodie, ex Iustiniani constitutione, intra biennium, idque continuum, *Text. hic.* ad præcedentem quidem effectum, vt liberetur reus confessus ac *(contra naturam aliarum obligationum,)* onus probandi in actorem deriuet. Quo post biennium eam si proponat, se grauat. *Per statim dicta.*

Contra qualem omnino scripturam competit hæc exceptio?

R. Contra omnem quæ de iure & consuetudine fidem facit, siue publica sit à Notario concepta *(licet alias publico instrumento credatur donec contrarium probetur,) leg.* 18. *C de probation.* quatenus hoc casu confessionem tantum probat, non numerationem, *schneid. hic.* Siue priuata manu debitoris confecta, licet sigillo signata, *Schneid. hic ex Fabro eod. num.* 10.

In

In quo contractu omnino locum habet?

R. Tantum in contractu mutui, *gl, fin. hic*, non alio, puta depositi, emti, &c. vtpote in quibus confessio præiudicat confitenti, *l. generaliter C. de non num pec. Schneid. eod.*

Quibus casibus cessat hac exceptio?

R. 1. Si debitor partem sortis, vel vsurarum soluendo cautionis fidem agnouerit, *l. 4. 11. C. de non num. pec.* 2. Si substitutus successit in locum eius qui erat obligatus. 3. Si transactionis caussa certam summam cauerit. 4. Si quis caucrit argentarijs certam quantitatem. *Nou. 136.* 5. In instrumento depositionis certarum rerum. 6. In apochis publicis. 7. In apochis solutæ dotis, *in contractibus, §. 1. de non num. Perez. & Pacius Enchir. hic.*

An non & creditori solutam sibi pecuniam à debitore qua soluta non sit apochâ confesso, eadem exceptio non facta solutionis datur?

R. Omninò: sed modo infra viginti dies præcisè. Vt ijs elapsis non audiatur, licet onus probandi in se recipiat. *Dd. vulgo in l. 14. §. 2. C. eod.*

Quotuplex oritur actio ex hac obligatione?

R. Duplex: vel condictio ex lege, *Text. hic. gl. in verb. condictio*; vel actio ex stipulatu, si stipulatio interceßit. *Dd. in d. l generaliter, Schneid. hic.*

T I T. XXIII.

De Obligationibus ex Consensu.

QVæ est quarta species contractuum?

R. Eorum qui ex consensu dicuntur: Ita, etsi nullus contractus consensu vacet, speciatim dicti; quod neque scriptura, neque Verborum solemnitas, neq; res ad eorum substantiam præcisè requirantur; sed secundum sui naturam solo consensu perficiantur; idecque inter absentem per epistolam, aut amicum fieri possint. *Text. hic. 2. l. 48. ff. de Oblig. Perez. hic.*

Cur dicis secundum sui naturam?

R. Quia in his ex accidenti; puta ex pacto (*quo contractus*

ctus formantur, præsertim qui consensu perficiuntur, l. 1. § si convenit, ff. depos. l. 7. § adeò ff. de pactis.) fieri potest, vt solus consensus non sufficiat; sed aliquid, puta scriptura, ad eorum perfectionem requiratur, *vt in emtione venditione, si eam contrahentes nolint esse perfectam, nisi in scripturam redigatur. Quia nec eo casu aliter, nisi instrumenta emtionis, vel propria contrahentium manu, vel per alium, scripta ab ipsis verò subscripta sint, vel si per tabellionem, nisi & completiones acceperint, perfecta censetur. § in ijs autem tit. prox. seq. Schneid. eod.*

Quinam sunt hi contractus?

R. 1. Omnes sunt bonæ fidei, hoc est, tales in quibus nō tantum ea quæ à contrahentibus dicta sunt, vel literis expressa, debentur, sed & alia quæ naturalis æquitas suadet alterum alteri præstare. *Text. hic.* Cum in stricti iuris contractibus *(qualis est verborum obligatio)* modò præcisè præstentur quæ sunt expressa; vt infra latius dicetur. *Text. hic.* 2. Hi contractus sunt vltro citroque obligatorij, cum ex superioribus quidam ex vna tantum parte obligationem pariant; vt *mutuum, stipulatio, literarum obligatio.*

TIT. XXIV.

De Emtione & Venditione.

QVot species contractuum consensu constantium proponit Imperator?

R. Quatuor: Emtionem venditionem, Locationem conductionem, Societatem, Mandatum.

Emtio venditio quot modis accipitur?

R. Ad legem xij. Tabl. relata omnem contractum comprehendit, per quem dominium transfertur, *l. statu liberi, §. 1. ff. de statu liber. Puta quia omnis translatio & mutatio familiæ per emtionem, id est, per æs & libram, sed ferè tantum imaginariè, celebrabatur. Treut. Disput. hic thesi 1. lit. b. ex Vlp. Frag. tit. 19.* Speciatim accipitur pro certa contractus specie quæ à permutatione quidem originem sumsit, ab ea tamen differt, & distinctum contractum facit, §. 2. *hic.*

Quomodo definitur emtio venditio in specie dicta?

R. Con-

R. Contractus bonæ fidei ſolo conſenſu initus, de re aliqua emtori tradenda; idque pro certo pretio venditori in nummis ab eo dando. *pr. hic. l. 3. de Oblig. & Action.*

Qualis ergo oritur ex hoc contractu obligatio?

R. Reciproca; vna qua emtor venditori ad perſoluendum pretium: Altera qua venditor emtori ad rem ei tradendam obligatur.

An ergo hic geminus eſt contractus?

R. Minimè, ſed vnus tantum. Vnde & emtio venditio coniunctim quaſi vna vox, vt ſupra bonorum poſſeſſio, & in ſeq. Titulo locatio conductio ſcribitur, licet diuiſim non minus enuncietur. *Quatenus contractus duorum voluntatibus conſtat. Text. hic. Quod & in bonorum poſſeſſione obſeruauimus.*

Dixiſti hunc contractum à permutatione habere originem; diuerſum tamen eſſe, dic qua in re differant?

R. 1. Quod in permutatione res pro re detur, ſeu pecunia pro pecunia; hic pro pecunia, ſeu pretio res. 2. Quod permutatio non perficiatur, niſi re ſecuta; emtio venditio ſimul atque in rem ſeu pretium fuerit conſenſum; etſi numeratum non fuerit pretium, vel traditio facta. *l. 2 ff. de permut. Text. pr. hic. Plures recenſet Schneid. eod.*

Qua ergo ſunt huius contractus ſubſtantialia?

R. Tria 1. Vtriuſque contrahentium conſenſus. 2. Res, ſeu merx quæ venditur. 3. Pretium. *gl. in l. pacta, vel ex pretio De. contr. emt.* Non vero arrha, vel Scriptura; *vtpote ſine quibus contractus hic conſiſtere poteſt. Schneid. hic. §. Pretium.*

Qualis hic eſſe conſenſus dicitur?

R. Spectatur in duobus. 1. Reſpectu ſubſtantiæ contractus. 2. Reſpectu modi conſenſum adhibendi. *Vult. Iuriſp. lib. 1. cap. 35. num. 44.*

Qualis debet eſſe cõſenſus ſecundũ ſubſtantiã huius cõtractus?

R. 1. Debet eſſe non de contrahendo, ſed in ipſum cõtractum emtionis venditionis; *Quia promiſſio de contractu emtionis ineundo & celebrando, non facit contractum emtionis. Vultei eod.* 2. Non in pretio tantum, vel re, ſed in vtroque. *l. in venditionibus, 9 ff. de contr. emtion.*

Qualis ergo diſſenſus hic vitiat contractum rei reſpectu?

R. 1. Non qui in ſolo eſt nomine, quando puta rem, in quam

quam est consensum, vnus aliter appellat quam alter, *ex gr. si eundem fundum in quem consensum est, vnus Sempronianum, alter Scianum appellat.* 2. Nec omnis qui in re est; sed si sit in ipso corpore, *Puta si venditor Cornelianum, emtor Sempronianum fundum intellexit, d.l. in venditionibus.* vel in substantia, seu materia rei, *exemp. gr. si as pro auro venditum d.l. in venditio.* Puta 1. si in ea omnimodo erretur: *(secus non; puta si inauratum pro solido auro vendatur, l. 14. ff. eod)* Adeoque si in materia toto genere diuersa erretur. *secus si species modò vna altera sit melior; puta si quis Rhenense aurum emens putet se Hungaricum emisse, l. 11. §. quamuis, ff. eod)*

Qualis dissensus vitiat respectu pretij?

R. Id cum in quantitate & valore magis quam in re consistat, simpliciter habendum, si venditor minus putauit quam emtor, emtionem subsistere in minori summa; si maius, impediri contractum. *Vult. eod.*

Qualis secundum modum consensum adhibendi?

R. 1. Debet is esse directus in negotium præsens, non in futurum, *vt statim dixi: Alias enim vel pactum erit de non contrahendo; vel alius contractus quam emtionis. Vult. eod. nu. 57.* 2. Ab vtraque parte liber; *Quia dolo si quis inducatur vt emat vel vendat, emtio nulla est. l. 1. C. de rest. vend.* 3. Non simulatus, puta vt specie emtionis donatio tegatur. *l. 20. ff. locati.* 4. Mutuus; Puta de re & pretio, *l. 25. §. 1. ff. eod.* 5. Denique perspicuus & clarus; *Obscurus si sit, valet quidem contractus; sed interpretatio fit contra eum qui potuit apertius dicere, & cuius ita non esse locutum interest. l. 37 ff. de Pact. Vult. eod.*

An nemo ergo cogi potest vt rem suam vendat?

R. Imo certis casibus à Dd. allatis; exemp. gr. vel in testamento à testatore, *l. 66. ff. de leg. 1.* Vel ratione communionis, à socio; *l. 13. § idem ff. de act. empt.* Vel ob æquitiam dominorum in seruos ex lege; Vel si Respublica aut ciuitas aliqua prematur inopia annonæ; *Tum enim cogi possunt ciues vt eam vendant. l. 1. §. cura carnis ff. de præfect. vrb. Mynsing. obs. 27.* Multisque alijs casibus, *Quos vide apud Socinum Regula. 530.* Vendenda verò res iusto pretio. *l. fin ff. de annon. Vult. eod.*

Quæ res omnino possunt emiuendi?

R. Omnes siue corporales, siue incorporales; puta *actio,*

hereditas: extantes; futuræ, *modò futura sperentur*; Propriæ; alienæ: ijs exceptis quæ iure prohibentur distrahi.

Quomodo possunt vendi res alienæ, cum oppignorari non possint?

R. 1. Quia ex natura huius contractus venditor de euictione tenetur, *l. 16. pr. hic.* & si rem tradere non potest, præstando emtori interesse liberatur, *sec. ea quæ sequuntur.* Ipse vero dominus rem suam euincere officio iudicis potest. *Treut. hic. thes.* 2. Quod super euictione etiam stipulatio siue simplæ, siue duplæ, *puta qua vel simplum pretium, vel eius duplum se restituturum promittit, l. 16, l. 17. l. 18. hic. Ita vt de eâ emtori caueatur*, inter contrahentes intercedit. *Vvesenb. par. num.* 2. Adeoque siue ex emto, siue ex stipulatu euictionis actio competat, & quidem re siue tota, siue ex parte euicta. *l. 43. hic. Treut. hic. th. 6. Nisi emtor litem contra se motam auctori suo, aut heredi, l. 8. & 21. C. hic. non nuntiauerit, aut rem alteri obligatam sciens emerit, l. 27. C. hic. Vtpote quod eo casu nec pretium repetere possit. Facit d. l. 27. C. hic. Sed & de his infra.*

Quæ res ergo non possunt emiuendi?

R. *Iure naturali*, non possunt emiuendi. 1. Quæ nec sunt, nec fore sperantur, *l. 44. l. 57. ff. de contr. emt.* 2. Res diuinæ, sacræ, sanctæ, religiosæ. Tamen inter ignorantes earum qualitatem, saltem emtore eam ignorante, inita eatenus valet, vt venditor emtori ad interesse teneatur, *§. 5. hic.* 3. Liber homo; adeoque res quæuis, quæ non potest esse in commercio, *d. l. si in emtione. Iure ciuili*, non possunt vendi. 1. Res publicæ, vniuersitatis; *l. fin. C. de vend. reb. ciuit.* Nisi cum certis solennitatibus, *de quib. Bart. Bald. & Canon.* 2. Res furtiuæ, vel vi possessæ. *§. 2. inf. de vsuc. l si in emtione* 34. *ff. de contr. emt.* 3. Dotales; & donationes propter nuptias, *Inst. quib. al. licet, vel non licet.* 4. Emphyteuticæ non requisito domino, *leg. fin. C. de iur. emph.* 5. Litigiosæ; nisi alienatio esset necessaria, *l. fin. Auth. si heres C de litig.* 6. Subiectæ restitutioni, *l. fin. §. sed quia Com. de legat. Nisi fauore doris aut donationis propter nuptias; item alimentorum, Auth. res quas C. eod. Et pia causa, arg. l. 25. §. fin. ff eod. vel necessitatis. Auth. contra rogatus C. ad Trebell. Sed non nisi legitime à iudice. Bart. in l. fin. §. etsi prafatam, C. de iure delib.* 7. Cupressi in luco Daphnensi,

nensi, *tot. tit. 11. C. 17. 20.* Vltimo, Venena mala, &c. *l. 35. §. veneni mali ff. de contr. emt.* Ex principum constitutionibus in specie. 1. Vendere non licet purpuram, & sericam hominibus priuatis; arma barbaris. 2. Vinum, oleum, aliudve liquamen vsus caussa paratum: 3. Annonam popularem & militarem. 4. Eunuchos siue spadones. Liberos proprios (quod aliàs ex lege XII. Tab. fieri poterat) nisi egestate cogente, & victus caussa. *t. t. C. qua res vend. non pos.*

Quatenus valet venditio rei alienæ?

R. Eo casu, si contrahentes, vel emtor saltem nesciuerit rem alienam esse; aut scientes, saltem bona fide contractum ineant; idque siue omnino, siue ex parte res sit aliena, *l. 1. & seq. C. de reb. al. non alien.* Sed rem alienam vendens obligatur, vt vel ipsam rem præstet, si potest; vel si non potest, ea euicta, ad interesse teneatur. *Vult. eod. num. 29.*

An vt venditio, sic emtio rei suæ valet?

R. Minimè: in tantum, vt, etsi iussu emtoris, ignorantis rem suam, alteri tradideris, non transeat in eum dominium, *l. 1. §. 1. & l. 19. ff. de contr. emtion.*

Quale debet esse pretium?

R. 1. Debet esse certum, §. 1. *hic.* (quod quamdiu definitum non est, non nascitur obligatio,) siue in conuentione quantitas absolutè exprimatur à partibus vtrimque, siue relatè ad aliquid ex quo certum esse possit; puta, *Tantum dabo quanti Titius emit. l. 7. §. huiusmodi & 1. ff. de cont. emtion.* 2. Debet consistere in pecunia numerata, certæ & taxatæ quantitatis, §. 2. *hic. Vtpote quod in hoc emtio venditio à permutatione distinguatur: Vel alias contractus sit innominatus*, DO VT DES.

Quid si pretium in arbitrium tertij conferatur?

R. Vt pretio in arbitrium vnius contrahentium, siue emtoris, siue venditoris collato, puta; *Vendo tibi fundum quanti æstimauero; vel æstimaueris*, nulla erit obligatio, & inutilis contractus. *Quod rei soluendæ sic non erit necessitas, leg. 35. §. 1. l. 13. C. de contr. emt.*) Sic in arbitrium tertij collatum valet, modo is æstimauerit: secus si noluerit, vel non potuerit æstimare, §. 1. *hic.*

Quando igitur censetur perfectus contractus?

R. Statim ac de pretio, eiusque quantitate, reque tradenda inter partes conuenit; etsi pretium nondum sit numeratum, nec traditio rei intercesserit, nec arrharum nomine quicquam solutum sit, *Pr. hic.* Aut in scripturam contractus non sit redactus, *ibid. Nisi expressè conuenerit, vt sine scriptura non consistat:* Quo casu tum demum perfecta censetur venditio, postquam in scripturam redacta est: *ibid. & sec. ante dicta.*

Quatenus dicis perfectum sic esse contractum, cum in eo & rei traditio, & pretij solutio requirantur?

R. 1. Quoad *obligationem* perfectus quidem hoc casu dicitur contractus, & quoad *actionem*; ita vt parte inuita recedi ab eo non possit. 2. Respectu *periculi & commodi rei venditæ*, quod vtrumque, post istum consensum, regulariter ad emtorem transit, §. 3. *hic. l. 8. ff. de peric. & com. rei vend.* 3. Respectu eius *quod post istum consensum vtrimque necessitas oritur, & rei tradendæ, venditoris; & pretij soluendi, emtoris respectu.* Quæ omnia quando ita conuenit tum demum certa sunt, postquam instrumenta emtionis ab ipsis contrahentibus vel scripta sunt, vel subscripta. *pr. h. & sup.*

An pœnitentiæ locus est semper si istorum, quæ ante dicta sunt, aliquid deest?

R. Omnino; nisi arrharum nomine aliquid fuerit datum: *Quo subsecuto quocunque modo celebratus fuerit contractus, emtor contractum adimplere recusans, perdit quod dedit: Venditor duplum eius quod accepit restituere cogitur, licet super arrhis nihil sit expressum. Princ. hic.*

Quis primus adimplere contractum debet?

R. Is qui prior agit ex contractu; idque secundum regulam generalem, §. 6. Quod qui ex contractu aliquo agere velit vltro citroque obligatorio, & ad eum implendum partem alteram cogere, ipse prius eam impleuisse: vel saltem, vt impleat paratum se præstare debet. Puta emtor ad traditionem agere volens, debet offerre pretium, Venditor, ad pretij solutionem agere volens, rei offerre traditionem, *l. Iulianus §. offerre, l. qui pendentem, 25. ff. hoc tit. Vesp. par. eod. 7.*

An verò ad rei traditionem & pretij solutionem præcisè

hic

hic contrahentes tenentur?

R. Imo venditor præcisè rem tradere debet, nec præstando interesse liberatur, modò facultatem rei tradendæ habeat, *l.*11. §.2. *l.*30. *de act. emt. Vend.* Secus, ex benigniori sententia præstando interesse liberatur. Pretium ita emtor venditoris facere debet, vt in eum dominium tranferat. *d. l.*11. §.2. Nisi eius fidem venditor sit secutus; *Vt in emtione, in qua solutio in diem collata est; puta cum tempus indulgetur. l.* 16 *ff. ibid.* Non soluto pretio, nec fide de eo habita, res emtæ adeò non fiunt accipientis; vt, emtore bonis cedente, venditor eas vindicare possit, ac cæteris creditoribus præferatur. *l.*19. & 53. *ff. eod. Gayl.*2. *observ.*15. *num.*4.

An res vendita semper est periculo emtoris?

R. Nequaquam, sed certis casibus manet periculo venditoris. Puta, 1. si res vendita sub conditione, pendente conditione perierit; secus si deterior tantum facta sit, quod ad emtorem tantum spectat. 2. Si res in genere vendita; aut talis, quæ in numero, pondere & mensura constet, *Quod eiusdem rei tum demum perfecta censeatur venditio, cum ea admensa, appensa, aut numerata fuerit; quasi sub ista conditione facta.* 3. Si dolo vel culpa venditoris res perierit, *Nisi emtor aut solus, aut posterior moram commiserit; Vtpote quo casu venditor dolum tantum præstat; quod si solus aut posterior venditor moram fecerit, res ipsi perit. l.*33. §. *in his ff. de act. emt. l.*17. *de peric. & com. rei vend.* 4. Si venditor custodiam & periculum rei venditæ in se susceperit. 5. In venditione alternatiua, *vt, Sticho aut Pamphilo vendito;* si pariter vterque perierit, ad emtorem quidem spectat periculum: si alteruter tantum, prioris interitus ad venditorem, posterioris ad emtorem spectat. *l.*34. §. *si emtio. ff. de contr. emt.*

Quot modis contrahi emtio potest?

R. Aut purè, aut sub conditione; aut in diem, ex die, ad diem.

Explica quid iuris circa hos modos?

R. Valent quidem tales contractus sed sub conditione initi, sic tantum si conditio, non si res vel pretium in emtoris conferatur arbitrium. In diem, ad diem, vel ex die cum contrahitur emtio, *quibus modis quomodo contrahatur ex antedictis*

dictis patet,) nisi dies adiunctam habeat conditionem, ità censetur contracta obligatio, vt non ipsa; sed rei tantum traditio suspensa videatur. §. 2. *sup. de verb. obl. Perez. hic.*

Ad cõditionales vẽditiones quæ singulariter referri possunt?

R. Venditiones eæ quibus res ad degustandum vel ad mensuram venduntur; puta vt emtio non sit rata vini, antequam vel degustatũ, vel admẽsum sit: Vel vtrumq; factum.

Quid iuris circa singulas istas venditionis species; quoad rei venditæ periculum?

R. Si ad degustationem solam venditum, vel mensuram; periculum vini ad emtorem tantum spectat postquã degustatum, vel admensum sit: vltima conditione; id est, vtraque conditione si venditur; periculum qualitatis vsque ad degustationem ad venditorem; post eam demũ ad emtorem: periculum substantiæ seu rei interitus, donec vinum admetiatur, quamuis degustatum, ad vẽditorem pertinet, *l.* 34. §. *alia & l.* 35. §. *pen. de contr. emt. l.* 15. *de peric. & com. rei. V. Vvesemb. par. de per. & com. rei vend. per totum.* Si vinum simpliciter, seu per auersionem vendatur, omne periculum statim ad emtorem transit. *l.* 4. § *fin. l. si vina ff. hic. t. Vvesemb. par. eod. Pac. epitome hit thes.* 19.

Quid vocas per auersionem vendere?

R. Cum res vt est venditur. Vnde statim perficitur emtio, cum emtor nec deliberandi tempus nec probandi postulauerit, *Calu. lexit.*

An huic contractui, non solent aliquando pacta adiici?

R. Omnino; & sunt quidem eorum frequentissima, addictio in diem, lex commissoria, & pactum de retrouendendo.

Quot modis fit addictio in diem?

R. Vel purè, sed ita vt oblata meliori conditione, liceat ab emtione recedere: vel sub conditione, vt perficiatur emtio, nisi melior conditio offeratur, *tot. tit. de in diem addict. Vvesemb. eod.*

Quid est hic lex commissoria?

R. Conuentio qua cauet venditor, vt, nisi pretium intra certum diem soluat emtor, res sit inemta, *t. t. de leg. commissum.*

Quid

Quid eſt pactum de retrouendendo?

R. Quando res ita diſtrahitur, vt, oblato quandocunque vel intra certa tempora prætio, res reſtituatur. *l. 2. C. de pact. inter emt. Quod pactum etiam ad heredes tranſit, & extraneo cedi poteſt. per not. Gayl. 2. obſ. 2. num. 4. 5.*

Quæ actiones naſcuntur ex hoc contractu?

R. 1. Actio *emti*, quæ datur emtori contra venditorem ad rem venditam tradendam, ſeu vacuam eiuſdem poſſeſſionem præſtandam; & poſt moram ad hoc quod intereſt, ita vt etiam petantur rei venditæ fructus & acceſſiones. Altera *ex vendito*, competens venditori ad conſequendum id quod emtor ex contractu à ſua parte præſtare debet; puta ad pretij præſtationem. *tit. de act. emt. vend. Treut. hic th. 11. De iſtis, vt & de omnibus actionibus infra.*

An contractus hic ſemel perfectus ita à partibus vtrimque conſummari debet, vt reſcindi non poſſit?

R. Imo verò reſcinditur (etiam ex interuallo) re integra *id eſt, re nondum tradita aut prætio numerato)* mutato conſenſu: non vna parte inuita, *l. Nihil tam 35 ff. de R. I. Vveſem. par. ff. de reſc. vend. 1. & ſeq. quamuis emtori per fideiuſſorem de re tradenda; Venditori de ſoluendo prætio per arrham, aut alia ratione cautum ſit.* Re non integra non reſcinditur venditio, niſi cætera quæ eam ſunt ſecuta, id eſt, traditio, numeratio, & cautio ſimul reſcindantur. *Vveſ. part. eodem numero per l. 2. ff. de reſcind. vend. l. ſi ab emtione, ibi Dd. ff de pactis. Vult. iuriſp. eod. num. 79.* 2. Si venditor rei immobilis vel mobilis pretioſæ venditione ſupra dimidium iuſti pretij ab emtore deceptus ſit. *l. 2. l. ſi voluntate C. de R. vend. §. ſi quis in fraudem Inſt. de act. Vveſemb. eod. num. 5. Optio tamen datur emtori, vel rei reddendæ, vel ſupplendi pretij, d. l. 2. Vult. eod. 3.* Si propter tributa publica ſub haſta bonis debitoris per ambitionem & gratiam in eius fraudem venditis, penſionem offerat; Item ſi quis fundum debentem cenſum fiſco vel Reip. ea lege emat aut vendat, ne onus illud emtorẽ ſequatur: *Quo caſu & res & prætium in ærarium reducitur, & vtriuſque contrahentis dãnum.* 4. Si pater filium diſtraxerit, vnicuiq; licet eum in libertatem aſſerere etiam ipſi patri & filio diſtracto; ſed mancipio vicario, & prætio oblato, &c. *Cuiac. part. de patrib. qui fil.*

suos distraxer. Vult eodem num. 79. & seq.

Dixisti ex deceptione vltra dimidium iusti pretij rescindi venditionem, an ergò non licet contrahentibus se inuicem circumuenire?

R. Omnino quidem quoad pretium (sed citra doli propositum) infra dimidium, *l. 16. §. 4 ff. de minor.* Idque ex vsu iuris gentium, *l. 22. §. fin. §. adeò hic eod.* & ratione rerum variè æstimatarum. Non verò quoad res emtas venditas, cognitis earundem vitijs ante celatis. *Trent. hic th. 4. lit. d.*

De Redhibitione & Quanti minoris.

Quid ergo iuris circa rerum emtarum vitium?

R. Quod ob earundem traditarum vitium *(corporis, non animi, nisi corpus domino reddat inutile, l. 17. §. 12. hic.)* ex Ædilitio edicto *(licet de seruis & iumentis tantum loquatur, tamen non modò de omni pecude, l. 3. §. 4. sed etiam de re quauis mobili & immobili obtinens, l. 1 pr. l. 49. hic l. 4. C. de Ædil. Ed.)* redhibitio fiat, *(sed non in debitis fiscalibus, l. 1. §. 3. hic.)* vel quanti minoris supplementum.

Quid est redhibitio?

R. Redhibitio (*quasi redhabitio dicta, l. 21. h. t.*) est venditionis resolutio, qua omnia in integrum restituuntur, perinde ac si neque venditio, neque emtio intercessisset, *Puta re ab emtore venditori à venditore emtori pretio eum vsuris & interesse omnibusque accessionibus & emolumentis restitutis, damnoque culpa dato reparato, l. 60. h. t. Vesemb par. hic num. 7. Ad quam qua datur actio redhibitoria dicitur.*

Qualia vitia in specie dant locum redhibitioni?

R. 1. Talia quæ si emtor sciuisset, rem non emisset, *l. 48. §. 4. hic. Cuius ignorantia hic omnino desideratur. Cum cesset actio si vel monitus vitium sciuerit, vel id apparuerit. arg. l. 11 ff. hic.*

Quid si venditor ipse vitium ignorauerit?

R. Non prodest ei ignorantia: Scientia ex diuerso ad interesse obligat. *l. 1. C. hic. Ignorauerit verò, an sciuerit vitium, Iudex ex vitij qualitate & circumstantijs arbitrabitur. Scotanus eodem.*

Quo tempore debet res esse vitiosa, vt sit locus redhibitioni?

R. Ven-

R. Venditionis. Ante quam, licet præcesserit, sublatum, *l.1.§.pen ff.hic.* vel post secutum, nocet emtori *l.3. C.hic. Præsens fuerit, an secutum sit, iudicis est arbitrium. Scotanus hic.*

Quando quanti minoris supplementum habet locum?

R. Cum tale est vitium quod emtor, si sciuisset, rem non emturus fuisset, nisi minori pretio.

Quod est illud supplementum?

R. Quando non quidem rescinditur contractus, sed emtori restituitur de pretio quanti minoris res valuit cum emeretur à venditore idem vitium ignorante, *Cuiac. par. hic. Vvesenbec. num.5. Ad quod data actio, quanti minoris, & æstimatoria dicitur.*

Quid differunt hæ duæ actiones?

R. 1. Quod redhibitoria datur solùm in vitijs vsum rei impedientibus: Quanti minoris etiam in alijs. *Vvesenbec. par. hic.* 2. Prior soluit planè contractum; altera pretium modò reducit ad æqualitatem. 3. Prior ob rei vitium intra sex menses, ob ornamenta iumentorum intra 60. dies, altera intra annum à die scientiæ, *l.55. hic.* instituenda, *l.19. § fin. l.38. ff. hic. Treut. eod. th.3.*

Estne in electione emtoris vtra agere velit?

R. Omnino *arg. l.48.§.2. hic. At verò licet actum fuerit æstimatoria, cum res adeò est nullius pretij, vt non expediat domino eam habere, officio Iudicis continebitur vt reddità re pretium restituatur, l.43. §.6. hic. l.25. §.1 ff. de Except. rei iud. Scotanus eod.*

De Euictione.

Cum alienam rem vendi quidem posse dixeris, sed ea euicta venditorem ad interesse emtori teneri, dic quid sit euictio?

R. Rei nostræ quam aduersarius legitimo titulo acquisiuerat per iudicem facta recuperatio. *l. 24. l.56. & seq. hic.*

Vnde & quatenus de eâ præstanda tenetur venditor?

R. Tenetur siue tota res, siue pars (*& quidem specie vendicationis, non aliâ actione*) euincatur, *l.38. § si quis facto, ff. de V.O. Vvesenbec. par. hic. num.9.* vel ex ipsa contractus natura; & quidem ad pretij restitutionem, & id quod interest, *l.69. l.70. ff. hic.* Vel per stipulationem; (*per quam, sine satisdatione tamen*

caueri

caueri ſolet) eamque vel ſimplæ, quando conuentum inter partes, vt re euicta ſimplum pretium præſtetur (*quo caſu & ad pretium, & ad intereſſe ſimiliter agi poteſt, dd. legibus.*) Vel duplæ, quando venditor duplum pretij re euicta promiſit, *l.* 18. §. 3. *hic.* Quo caſu tenetur modò in id quod per ſtipulationem promiſſum, *Vveſem. par. eod. num.* 8. *& ſeq. ante dicta.*

Quomodo committuntur hæ ſtipulationes?

R. 1. Cum res euincenti iudicio reſtituta. 2. Emptor æſtimationem præſtare coactus. 3. Poſſeſſor, ab emtore conuentus, abſolutus eſt, *l.* 16. §. 1. *l.* 31. *l.* 34. §. 1. *hic. Vveſ. par. eod.*

An in ſolo contractu emtionis locum habet euictio?

R. Imò verò & in permutatione, *l.* 29. *C. hic. arg. l.* 1. *C. de rer. per.* datione in ſolutum, omnique alio contractu ex quo per titulum oneroſum quid acquiritur, *Scotan. eod. Non in donatione ſiue à conuentione, ſiue à traditione inceperit, l.* 2. *& ib. Duarenus C. hic. Treut. eod. th.* 5. *lit.* d.

Qua nomine euictionis competunt actiones?

R. Secundum ante dicta, 1. Ex emto tanquam ex natura contractus, qua pretium quo res æſtimata tempore emtionis, & quanti emtoris intereſt rem non eſſe euictam, petitur, *Vveſ. eod.* 2. Ex ſtipulatione, ſiue ſimplæ, qua (*quia & ipſa hic eſt naturalis*) idem petitur quod ex emto: ſiue duplæ, qua ſolum petitur quod in ſtipulationem eſt promiſſum. *Vveſ. par. eod. num.* 9.

An non aliquando ceſſant hæ actiones?

R. Omnino, 1. Si emtor litem contra ſe motam autori ſuo, aut heredi, *l.* 8. 21. *C. hic.* ante condemnationem (*modò cauſſa venditionis non ſit notoriè iniuſta*) nunciare neglexerit, *Treut. eod.* 2. Si ſciens rem alienam alteri obligatam emerit. *l.* 27. *C. hic.* 3. Si iuſtis defenſionibus & appellationibus non ſit vſus, *l.* 29. §. 1. *ff. hic.* 4. Si ſponte cum agente tranſegit, *l.* 56. §. 11. *l.* 63. *hic.* 5. Si per iniuriam res ei auferatur, *l.* 51. *ff. hic.* 6. Vel ex facto, culpaue emtoris, *l.* 27. *l.* 55. *l.* 66. *hic.* 7. Si præſcriptio à tempore venditionis cucurrit, *l.* 54. *eod.* 8. Si non contra formam conuentionis, ſed aut ex ſui natura, vel facto autorum ipſius emtoris res euincatur. *Cruuetta conſ.* 24. *num.* 1. *Vveſ. eod. num.* 10. *& ſeq. ante dicta.*

De

De Iure retractus.

Dixisti quomodo res vendita euinci possit à domino: an verò re propria venditoris vendita, tertius sibi eam ita redhibere aliquando non potest, vt ipsi emtori in re emtâ præferatur?

R. Omnino; & dicitur quidem id ius προτιμήσεως, id est prælationis, item ius retractus, & congrui.

Qua istius iuris origo?

R. Probatum id prius Romanis quoad proximos & consortes, *l. 6. C. Theodos. de contr. emt.* & abrogatum constitutione Imp. Valent. Theod. & Arcadij, *l. 14. C. de contr. emt.* Deinde rursus in feudis constitutione Friderici, & variarum nationum legibus aut consuetudinibus obtinet. *Gothofr. ad d. legem. Syntagm. Tholos. lib. 26. cap. 1.* (*Quomodo in Batauia nostra obtineat vide Clar. Grot. introd. Polit. Holland lib. 3. cap. 16.*) & partim etiam ex conuentione. Vnde in municipale & conuentionale non male diuiditur, *Vigel. Meth. iur. controu. lib. 6. initio.*

Retractus municipalis quorum consideratione conceditur?

R. Vel consanguinitatis (*qui gentilitius dicitur*) vel vicinitatis, vel consortij, seu societatis.

Quid est retractus gentilitius?

R. Facultas redimendi rem immobilem venditam æquali pretio, ratione proximitatis, intra certum tempus, *Syntagm. eod. num. 4.*

Quæ res possunt retrahi?

R. Immobiles tantum. *Syntagm eod. cap. 2. num. 1.* (*non mobiles, nec mouentes.*) & ijs accensitij annui reditus, census, pensiones perpetuæ; vt & vectigalia, portoria, vsusfructus, venditus. *eod. num. 3. 4.* Et quidem in genere retractus gentilitij tales res tantum quæ sunt de genere & familia, & è bonis maiorum. *Syntagm. eod. num. 6.* Non nouiter emtæ à venditore, *eod.*

An omnes res immobiles gentilitiæ, & quidem quocunque casu retrahi possunt?

R. Minimè. Nec enim possunt retrahi. 1. Limitaneæ regni, proximiore cui Princeps minus fidit eas retrahere volente

vdente *l.quicunque. Si de fundis limit. C. lib.* 11. 2. aut regi venditæ, *Papon. lib.* 11. *tit.* 7. *art.* 15. *Syntag. eod. num.* 8. 3. Aut ob crimen ad fiscum delatæ. *(quia hic nulla est venditio)* Omnino delatæ per contractum (*quia in contractibus priuatorum loco est*) *l.* 1. *C. de iure fisci lib.* 10. 4. Nec venditæ ab Ecclesia *(quia proximos non habet.)* Omnino Ecclesiæ venditæ. *Syntagm. eod. num.* 12. 5. Nec decimæ Ecclesiasticæ, *Synt. eod. num.* 13. 6. Nec heredibus venditæ *(quia ius familiæ non videtur mutatum, eod. num.* 14.) 7. Non vna ex pluribus rebus simul venditis, vel pars ex toto. *eod. num.* 15. 8. Non res venditæ pro augendis scholis, & ecclesijs, *(quia vtilitati publicæ priuata cedit. eod. num.* 16.*)* 9. Non feuda vendita. *Ne vasalli cogantur habere dominum quem nolunt. eod. num.* 17.

An verò refert quo contractu, aut titulo alio res sint alienatæ?

R. Omnino. 1. Quia res venditæ valido contractu tantum retrahi possunt. *Syntag. eod. cap.* 3. *num.* 1. Non donatæ, *eod. cap.* 7. 2. Aut relictæ titulo institutionis generalis, aut specialis. *eod. num.* 3. 3. Aut datæ transactione, *eod. cap.* 8. 4. Non rerum diuisione *(quia diuisio nullum ius nouum tribuit, sed ante quæsitum modo distinguit.)* 5. Non mutuatæ, commodatæ, locatæ, *eod. cap.* 11. *num.* 1. Omnino datæ in solutum, *(quia censentur alienari cum onere. eod. num.* 3.*)* Non permutatæ, *cap.* 12. *num.* 1. Nisi in fraudem fiat permutatio. *eod. nu.* 2.

Qui possunt retrahere?

R. Proximus. Non remotior, *nisi intra tempus retractus proximo silente, eod. cap.* 17. *num.* 18. & quidem considerata proximitate venditionis tempore. 2. Si plures sint, eodem gradu, omnes quidem si velint, *num.* 6. *(Nec enim ab emtore cogi possunt vt retrahant, num.* 8.*)* Sed non tanquam proximus ipse venditor; ex nouo etiam iure. *eod. cap.* 14. *num.* 1. Aut ex eius persona ipsius heres, tanquam heres. Omnino verò vt proximior, *eod. cap.* 15. Sed & proximi heres, suus quidem, extraneus non; nisi defunctus vel cœperit, vel dixerit se velle retrahere, *eod. num.* 2. Cedere verò ius retractus extraneo proximus non potest. *eod. cap.* 18.

An omnes proximi retrahere possunt?

R. Minimè, 1. Nec enim retrahunt nisi & naturali & ciuili vinculo sint coniuncti venditori; non adoptati, vel

affi-

affines, nec spurij bona patris. *eod. cap.* 17. 2. Nec ij quidem nisi res redhibendas emere possint: *Vnde non retrahunt qui munera & officia quæ rebus retrahendis hærent præstare non possunt, eod. cap.* 16. *Vt fœmina in feudo non fœmineo, cap.* 1. *de nat. fac. feud. num.* 12. *Personæ Ecclesiasticæ in feudis temporalibus, quatenus ea habere non possunt. eod. num.* 3. 3. Non qui iure exulis pro mortuis habentur; *vt deportati.* 4. Nec, si quidem in prima traditione appositum ne quis extra rectam lineam retrahat, à latere proximiores, *eod. num.* 7.

Quorum locorũ consuetudinibus regitur retractus gentilitius?

R. Eorum quibus res venditæ sunt sitæ, non quibus venditores vel retrahentes habitant. *Tholos. eod. cap.* 19.

Quis est modus constituendi, vel prosequendi retractus?

R. Proximus retrahere volens debet 1. Extra iudicium emtorem interpellare vt secundum consuetudinem loci huic iuri satisfaciat; & in recusantem instituere actionem in rem scriptam. *Tholos. eod. num.* 2. 2. Pretium æquale, & quodcunq; pretij nomine additum, cum legitimis impensis in rem & instrumenti venditionis confectionem factis restituere, *eod. num.* 2. 3. 4. 3. Idque statim: *vt de prætio & tacitis emtor fidem habere non teneatur. eod. num.* 5. (*Puta quia cogit ad venditionem,*) Et quidem integrum, *num.* 22. 4. Vel saltem offerre realiter in pecunia numerata, idque in domo emtoris. 5. Eo absente Iudicem qui de oblatione statuat adire, & cõtestatione facta pecuniam deponere, vel apud eidem sacrã, vel alio loco publico, vel apud Iudicem, *eod. num.* 2. 3. 4. 5. 6.

Quod tempus ad retrahendum concessum proximis?

R. Annus & dies, vt refert ius Pontificium. Sed & longius, vel breuius secundum locorum consuetudines, à die scientiæ, etiam in minoribus currens. (*Quia consuetudines sunt stricti iuris, & minores quoque obligant, l. fine herede, §. Lucius ff. de admin. tut.*) Quo elapso non datur regressus. *eodem.*

Quis finis retractus gentilitij, & qua huius iuris ratio?

R. Finis & ratio præcipua huius iuris est bonorum in familia conseruatio. *eod. cap.* 25. *num.* 5.

Quatenus & vnde competit retractus ratione vicinitatis?

R. Ex constitutione Friderici, post Theodosium, & speciali locorum consuetudine. Sed quidem si nullum præ-

prædium inter vicinum & venditum prædium sit medium, *Vigel. h. quæst. 5. Reg. 19.* Licet prædij venditi partem sibi vendi tur reseruauerit. *Capyt. decis. 38. Vigel. eod.* Minimè si vel aliud prædium est intermedium, vel vicinus ratione prædij rustici vrbanum velit retrahere. *Affict. decis. 223. Vigil. eod.*

Quatenus & vnde competit ratione societatis?

Bz. Socio competit ex ijsdem constitutionibus, etiã omnium bonorum socio, intra annum à soluta societate, in parte alteri socio durante societate per retractum acquisita, oblato pro rata pretio, *Vigel. eod. reg. 21.*

Quis est retractus conuentionalis, & vnde?

Bz. Qui est ex partium conuentione, & quidem ex pacto de retrouendendo; quo inter venditorem & emtorem conuenit, vt vel intra certum tempus, vel sine temporis definitione quandocunque, venditor possit rem venditam oblato pretio retrahere. *Vigel. de retract. conu. quæst. 2.*

Aliquando tamen citra pactum ex statuto obtinet, vt bonis debitorum venditis, vel necessitate in solutum datis, liceat ea intra certum tempus redimere: De sponte in solutum datis dubitatur. Vigel. eod. quæst. 2.

An non hoc ius etiam interposito tali pacto aliquando cessat?

Bz. Omnino: 1. Si minor emens hoc pactum venditori fecerit, vel tutor & curator eius. 2. Vel prælatus in præiudicium Ecclesiæ. 3. Vel procurator, aut alius administrator in præiudicium domini. 4. Vel filiusfam. sine consensu patris. 5. Si non ipso contractu, sed modò in præfatione eius est facta menuo. 6. Vel modò ex interuallo contractui sit additum. 7. Vel contractus principalis non consistit. 8. Vel pacto adiectum tempus intra quod redimere non liceat. 9. Si postea pacto retro vendendi sit renunciarum à venditore. 10. Si modus pacto adiectus deficiat. 11. Si agens non secuarit conditionem pacto de retrouendendo additam. 12. Si res vendita emtori citra eius culpam est euicta. 13. Si non totam rem emtam, vel omnes, sed aliquas tantum, vel partem modò velit retrahere, *Vigel. eod. iuxta Tiraquellum, ex eiusdem ampliore tractatu compilato breuiario, eod.*

An non debet hic actor retractus ante exposita implere solẽnia?

Bz. Adeò, quidẽ vt si cesset, & ipse cesset retractus, *Vigel. eod.*

eod. Except. 24. Qua solemnia infrà ipse exponit, quæst. 120. per totũ.

An hæc actio ex pacto nascens extraneo cedi possit?

Rx. Omnino. Nisi venditoris personæ in pacto de retrouendendo sit adiecta clausula taxatiua. *Vigel. eod. reg. 3.*

An non & hic respectu modi constituendi & prosequendi retractus quædam considerandæ?

Rx. Omnino, Nempe, 1. Si venditor eiusque cognatus concurrant, vtroque retrahere volente, venditorem præferri, *Vigel. eod. quæst. 5, reg. 6.* 2. Hic actionem instituendam apud Iudicem domicilij ipsius rei conuenti, non loci rei sitæ, nisi tertius possessor conueniatur, *eod. quæst. 7.* 3. Et hic agi ad restitutionem ipsius rei cum fructibus & accessionibus, nec emtorem interesse præstando liberari, *eod. quæst. 8. reg. 2. & seqq.* 4. Restituendam qualis est tempore retractus citra dolum emtoris, non qualis fuit tempore contractus. 5. Competere hanc actionem modò intra tempus pacto adiectum, *quæst. 9. reg. 2.* 3. Quod si adiectum, vt post aliquod tempus sit retrahendi potestas, nec ante licere, *d. quæst. 9. reg. 1. Post definitum tempus frustra agi, iam dictum. eod. reg. 3.* Equidem hic leges contractus omnino seruandæ; quæ si non recedunt, quoad solennia ac modum retrahendi, ante exposita seruanda.

TIT. XXV.

De Locatione Conductione.

CVr locationis conductionis tractatio precedentem contractum sequitur?

Rx. 1. Quia eidem proximus est, & ijsdem regulis ferè constat. Puta quod vterque est contractus bonæ fidei, vltro citroque obligatorius. 2. Vterque perficitur consensu. 3. Vt in emtione venditione consensus est in rem & pretium, sic hic in rem & mercedem. 4. Quod vt ibi pretium, sic hic merces in arbitrium tertij conferri potest. 5. Et in pecunia, vt pretium, sic merces consistit. *Princ. & §. 2. hic.* Differunt tamen, quod in emtione res tantum, hic non res tantum, sed & facta veniant, *Schn. hic. Vult. Iurispr. c. 30. nn. 9.*

An

An hic contractus à priori in pluribus differt?

R. Imò verò differt in pluribus. 1. Quod in contractu emtionis proprietas alienatur, *l. pen. §. vlt. ff. de contr. empt.* in locatione vsus tantum venit. §. 2. *hic.* 2. Quod, cum pretium tantum consistat in pecunia numerata, merces etiam consistit in omni re fungibili. *l. 21. C. h. t.* 3. Venditor re egens vendita à traditione non excusatur; *per ante dicta.* Omnino verò excusatur locator à re locata tradenda, si ipse egeat. *l. 3. C. h. t.* 4. Post contractum emtionis perfectum periculum casus fortuiti ad emtorem spectat; non rei conductæ ad conductores. *l. 15. §. vis § item cum quid ff. h. t. Pac. eod.*

Quid ergo est locatio conductio?

R. Locatio conductio (vna voce sic dicta) est contractus iuris gentium, & bonæ fidei, quo vsus vel fructus rei alicuius; vel opera factumque hominis pro certa mercede constituitur. *l. 1 ff. h. t. Treut. hic thes.* Vnde locator dicitur, qui quid fruendum vel faciendum dat; conductor qui quid accipit.

Quæ res locari possunt?

R. Omnes in commercio positæ, *arg. l. 34. §. 1. ff de contr. empt.* etiam alienæ, *l. 7, 9. § fin. l. 1 §. §. 8. hic.* conductoris etiam propriæ, ante donatæ, *vt in casu l. 77. ff. de R. I.* aut venditæ, *l. 21 hic.* item communes, *C. si res com. pign. (sed de partium consensu.)* etiam feudum, *(& quidem non tantum ad modicum, sed & ad longum tempus, Vult. tr. de feud. cap. 2.* Res verò talis esse debet, quæ vtendo non consumatur; *Quod ad vsum, non ad abusum hic contractus sit comparatus. Vult. eodem numer. hic.*

Quales operæ locari possunt?

R. Honestæ & licitæ, *l. 30. §. 2.* Et quidem tales quæ in re alterius sunt positæ, & ex quibus emolumenti aliquid existit, hominis corpore, siue toto, siue parte aliqua præstandæ. *Treut. eod. thes. 2. lit. g.*

Quid hic circa rem necessarium?

R. Res vt locetur, satis est eam designari. Vt quam primum tradatur non est necesse, modò circa eam de vsu conueniat. *Vult. Iurisp. eod. num. 8.*

Merces quomodo hic definitur?

R. Mer-

R. Merces & hic debet esse certa, & ab initio constitui; Quod si de ea ante non definita, postea conueniat, non locatio est; sed in aliud genus contractus transit. puta innominatum do, vt facias. *Schneid. num. 5.*

A quibus definitur merces?

R. Vel ab ipsis contrahentibus; vel alieno arbitrio, §. 1. *hic.* Vnde etiam in tertium collato arbitrio, sententia eius, (modo certum definiat,) valet. *l. 25. hic l. vlt. C. de cont. emt. Minus æquum si arbitratus fuerit, in arbitrium viri boni fit reductio. Treut. th. 3.*

In qua re constat merces?

R. Non tantum *(vt iam dictum)* in pecunia numerata *(vt quidam volunt) l. 19. §. 3. hic.* Sed & in qualibet re fungibili, *l. 19. §. 3. hic. l. 2. C. eod.*

Quando pendi merces debet?

R. Eo tempore quo, vt solueretur, conuentum inter partes. De eo si nihil actum, consuetudo loci seruatur; aliàs in fine anni soluitur, *l. 34. ff. de R. I. l. 54. §. 1. hic. Treut. eodem.*

Quot modis fit locatio conductio?

R. 1. Tempus recipit, & ad tempus fit, *l. 24. §. fin. l. 66. hic l. 10. C. eod. Quo non expresso in prædio rustico, ad annum, quo fructus percipi possint, facta censetur:* In vrbanis donec alter contrahentium renuncier contractui. *l. 13. §. fin. & l. seq. h. 2.* Conditionem: puta cum fit sub certis legibus, & conditionibus expressis. *l. 20 ff. l. 10. C. hic Treut. eod. th. 4.*

An non & tacite locatio contrahitur?

R. Omnino quidem locatio simplex, *Treut. eod. lit. d. Puta cum conductor in re locata sine domini contradictione post prioris locationis tempus consistit, de nouo reconduxisse iudicatur. d. leg. 13.* Non Emphyteusis, *Quæ ex domini taciturnitate non intelligitur renouata. Iason. in l. 1. num. 66. C. de iur. emph. Treut. eodem.*

Ad quod tempus locatio extendi potest?

R. Tempus hoc dicitur vel incertum, quoad is qui locauit velit, *l. 4 ff. hic.* Vel certum & ab initio definitū certo annorum numero. *Vult. eod. n. 18.* Idque vel breue, id est, minus decennio, à quo propriè est locatio cōductio, *Vult. eod. In quo*

de nouo ineunda, ipsum initio exprimi debet, licet (vt dictum) tacite si renouetur sufficiat. l. item quæritur §. fin. h. t. Vel longum, id est, vltra decennium, *Sub quo facta locatio, seu conductio peculiare nomen sortitur, & Emphyteusis dicitur. §. 3. hic.*

An ante definitum tempus alteruter contrahentium à contractu recedere possit?

R. Non quidem regulariter: *Quia contractus, cum primum sint voluntatis, postea sunt necessitatis.* Expelli tamen à locatore intempestiuè conductor potest, si iusta subsit causa; puta si reparatione domus locata egeat; aut conductor pensionem non soluat; aut re conducta male vtatur. *N. 120. c. 8. l. 54. §. 1. h. l. 3. h. eod.* Et contra conductor ex iusta causa timoris, puta damni infecti, *l. 28. hic.* Vel incendij, *l. 49. §. 1. ad l. Aquil.* Vel impetus hostilis, *l. 13. §. 7. hic.* Vel pestis, *Gayl. 2. obs. 23. num. 9.* renunciare conductioni quocunque tempore potest. *Treut. eod. th. 5.*

Quæ oriuntur actiones ex contractu hoc locationis conductionis?

R. 1. *Locati;* quæ datur locatori vt finita locatione ei restituatur res locata, *l. 25. C. hic.* omneque damnum, dolo culpave lata, vel leui *(non leuissima, l. 2. §. 2. ff. commodati, l. 28. C. h. l. & ibi gl. nec casu fortuito, multo minus insolito, l. 9. hic. nisi vtrunque conductor expressè in se receperit, l. 9. §. 2. l. 13. §. 2. l. 22. C. de neg. gest.)* illatum, reparetur, *Treut. thes. 6. hic.* Imprimis vt mercedem eamque integram locatori finita locatione soluat conductor. *Pr. hic.* & post moram vsuras præstet. 2. *Conducti;* quæ datur conductori qua petit liberum rei conductæ vsum ad tempus conuentum: eo verò non præstito vt interesse locator soluat, vel vt merces ante soluta reddatur, *l. 11. §. 6. hic.* 3. Damni ob rei locatæ vitium passi, modo sciri vitium potuerit & debuerit, *l. 9. §. 1.* vt & si defierit re conducta vti posse præstationem. 4. Si ex re conducta ob vim tempestatis, aliamque cœli iniuriam, hostium incursum, aut alium casum fortuitum fructus percipere non potuit, pro rata vel in totum merces remittatur, *d. l. 15. §. 2. & 3. l. 25. §. 6. hic. Nisi vel fertilitas præcedens sequentis; vel subsequens præcedentis anni suppleat sterilitatem, d. l. 15. Gayl. 2. obs. 21. & 23. latè.* Deniq; impensas siue necessarias,

sarias, siue vtiles in rem locatam factas, *d. l. 15. 19. 61. hic. Treut. eod. th. 7.*

Quomodo finitur hic contractus?

R. 1. Tempore præfinito in contractu; non ante, nisi casibus supra expressis. 2. Si res locata vendatur; nec enim successor particularis stare locationi, *l. 25. §. 1. l. 23. h.* aut colonus partiarius re alienata perseuerare in locatione tenetur. 3. Beneficium legis secundæ, *C. de rescind. vend.* in hoc contractu locum habet, tam locatoris, quam conductoris respectu. *arg. §. 1. hic. l. 2. ff. l. 21. C. eod Vvesf. hic Treut. eod.*

De Emphyteusi.

Dixisti locationem ad longius tempus factam, Emphyteusin dici, Quid est Emphyteusis?

R. Emphyteusis (*ab ἐμφυτεύω, insero, dicta,*) est contractus I. Ciuilis, *l. §. 3. vers. hic.* quo, scriptura interueniente, quæcunque res immobilis vtenda fruenda conceditur, sub lege melioratione in fundo, & annuæ pensionis domino præstandæ, *§. 3. vers. sed talis hic. Treut. eod. th. 9.*

Quotuplex est Emphyteusis?

R. Est vel Ecclesiastica, quæ à persona Ecclesiastica, in rebus Ecclesiasticis, vel secularis, quæ à persona seculari in rebus profanis, siue publicis, siue priuatis cõstituitur. *Obrecht. disp. de iur. emph. th. 10. & seqq.*

Cur dicis hunc contractum esse Iuris Ciuilis, cum locatio conductio Iuris sit gentium?

R. Quod, cum hic contractus ob affinitatem quam habet partim cum contractu locationis & conductionis; partim cum emtione & venditione, apud veteres esset dubius, Imperator Zeno sua lege, *l. 1. C. de iur. Emphyt.* proprium ei formam & definitum nomen dedit, atque ita ex ea proprium contractum fecit. *§. 3. hic. Obrecht. th. 32. Conanus, Coraſius, Hottomannus volunt esse iuris gentium. Obrecht. eod. th. 31.*

Quid differt locatio conductio ab Emphyteusi?

R. 1. Quod Emphyteusis Emphyteutæ quasi dominium rei in Emphyteusin deductæ præstet; *l. 1. ibi gl. ff. si ager*

vect. non locatio rei conductæ conductori, *l. 39. ff. eod. Vult. com. Inst. hic. num.* 8. 2. Vnde hic rei conductæ nec seruitutem, nec aliud ius imponere potest, quod potest Emphyteuta omnino rei Emphyteuticæ. *Vult. eod.* 3. Conductor mercedem soluit in compensationem vsus rei conductæ. *sec. dicta*, Emphyteuta pensionem non respectu fructuum acquisitorum, sed in recognitionem acquisiti quasi dominij, *l. 2. & 3. C. hic.*

Qua est differentia inter emtionem venditionē & emphyteusin?

R. In emtionem venditionem (*vt & in locationem conductionem*) veniunt non tantum res immobiles, sed etiam mobiles; in emphyteusin, immobiles tantum. 2. In emtione rei venditæ verum ac plenum, vel vt loquuntur; directum & vtile dominium; ad minimum eius vsucapiendi conditio in emtorem transfertur, *not. in* §. 40. *& 41. sup. de rer. diuis.* In emphyteusi, (si proprie loquamur,) non tam ipsa res, quam rei vsus, adeoq; tantum quasi dominium, quod vtile dicitur, non plenum & verum in Emphyteutam transfertur, *gl. hic in verb. auferre.* 2. In emtione venditione pretium consistit in re numerata: in contractu hoc in alia quauis re fungibili, *gl. hic. Vult. eod.*

An non sunt alij vicini contractus à quibus hic emphyteuticus differt?

R. Sunt huic vicini contractus superficiarius; libellarius; precariæ; & maxime censualis. *Obr. th. 220. h.*

Quid est superficiarius contractus?

R. Quo quis conducit solum vt in eo ædificet, & pro recognitione dominij, nomine soli illius quotannis solarium pendat. *l. 1. ff. de sup. Vult. eod.*

Quid differt ab Emphyteusi?

R. 1. Quod superficiarius ius tantum habet in superficie; Emphyteuta in prædio vniuerso, etiam in fundo. 2. Superficiarius acquirit ius respectu superficiei in solo alieno suis sumtibus positæ: Emphyteuta verò ius Emphyteuseos acquirit respectu meliorationum quæ iam fecit, vel facturus est. *Vult. eod. num. 9.*

Quid est contractus libellarius?

R. Per quem iure venditionis transfertur in alium scriptura

ptura interueniente, certa pecuniæ summa, pretij nomine ab initio data; & præterea quotannis certa mercede constituta; ita vt contractus ille certis temporibus provt conuenerit, renouetur. *Vult. eod. num.* 10.

Quid differt ab emphyteusi?

R. Quod hic contractus, (vt dictum) statis temporibus renouetur non mutato possessore, & quidem data certa pecunia; quæ in Emphyteusi non fiunt. 2. Contractus libellarius non habet, vt Emphyteusis, ius meliorationis. 3. Semper fit in perpetuum; Emphyteuticus etiam ad tempus. 4. Libellarius contractus in venditione fundi non requirit consensum domini, quem requirit Emphyteusis. *Cuiac. apud Vult. eod. num.* 11.

Quis est contractus precaria?

R. Quando œconomus rem Ecclesiæ alicui dat vtendam fruēdam donec vixerit, vel alioqui ad definitum tempus; siue gratis, siue constituta mercede certa, vt is cui res ista datur, vicissim aliam rem eiusdem pretij donet Ecclesiæ, vsufructu quoad vixerit ad tempus certum sibi retento, vt eo finito proprietas ad Ecclesiam transeat. *Vult. eod. Obr. eod. th.* 250.

Quomodo differt ab Emphyteusi?

R. Quod hic nulla, vt in Emphyteusi, fiat mentio meliorationis; nec dominium, sed tantum vsufructus in accipientem transeat; nec semper in precaria pensio præstetur annua; sed sepè sit gratuita, nec semper perpetua, sed plerumque anno quinto renouetur. *Cuiac. de feud. l.* 1. *t.* 5. *Vult. eod. num.* 11.

Quis est contractus censualis?

R. Cum quis ius suum quod in re habet pro certa pecunia, & censu aliquo certo præterea constituto, alienat prorsus in alium. *Vult. eod. num.* 12.

Quid differt ab Emphyteusi?

R. Quod in hoc vsufructus tantum & dominium possessionis transfertur; in censuali etiam proprietas, vt penes concedentem nihil iuris maneat præter annuam pensionem: *Vnde etiam in dubio contractus potius censetur censititius, quam Emphyteuticus. Vult. eod. num.* 12.

In quibus rebus constituitur Emphyteusis?

R. Vt diximus, in rebus immobilibus tantum; puta agris, seu prædis, ijsque siue Ecclesiasticis, siue sæcularibus, vrbanis, seu rusticis: *Vtpote quibus, non vero mobilibus finis huius iuris, qui est melioratio prædiorum, competit, l. 1 ff. si ager vect. l. 1. C. de iur. emph. Obrecht. eod. th. 46.*

Quot modis constituitur?

R. 1. Constituitur Emphyteusis vel vltima voluntate, vel pactione inter viuos. *Obrecht. th. 55. Treut. de loc. cond. t. 11.*

Quæ requiruntur ad eam constituendam?

R. 1. Vt ager seu prædium in emphyteusin reuera tradatur. *l. 12 fin. C. de fundis patrimonialibus lib. 11.* 2. Vt lex meliorationis & annuæ pensionis soluendæ Emphyteutæ à domino imponatur. *l. 1. C. de iur. Emphyt. 3.* Vt fiat scriptura interueniente, *d. l. 1. 4.* Idque vel simpliciter solius Emphyteutæ, non eius liberorum, vel heredum facta mentione. *Obrecht. th. 87.* Vel in perpetuum, vel ad tempus; & quidem rursus generaliter sine vlla vllius temporis speciali expressione; aut cum speciali certi, siue temporis, siue generationis expressione. *Obrecht. eod. thes. 94. & seqq.* 5. Vt dominus proprietatem rei sibi retineat, vtilitate ad Emphyteutam pertinente. *Obrecht. eod. th. 118. & 128.*

Quis est effectus huius contractus?

R. Effectus consideratur, vel respectu emphyteutæ, vel respectu domini, *Obrecht. eod. th. 144.*

Qui sunt effectus respectu emphyteutæ?

R. Tres 1. Vt rem Emphyteuticam nō quidem iure proprietatis, sed ei proximo, habeat. *l. 1. ff. si ager vect. Obrec. eod. t. 150. & seq.* 2. Itemque ius ea vtendi & fruendi. *d. l. 1. Non iuris vsufructus ratione qui personalis est, sed Emphyteutici, quod plerumque est perpetuū.* Vnde fit vt fundi fructus libere vendere possit. 3. Vt ad meliorationes teneatur, *l. 2. 3. C. hic.* 4. Vt ius etiam ipsum alienare possit, *l. 3. C. de iur. Emphyt.* Vel quatenus conuenit; Vel, si de eo non est conuentum, tantum in personas idoneas, id est, qui canonem soluere possint *d. l. 3.* Idque certis conditionibus, vt prærogatiua concedat domino, prius requisito, vt vel ipse, si velit, emat, vel requisitus à venditore emphyteuta in possessionem emtorem nouum

emphy-

emphyteutam inducat,& in alienationem consentiat,*d.l.3. Quo tacente? ad requisitionem Emphyteuta duos menses exspectare debet. Quibus elapsis is ius suum inuito domino transferre potest, & dominus nouũ Emphyteutã recipere cogitur.d.l.3.Obre.t.163.& seq.*

An Emphyteuta nullo modo rem Emphyteuticam citra domini consensum alienare possit?

R. Imò verò consensus istius necessitas in sola venditione locum habet *(quia ibi pretium interuenit, & vt, si dominus velit, rem emphyteuticam venditam eodem quo vendita est pretio emere possit)* non in permutatione, donatione, vel legato: item nec in oppignoratione, locatione, &c. *Dd.Communiter. Clarus §.Emphyteusis quæst.1.5.18.22.Obr.th.184.& seq.*

Quid si sola ἐμφυτεύματα, hoc est, meliorationes emphyteuta vendat?

R. In istis vendendis & transferendis idem obseruare debet quod in venditione & translatione iuris emphyteutici,*d.l.3.princ.verf.sui autem & §.vlt.C.de iur.Emphyt.*

Qui sunt effectus huius contractus respectu domini rei Emphyteuticæ?

R. 1.Quod retenta rei Emphyteuticæ proprietate & possessione ciuili manet dominus vt loquuntur, directus. 2. Quod in dominij istius recognitionem quotannis pensionẽ recipit. *d.l.2. §.adeo hic. Et si nullos emphyteuta ex re fructus percipiat, vel pars eius pereat. Secus si tota perit, Quo casu non soluit pensionem emphyteuta.* 3.Quod sine ipsius consensu, quatenus dictum, alienari res emphyteutica non possit. 4.Quod licet vel alienatione concessa, vel post domino denunciatam venditionem duorum mensium moram is susciperè nouũ emphyteutam cogatur, *d.l.3.*Ius tamen emphyteuticum in eum non transferatur, nisi in possessionem agri vectigalis inducatur; vt autem emphyteuta nouus suscipiatur in possessionem inducatur,vẽditor à domino petere debeat. *d.l.3.* 5. Quod in quacunque alienatione rei emphyteuticæ propter nouam inuestituram, à domino soluendum est laudemium; hoc est,quinquagesima pars æstimationis fundi emphyteutici, *(non tamen si intra duos menses voluntatem suam non aperiat)d.l.3.Clar.§.Emphyteusis quæst.23.*6.Quod Emphyteuta iure suo excidẽte fundũ ad se reuocare possit.*Obrecht.th.213.*

Dixisti ius emphyteuticum ferè esse perpetuum, an hoc semper eodem modo verum est?

R. Non semper, sed variat hoc ius pro modo constitutę emphyteuseos.

Explica hanc iuris variationem?

R. Simpliciter constituta emphyteusis sæcularis quidem non ad adscendentes tantum, sed & ad extraneos heredes transit: Ecclesiastica ad descendentes tantum. 2. Generaliter, vt diximus, constitutæ tempus est decennium. 3. Ad certum tempus constituta, vel ad certam generationem, durat tantum vsque ad, siue tempus, siue generationem, determinatam. 4. In perpetuum, si pro se & filijs concessa, durat donec descendentes exstent; non vltra. Si pro se & heredibus quibuscunque, durat donec extranei exstent: Si simpliciter pro se & heredibus, tam sæcularis, quam Ecclesiastica Emphyteusis (debitis semper in hac solennitatibus obseruatis) etiam ad extraneos transit. *Clarus §. Emphyteusis quæst. 28. per totum. Obrecht. eod. thes. 94. & multis seq. Treut. eod. th. 9.*

Quomodo Emphyteuta soluere debet canonem?

R. Quotannis; & quidem integrum; loco & die conuentis; nullo die expresso, anni vltimo: citra vllum onus, & ita quidem vt singulis annis singulas soluat pensiones, nec plurium annorum canonem inuito domino soluere possit. Interpellationem etiam domini exspectare non potest; sed sponte soluere debet. §. *adeò hic. l. 1. C. de iur. emphyt. Clar. eod. quæst. 12. Obrecht. eod th. 130. & seq. itẽ 335. & seq.* Denique apochas à domino solutæ pensionis accipere, & præteritorum annorum, vt de ea semper constet, domino exhibere cogitur. *d. l. 2.*

Quid si Emphyteuta cesset in solutione canonis?

R. Si cessauerit per triennium, in Emphyteusi sæculari; siue per biennium in Ecclesiastica, iure suo excidit & expelli potest, quamuis non sit interpellatus à domino, *Obrecht. th. 335.* & modo cesset in partis solutione, *Obrecht. eod. th. 340. l. 2. C. hic.* Idem iuris est apochis fiscalibus non redditis. *d. l. 2. Obrecht. th. 334.*

Annõ & alijs rationibus amittitur emphyteusis ab emphyteuta?

R. 1. Si

R. 1. Si rem emphyteuticam deteriorem fecit. *de quo in Ecclesiastica emphyteusi text express. Nou. 20. c. 8. de saculari Dd. cõmuniter statuunt. Clar. eod. quæst. 16. ob rationis identitatem.* Et quidem dolo vel culpa, ipsaque deterioratio sit in rei proprietate, & quidem magna. *Obrecht. eodem. th. 296. seq. 2.* Concessa modo pro ipso & liberis eius, si sine liberis moriatur, siue naturaliter, siue ciuiliter; puta per ingressum monasterij, *Secus si concessa vt ad extraneos heredes transiret. Quia monasterium heredis loco est. Obrecht. eod. th. 308. & seq. 3.* Si post acquisitam emphyteusin intra legitimum tempus inuestituram non petit, *l. 3. C. eod. Obrecht. eod. th. 318. Quod duorum est mensium d. l. 3. Annum & mensem concedunt Dd. communiter Obrecht. eod. th. 321. 4.* Aut domino petenti inuestituræ instrumentum non ostendit. *Obrecht. eod. th. 331. 5.* Si emphyteuticam rem prohibito modo sine consensu alienat, *l. fin. C. eod.* Aut pactis conuentis state detrectat. §. *caterum.* §. *si verò Auth. de alienat. & Emphyt. Vvef. par. si ager vectigalis. 6.* Si dolo ius domino euertere conatur, *Vvef. eod. Sola inficiatione non amitti verius est. Vvef. eod.*

Quomodo præterea finitur?

R. 1. Finito iure domini, puta dominio ei ad tempus concesso. *Quia finito iure cedentis, & accipientis ius euanescit. Obr. eod. th. 287. 2.* Finita generatione, seu sobole Emphyteutę, vt & tempore ad quod data, *Vvef par. eod. 3.* Libertatem emphyteuta præscribente. *Vvef. eod. Quod non aliter fit quam si domino mutet causam possessionis, & rem emphyteuticam pro suo per triginta annos possideat. Vvef. eod. Quia secus alieno nomine possidet; licet canonem tanto tempore non soluendo, ab eo libertatem præscribere possit. Vvef emb. eodem. 4.* Rei emphyteuticæ, sed totali, interitu. *Nec enim sine re id ius esse potest.* Quod quamuis pars interierit, canon tamen debeatur, *l. 1. ib. Dd. C. hic. Obrecht. thesi 374. Vnde domo in emphyteusin data debetur, si area, tanquã eius pars potissima, supereſt. Obr. eod. th. 391. per l. 38. §. qui arena ff. de solut.*

An semper ob non solutum canonem soluitur Emphyteusis?

R. Imò verò fallit, 1. Si aliter conuenerit. 2. Vel in loco contractus alia obseruetur consuetudo: 3. Si alius tanquam procurator soluit; *Obrech. eod. thes. 378. & seq. 4.* Vel tertius nomi-

nomine domini; *quod vt ius in rem conseruetur solutam pensionem esse sufficiat.* 5. Si nemo adfuit cui solui possit. *Obr. th.* 386. 6. Si res Emphyteutica adeò perierit, vt nihil istius supersit. *sec. ante dicta.* 7. Si sit pensio oblata, & domino eam accipere recusante, consignata, & testato deposita. *l.* 1. *C. hic. Obr. eod. th.* 394. 8. In Ecclesiæ Emphyteusi post moræ, celeri satisfactione, accedentem purgationem. *Quod in seculari Emphyteusi de rigore iuris secus; licet admitti purgationem æquius sit, Treut. hic. th.* 12. *lit.* d.

An verodominus Emphyteutam post commissum ius Emphyteuseos propria authoritate potest expellere?

R. Videri id quidem posset, quod isto casu in re emphyteuta nullum ius amplius habeat; authoritas iudicis competentis tamen imploranda, vt de commisso constet. *Obr. eod. th.* 407.

Hactenus de locatione conductione, cum in genere, tum olim eius specie Emphyteusi, quæ nunc contractus distinctus: dic annon sunt aliæ locationis conductionis species, de quibus speciatim agi expediat?

R. Omnino, & quidem maximè rem naualem concernentes, cognitu, maximè Batauis nostris, propter commercia, necessariæ; puta quæ intercedunt inter Magistrum nauis & nautas, inter eundem & conductores, & aliquando inter ipsum & exercitores; quarum ius partim legibus, partim consuetudine est peculiare. De quibus *Cl. Grot. Intr. ad ius Holl. singulari agit capite, & nos, Deo volente, agemus speciatim.*

TIT. XXVI.

De Societate.

QVis est contractus tertius consensu constans, & quomodo definitur?

R. Societas: quæ definitur contractus iuris Gentium consensu constans, in quo bona fide duo pluresve de rebus honestis societatem ineunt, eo animo, vt res atque operæ, earumque lucra & damna inter ipsos communicentur, §. 1. *hic. t. Perez. hic.*

Cur

Cur hic ex Societate contractum facis, cum & aliarum rerum sit communio citra contractum?

R. 1. Quod communio propriè sit rerum, personarum societas. 2. Communio facti potius, societas iuris; *Quod communionem fortuna conciliat: Veluti si duobus hereditas aliqua obuenerit, vel vna eademque res fuerit legata, alterius voluntate: Hic contrahentium voluntas intercedit, l.31. & seq. h.t. d.1. & 2. de rer. com. Perez. hic. Vult. iurispr. cap.37.*

In quibus consistit societas, & quando contracta censetur?

R. 1. In bonis rebusque sociorum omnium, vel vnius, vel aliquorum; & in operis, aut ab vno, aut aliquibus circa bona, aut res præstandis. 2. In lucro damnoque post bona communicata, operasque præstitas inter ipsos communicandis; *De quibus simulatq; conuenerit, contracta societas censetur. Vult. iurispr. eod. num.7. & seq.*

Qui possunt contrahere societatem?

R. Omnes qui possunt se obligare. *Mox. §. hic de societate. (& quidem quatenus se obligare possunt,)* nec contrahere societatem speciatim prohibeantur. *Hector Felic. de Societate cap.3. num.9. Et possunt quidem contrahere societatem, vel per se, vel per procuratorẽ. l. societatem coire. ff. pro socio. Hector Felic. eod.*

Quæ possunt deduci in societatem?

R. Res & operæ honestæ, *l.5. h.t.* quæ quidem sunt in commercio, *l.63. §. fin. h.t.* non turpes, *l.53. & 57. h.t. Vnde nec delicto parta, vel ob pœnam amissa, præstitaque inter socios communicantur, l.52. §. ibid. l.53. & fin. h.t.*

Quotuplex est societas?

R. Vel vniuersalis, seu bonorum omnium. Quando puta vel contrahitur adiecto signo vniuersali, *Schneid. hic.* Vel contrahitur indefinitè, nec signo vniuersali, nec re vel negotiatione certò expressis, *Schneid. eod.* Vel specialis seu particularis; puta, vel vnius tantum rei, vt equi; vel certæ negotiationis vnius, vel plurium, *puta frumenti, vini, olei. Perez. hic. Vult. eod. num.13.*

Quæ circa societatis hasce species consideranda?

R. Vniuersalis, seu generalis ita est vniuersorum bonorum, vt res quæ contrahentium sunt etiam communicentur sine traditione. *l.3. & 7. h.t.* Simpliciter indefinitè con-

tracta

tracta earum rerum tantum intelligitur esse quæ ex quæstu negotiationis & operę veniunt, non aliunde quęsitarum, *l.9. ff. eod. Per. hic* puta ex hereditate, vel fortuna, *l.4. ff. eod. Schn. & Per. h.* In speciali societate, quæ ex illa re vel negotiatione proueniunt communicanda veniunt; non similiter, siue ex industria, siue fortuna aliúde quęsita, *l.52. §. fin. ff. eod. Schneid. hic. num.7.* Potest & in hanc vnus bona tantum, alter operas tantum conferre.

Quot modis contrahitur societas?

R. 1. Vel expressè, quando duo plureſve deliberato & consulto societatem ineunt: Vel *tacitè*, citra expressum consensum; *Vt si duo fratres maiores 25. annis negotiati fuerint, & quid in communionem posuerint, videtur tacitè inter eos societas esse contracta, in his negotijs in quibus est communio.* 2. Potest contrahi vel ad certum tempus, vel ad mortem alicuius ex socijs: *l.1. h.t. In æternum enim societas nullo modo contrahitur, l.70. ff. hic.* nec ad heredes transit; *nisi societas sit Vectigalium. aut pactum adiectum, vt heres in societate succederet.* 3. Vel purè, vel sub conditione. *d.l.1. l.3. hic.* 4. Vel expressis partibus lucri & damni ex societate participandis; Vel omniño non, vel ab vna tantum parte expressis. §.1. *hic Vvesf. par. eod. Pac. epitome hic th.3.*

An societas generalis tacite contrahi potest?

R. Simpliciter contractam societatem cum dixerimus, tantum ad quæstum communicandum recidere, *l.78. h.* tacitè constitui generalis non potest. *l.3. §.2. l. th.1. Treut. hic th.8. lit. f.*

An heredes socij ad societatem cogi possunt?

R. Minimè, *l.59. & 70. h.10.* etsi testator iusserit, vel iuramēto cōfirmatus sit cōtractus. *Got. ad l.52. hic. Gayl.2. obs.104.*

Quæ regulæ circa formam contrahendæ societatis obseruandæ?

R. 1. Qualescunque pactiones de partibus lucri & damni præstandas esse in societate: Etsi conuentum vt vnus duas partes lucri & damni percipiat, alter tertiam, §.2. *h.* Item etsi conuentum vt vnus partem lucri capiat, & de damno nihil, alter totum damnum sentiat, *eod. h.* Præterquam si conuenerit vt alter sociorum lucrum tantum percipiat; alter damnum, non lucrum, *l.29. §. final. ff. hic.* 2. Si nihil conue-

nit

nit de partibus lucri aut damni, æquales, præstandas, §. 1. *hic.* & quidem, Geometrica proportione, secundum eam quantitatem, quæ in societatem est collata. *Fac. notis eod. §. hic.* 3. Si ex vna tantum parte vel lucri, vel damni partes sint expressæ, quod in vno expressum, in altero tacitè repetitum censetur; §. 3. *eod.* vt & sic eandem portionem damni & lucri socij ferant. 4. Collata in arbitrium, vel certij, vel socij partium definitione, ad arbitrium boni viri constituendæ sunt, vt æquales sint; nisi alter plus, vel minus in societatem contulerit, *secundum* §. 1. 23. *hic.*

Quid ergo intelligitur hic per lucrum & damnum?

R. Lucrum intelligitur quod supereſt omni damno deducto, omni damno & expensis deductis, damnum quod supereſt omni lucro deducto; *Quod vtriusq; ad concurrentem quantitatem fiat compensatio* §. 2. *hic.*

Quis est effectus societatis?

R. 1. Quod socius socio ex æquo & bono præstare debet ea omnia quæ in hunc contractum veniunt: Hoc est, 1. In medium conferat quæ ex societate penes se habet. 2. Lucrum vel æquis partibus, vel ijs, de quibus conuenit, communicet. *l. 53. §. damna. h. t.* 3. Damnum quod suâ culpa, id est, non lata tantum, sed & leui, non item leuissima, dedit, resarciat. *l. 51. l. 72. h. t.* 4. Rationes suæ administrationis, si quidem res societatis administrauerit, socio quandocunque exhibeat: & reliquum soluat. *argum. l. 9. princ. C. de edend. hic.*

Qua actio datur ex hoc contractu.

R. Pro socio; vtrimq; directa, cuiuis in quemuis è socijs data; non contraria, quia sociorum par vtrimque est conditio. *De qua infra plura.*

Quomodo finitur societas?

R. Varijs modis, & 1. *Ex persona sociorum,* morte alicuius è socijs, siue ciuili, id est, maxima & media capitis deminutione, *l. 1. §. 1. l. 63. §. vlt. ff. hic.* non minima, *l. 38. §. si filius, l. 6. §. societas ff. eod. § 5. hic.* siue naturali. §. *soluitur hic d. l. 14. §. 1.* etsi plures supersint, nisi aliter conuenerit. §. 5. *hic.* 2. *Ex rebus in societatem deductis,* si vel non existant amplius, vel commercio eximantur. *Vt quia fortè Deo*

sint

sint dedicatæ. d.l.63. § alt. ff. eod. Vel finitum sit negotium ob quod societas est contracta, *§.l.6. hic.* Vel socij bona, & quidem vniuersa publicentur *(quod, si partim tantum publicentur, partim etiam maneat societas in reliquis bonis.)* §.7. *hic. d.l.65.* 3.§.*vlt. &* §.8. Vel socius bonis cedat. §.8. *hic.* Nisi in societatem reliqui consentiant, & sic nouam ineant societatem, §.8.*eod.* 3.*Ex voluntate contrahentium*, mutuo consensu, §.4.*hic.* 2. Ab vno sociorum renunciatur, siue expresse; siue tacitè, *l.63* §.*vlt. l seq. ff. eod.* id est, *cum socij separatim agere cœperint* idque citra fraudem. *Quod qui callide lucri captandi gratia renunciauerit, communicare id lucrum cogatur: secus si lucretur quod non captauerit. d.* §.4. *& seqq.*

TIT. XXVII.

De Mandato.

CONtractus vltimus consensu constans quis est & quomodo definitur?

R. Mandatum, *(quasi manu datum, cum quid alteri gerendum committitur quod quis ipse erat facturus)* definitur contractus iuris gentium consensu constans, quo dominus *(qui mandans, vel mandator dicitur.) Vult Iurisp. cap.39.* negotium bona fide gerendum sine mercede committit suscipienti procuratori, siue mandatario, *Pae. Epitome hic.*

Quomodo diuiditur mandatum?

R. Variis modis. 1. *Respectu causæ efficientis* in voluntarium, quod sponte suscipitur, *(de quo hic agitur.)* & necessarium, quod suscipitur imperio magistratus, *l.167.* §.*iussum ff. de R. I.* 2. A forma; in gratuitum *(quod propriè rursus mandatum est.)* & mercenarium, cum remunerandi gratia, vel honor, vel salarium extra ordinem intercessit. *l.6. & 7 ff. h.t. De mercede expresse si initio conuenit, locatio est, non mandatum.* Item in expressum; & tacitum; *Bred. in Vvolf.* Hoc vel per patientiam. *Puta quando me præsente patior mea negotia geri, mandare videor, l.si rem,* §.*si passus ff. eod.* vel ratihabitionem; *mandato enim comparatur. 3. Respectu materiæ, seu rerum mandatarum*, in generale, cum vniuersitas negotiorū mandatur,

l.58.

l.58.cum seq.depr.l.63.§.6.hic. siue cum libera totorum bonorum administratione, *d.l.58.* siue sine ea libertate: *per d.l.63. de proc.* Et speciale, seu certæ alicuius rei, aut plurium in specie expressarum. *gl.in l.4.de procur.4.Ratione modi quo contrahitur.* in purum, conditionale, & in diem, *§.pen.hic & l.1. §.pen.ff.eod. Ratione finis,* in tale quod alterutrius contrahentium tantum, & alterius eorum & extranei, *l.2.§.3. & 4.hic.* & tale quod vtriusque contrahentis gratia initur, *d.l.1.§.4. Vult.eod.c.39.*

Quot ergo modis ratione finis contrahitur mandatum?

R. Septem modis. 1. Mandantis tantum causa; *vt si mando vt mihi fundum emas.* 2. Mandatarij tantum causa, *vt si alicui mando, vt sibi fundum emat, (quod consilium potius est quam mandatum, & ideo quidem non obligatorium, nisi sit fraudulentum.) l.47.sed.C.1.* 3. Extranei tantum gratia, *vt si tibi mando vt Titij negotia geras.* 4. Mandantis & mandatarij gratia, *vt si mandem tibi vt procuratori meo pecuniam sub vsuris credas.* 5. Mandantis & extranei causa; *si mandem tibi vt geras negotia mihi cum Titio communia.* 6. Mandatarij & extranei causa, *si mandem tibi vt sub vsuris pecuniam Titio credas.* 7. Mandantis, mandatarij, & extranei causa; *vt si tutor mandet contutori vt seruum necessarium emat pupillo.l.8.§.si tut.ff.h.t. Princ.& §.6. seq.hic.*

Qui possunt mandare?

R. Iidem qui contrahere possunt, & mandatum suscipere, *Mozz.C.de præscript.inter quas mand.num.1.* etiam vt filiusfam. *l.12.§.6.l.pen.hic.* Mulier, modo non mandetur virile negotium, *Facit l.7.§.1.de inst.act.l.60.§.6.hic. non seruus, ne quidem si bona fide seruiat. l.19. §.2.de neg.gest.*

Quæ res possunt mandari?

R. Res & facta *l.12. §.4.hic* futura, honesta, licita; *l.6.§.3. hic.* non turpia, vel iniusta; *Quod talium mandata adeò non sint obligatoria, vt ne quidem iuramento firmentur.c.1. non est obligatorium de reg. iur. num.6. & mandatarius rei turpis mandatum implens ob id eadem pœna cum mandatore teneatur: Clarus lib.5. §.fin.q 89.* Nec actus legitimi; id est, *per solennes legis actiones coram iudice, cui id specialiter lege indultum, expediendis arg.l.2. & 3.de off.proc.* Vt aditio hereditatis, *l.90.de acq.her.* Emancipatio,

patio, §. 11. *hic. de her. ab intest.* Adoptio, *l. 24. & seq. de adopt.* acceptilatio, *l. 3. § penult. de accept.* tutoris datio, *l. 6. §. 1. de tut. §. 1. hic. de Attil. tut. Quod sua causa expediri per alium non possint.*

Qua est proprietas mandati formalis?

℟. Quod gratuito suscipiatur, & nuda voluntate; nullaque in ea merces intercedat, vt in locatione conductione, *Brederod. hic. § fin. Text. hic. Potest tamen interuenire in eo honorarium ex accidenti, voluntate mandatoris: quod merces non sit, nec operæ compensatio, l. 6. hic. l. 38. §. 1. loc. Quia tantum est ex accidenti, accipi promissum quidem potest, non exigi. l. 7. hic. Vult. Iurisprud cap. 38. num. 7.*

Quis est effectus mandati?

℟ 1. Quod contrahentes se inuicem post susceptum mandatum ex isto contractu statim ita obligent, vt mandatarius rem mandatam, secundum formam præscriptam & qualitatis circunstantias ita exequi teneatur, vt non excedat fines mandati, §. 8 *hic.* 15. §. 1 *ff. h. t. Quod id faciēs aliud agere videatur, nec mandans negotium ratihabere teneatur. 2. Potest tamen per æqui pollens implere id quod mandatum est, & media ad id idonea pro vsu negotij eligere: Quia vt nihil interest mandantis quomodo mandatum impleatur, ita in hoc bonæ fidei contractu simul mandata videntur sine quibus mandatum perduci ad exitum non potest.*

Quot modo soluitur mandatum?

℟. 1. Re adhuc integra, voluntate contraria, § *rectè hic.* id est, reuocatione mandatoris, modò id faciat antequam mandatarius cœperit mandatum exequi, vel non reuocari ipsius interfit. §. 9. *hic.* 2. Morte alterutrius naturali, *l. 27. princ. & §. 3 ff. hic.* vel ciuili, *Dd. in l. 17. de procur.* etiam re integra; § *item sunt hic. Nisi alicui mandatum sit aliquid post mortem mandantis demum expediendum, leg. 12. § fin. l. 15. ff. h. t. (Quo casu actio mandati heredi mandatoris competit,) Vel mandatarius rem mandatam, mortem mandatoris ignorans, fuerit executus. l. 34. §. 3. & l. 51 ff. de solut.* 3. Renunciatione mandatarij eaque tempestiua, & tali, vt non interfit mandatoris mandato renunciari. §. 12. *Per. hic.*

Qua oritur actio ex hoc contractu?

℟. Duplex,

R. Duplex; actio mandati directa & contraria, & quidem vtraque ciuilis.

Quæ est directa?

R. Directa datur ei qui mandauit, eiusque heredi aduersus mandatarium ad implendum mandati contractum; aut ad id quod interest mandantis si non impleatur; Item ad præstandum dolum & omnem culpam, etiam leuissimam, *Treut. th. 17. hic.* si quidem res mandata exactissimam diligentiam requirit. *l.6. §.1. l.8. §.6. l.10. ff. & l.16. C. l. 20. C. h. t.*

Quæ contraria?

R. Quæ datur mandatario aduersus mandantem, eiusque heredem; tum vt, ipsius nomine, ex mandato gesta ratihabeat; Tum vt præstet id quod mandatario ex causa impleti mandati abest; puta necessario & vtiliter impendit, *l.10. § 9. l.12. §.9. Coit. in l.4. hic. Etiamsi feliciter non succesſit, l.4. C. eod. aut dominus minori sumtu consecuturus fuisset, l.15. 20. 26. §.6. hic. Treut. d. thes.7.* In quod etiam casus fortuitus, quam culpa mandantis præcessit, venit. *Perez. hic. Vult. iurispr. 2. cap.9.*

TIT. XXVIII.

De Obligationibus quæ ex quasi Contractu nascuntur.

H*Actenus obligationes ex contractu*, (puta vero & proprio, eoque nominato) *dic quales deinceps explicat Imperator?*

R. Eas quæ sunt ex quasi, seu improprio contractu.

An ergo præterit obligationes ex contractu vero innominato?

R. Omnino. Non tamen inconsultū etiam istarum inferre explicationem; maximè cum earundem supra sit facta mentio. *tit. 14. eod.*

De Contractibus innominatis.

Qui dicuntur innominati contractus?

R. Contractus innominati sunt contractus veri, qui

nullum quidem definitum de iure ciuili nomen, negotium tamen ciuile habent, sed cuius forma generalis sit, nec certis limitibus definita, vt ad contractum nominatum referri possit. *l.3. ff. de præs. verb. l.3. de æstimatoria. Vult. Iurisprud. cap.* 41.

Quid vocas negotium ciuile?

R. Si quid detur, aut fiat, quod si conuentioni non insit, contractus non est, sed pactum duntaxat. *l.7. ff. de pactis Vult. eod.*

Quotuplices sunt hi contractus innominati?

R. Sunt vel specialiores; in quibus negotium tale est quod ad nominatum aliquem contractum referri possit, sed tam ambiguum & multiplex, vt ignores ad quam speciem referas, *l.1. De præs. verb. Vult. eod.* Vel generaliores, in quibus quidem apparet, quale sit negotium, tale tamen vt ad ordinem contractuum referri nequeat. *l. 5. ff. de præs. verb. Vves. eod.*

Qui sunt isti contractus specialiores innominati?

R. Æstimatorius & permutatio; quam eodem referri iam diximus, *Vves. par. de æstimatoria. Item de permutatione.*

Quis est contractus æstimatorius?

R. Est contractus quo agitur vt rem vendam, & æstimationem quam indicasti soluam, aut si vendere eam nequeã, ipsam rem restituam? *l.1. pr. hic. Vult. eod.*

Rem si vendere contrahens, aut restituere nequit, eam retinere potest æstimatione præstita. Vult. eod.

Cur dicitur contractus innominatus, cum eũ nomine designes?

R. Quia ob æstimationem dubitatum fuit inter veteres, an emtio venditio, ob operas, an locatio-conductio, & mercede non interueniente, an mandatum esset, *d.l.1. tit. Treut. de præscr. verb. th.2. lit.* a. Nec dicitur æstimatorius, nisi à re æstimato ad vendendum data. *d.l.1.*

Res æstimato data vt aut eadem redderetur, aut pretium, cuius periculo perit ante venditionem?

R. Definito certo pretio suscipientis est periculum; non si absolutè modò iustum significatum. Nullo definito pretio *(quod propter incertam æstimationem non potuit perfici venditio,)* eius est periculum qui rogauit. Neuter si rogauit, suscipiens

ſcipiens tantùm de dolo & culpa tenetur, *l.*17. §.1. *ff de præſcr. verb. Vveſ. par. eod.*

Quid ſi res pluris fuerit vendita, quam æſtimata?

Bz. Lex conuentionis ſeruanda; ſi nihil conuenit, illud plus reſtituendum? *l.*10. *princ. ff. ne præſcr. verb.*

Qua actio oritur ex hoc contractu?

Bz. Præſcriptis verbis; æſtimatoria ſimiliter vago nomine dicta, eaque ciuilis, directa, *l.*1. *ff. hic. l.*17. *De præſcr. verb.*

Quid eſt permutatio?

Bz. Contractus innominatus, re & conſenſu conſtans, quo certa ſpecies cum certa ſpecie rei eiuſdem generis commutatur, *l.*1. *ff. de rerum permutat.*

Cur dicis eum eſſe contractum innominatum?

Bz. Quia permutationis nomen, licet ſatis commodum, ex iure tamen non eſt, ſed ex vſu modò; & quidem generis & commune, vt commercij. *Res enim rebus permutare, omnibus conuentionibus, etiam nominatis commune. Vveſemb. par. hic.*

Qua inter permutationem, & emtionem venditionem eſt comparatio?

Bz. Conueniunt, 1. quod etiam in emtione pro pretio res detur. 2. Vtrobique id agatur vt dominium transferatur, aut paretur vſucapiendi conditio, 3. Debeatur euictio, *l.*1. *C. de rer. permut. Vveſ. par. hic.* 4. Præſtetur animantium ſanitas, *l.*2. *h.t.* 5. Sit ob vitia redhibitio. *d. l.*2. *Old.*4. *Claſ. act.* 38. Differunt, 1. quod in emtione venditione contrahentes emtor & venditor, pretium, & merx diſtincta ſint *(quod in ea res & pretium requiratur:)* in permutatione *(quia in eâ ab vtraq; parte res tantum eſt)* quis emtor & venditor, quid pretium & merx ſit diſcerni nequit, *l.*... §. *pen. ff. de contr. emt. l.*1. *pr. h.t.* 2. Emtio venditio perficitur ſolo conſenſu; permutatio *(quod ex re tradita initium obligationi præbeat, l.*1. *hic.)* non niſi rei interuentu. 3. Vendi res aliena, non permutari poteſt, *l.*1. *hic. Quod pugna non caret. Treut. diſp. de præſc. verb. & ç. th.*3. *lit.* d. 4. Venditor modò tenetur rem emtori tradere, permutator ipſum eius dominum facere. *l.*3. *de permut.*

Quid si ab vnâ parte quidem res, ab alterâ verò res cum pecuniâ interueniat?

R. Si partes vel venditionem, vel permutationem nominarunt, is contractus est quem nominarunt, *l 6. §. 1. de act. emt. l.19. de contr. emt. l.1. C. hic.* 2. Nomine contractus à partibus non expressò, si pecunia valorem rei excedit, venditio: si rei datæ valor pecuniam, permutatio est. *l.27.§ fin. hic.* In pari valore rei & pecuniæ placet innominatum esse contractum. *Old. Class.4. Act.38.num.2. Treut. thes.5. de præsc. verb. lit.a.*

Quomodo perficitur hic contractus?

R. Aut mutua rerum traditione; (puta partes eius dici possunt rerum species, 2. Consensus, 3. Traditio,) aut interdum stipulatione, *l.3.C.eod. Vvesp.par.hic.*

Quis eius effectus?

R. Idem fere qui emtionis, venditionis, secundum modò explicata inconuenientiæ vtriusque contractus demonstratione. *Quæ considerandæ.*

Quæ ex hoc contractu oritur actio?

R. Actio bonæ fidei præscriptis verbis, *l.4. l fin. C.hic.* ei competens qui rem suam permutãdo alicui dedit, vt aliam speciem vsui suo inseruientem acciperet, aduersus accipientem, qui non sicut debet suam tradidit, aut alioqui contractus legem non impleuit, *Oldend. eod.* Exemplo actionis emti; adhoc vt præstetur aut quod conuentum, aut interesse, *l.4. l.vltim. C. eod.* Adiecta stipulatione ex ea agi potest. *l.3.4.7. C.eod.*

Qui sunt contractus innominati generaliores?

R. Solent ad quatuor suprà recensitos referri. Do vt des, do vt facias, facio vt des, facio vt facias, *Vvesp. par. de præscr. verb. num.3.*

Quis est contractus innominatus do vt des?

R. Non ille generaliter quo datur pecunia vt res accipiatur, *(quia sic emtio venditio est, nisi alia sit mens contrahentium,)* sed quo res datur, vt res accipiatur, *l.5.§.1.hic. Vnde cum emtio venditio non sit, ciuilis innominata obligatio nascitur. Vvesp. par. de præscr. verb. num.3.*

Contractum do vt des cur diuersum facis à permutatione?

R. Sunt

R. Sunt quidem qui putant permutationem vſu iuris nihil à contractu do vt des differre; *per l.vlt.C.de rer.permut.* ex communiore tamen Dd. ſententia placet permutationem eſſe cum ſpecies certa cum certa ſpecie commutatur. *Vveſ. par.de rer. permut:* ſi verò rem incertam pro incerta *(puta genus pro genere,)* aut certam pro incerta, aut incertam pro certa do, diuerſum à permutatione contractum innominatum eſſe. *Sichardus ad rubr.C.h.t. num.4.*

Quis eſt contractus innominatus do vt facias?

R. Quando vel res, quæ ſit mercedis loco, datur vt aliquid faciam, vel pecunia data tale factum eſt quod locari non ſolet: puta quia vſum fruitionis non recipit. *Quia neutro caſu locatio eſt, & fit ciuilis obligatio innominata. Vveſemb. par. eod. num.4.*

Quis eſt contractus innominatus facio vt des?

R. Non quo mercedem do vt facias, vel facio vt mercedem des *(ſic enim eſt locatio, l.item & ſi de pretio, 22. §.eum inſulam, l.51. §.locato, l.27. in fin. ad l. Aquil.)* Sed cum facio aliquid, vt quid des quòd non ſit merces. *In quo quidem nulla videtur jubeſſe ciuilis obligatio qua formam ciuilis contractus habeat, cum hoc negotium, neque emtioni, nec locationi, nec alij cuiquam ciuili contractui ſit ſimile, & ex facto non perinde mihi obligaris, atque ex datione; quod fieri poſſit vt ex eo nihil ad me perueniat. Vveſ.par.eod.num.6. Vnde de actione qua inde detur variant Doctores.*

Quis eſt contractus innominatus facio vt facias?

R. Eſt cum mutua facta contrahuntur. Vt ſi conuenit vt ego à tuo creditore Carthagine, tu à meo Romæ exigas. *Vveſ. par. eod. num. 6. Qua ſpecies contractus licet interdum mandato, interdum commodato affinis ſit; nunquam contrahitur tamen in eâ negotium quod proprio nomine appellatur. Quod mutua facta in alias ſpecies non videantur cadere poſſe. Et in ſpecie quidem cum hic mutuum ſit negotium, commodatum non eſt; nec mandatum eum non ſit gratuitum, l. ſi tibi rem, §.1. h. t. l. ſi cum vnam eod.*

Qua eſt ratio obligationis in his contractibus innominatis?

R. 1. Generaliter obſeruandum, ſi neutra pars contrahentium præſtiterit id, de quo conuentum, locum eſſe pœni-

tentiæ, & licere à pacto recedere. Si altera pars præstiterit promissum, altera parte cessante; 2. in contractu quidem do vt des, & do vt facias in specie, licet parti quæ soluit promissum, aut repetere quod dedit, *l. 3 ff. de cond. caus. dat caus. non secut.* aut ad interesse agere; quanti sua interfuisse probat, vt in tempore præstaretur de quo conuentum, *l. naturalis, §. & si quidem ff. de præscr. verb.* 3. In reliquis duabus speciebus, hęc obligationis ratio est, vt qui spe promissi aliquem inducit, vt faciat quod ab eo expetit & vsus obsequio cessat præstare promissum, obligatione teneri, *d. l. naturalis, §. quod si faciam. Quod cum factum repeti non possit, aduersus eum, tanquam insidiosè alterius operam deludentem, actio detur.* Dolus si absit, peti potest vt promissum detur cum interesse, *l. solent de præscriptione verbor.* sicut in contractu, in quo promissum est factum, *d. l. naturalis, §. penult. & vltim. ff. eodem. Lagus Method. iur. ciuil. partic. 3. cap. 26.*

Qua ergo datur actio ex his contractibus innominatis generalioribus?

R. Ex omnibus quidem actio præscriptis verbis oritur: dissentiunt tamen in eo Doctores quod ex articulo facio vt des actionem de dolo tantum putent competere. *Treut. hic thesi 6. & 10. Quatenus autem vel vna, vel etiam altera competere possit, ex responsione proxima colligere est?*

De quasi Contractibus, seu Improprijs.

Quid est quasi, seu improprius contractus?

R. Quasi contractus, seu improprius est, qui non conciliatur expresso contrahentium consensu, vel conuentione sed per factum, seu negotium aliquod non turpe interueniens, secundum cuius naturam lex, ex vtraq; parte consensum interuenisse fingens, vult alterum alteri obligatum. *Vult. iurispr. cap. 42.*

Qua ergo est inter veros, & quasi contractus differentia?

R. Quod in veris contractibus expresse ex partium conuentione & certa scientia cõtrahitur; in quasi contractu præsumtivè, & fictione iuris, etiam inter ignorantes. 2 Atque ita vero contractu præter ius factum hominis; in quasi con-

tracti-

tractibus ius ſolum contractum facit. 3. In veris contractibus factum hominis ordinatum eſt, vt ſi contractus & obligatio; in quaſi contractibus, in factum hominis obligatio tantum incidit. *Vult. eod. & Comment in Inſt hic num. 5.*

Quot recenſentur hoc titulo ſpecies quaſi contractuum?

R. Quinque (*non quidem quaſi non ſint alij, quia huc etiam litis conteſtatio, & alij plurimi referri poſſunt; ſed quia in commercijs ſunt frequentiores. Perez. hic.*) 1. Negotiorum geſtio. 2. Tutelæ adminiſtratio. 3. Rerum communio. 4. Hereditatis aditio. 5. Indebiti ſolutio. *Text. hic.*

Negotiorum geſtio.

Quid eſt negotiorum geſtio?

R. Eſt quaſi contractus, quo quis negotium abſentis atque ignorantis, ſine mandato, ſponte ſuſcipit. Quod qui facit negotiorum geſtor, hoc eſt, voluntarius procurator dicitur. *Treut. diſput. hic theſi 1.*

Cur dicis hunc abſentis & ignorantis negotia gerere?

R. Vt hic quaſi contractus à mandato & locatio ne conductione diſtinguatur. Ignorantiam autem hic requirimus; quia, vt in illis contractus duorum conſtat voluntate, ſic hic ſi dominus ſcit negotium ſuum geri, & cum poſſit non impedit, tacendo conſenſiſſe, atque ita mandaſſe intelligitur. §. 1. *hic. Perez. eod. 2.* Abſentiam requirimus; non præcisè, *quia ſufficit ignorantia:* ſed quia abſentes ſua negotia geri plerumq; ignorant. *Perez. eod.*

An non & intereſt ad conſtituendam obligationem, vt negotiorum geſtator ſciuerit, vel ignorauerit cuius negotium gerit?

R. Minimè, modò alterius negotium gerat; eiusque contemplatione; *Quia negotium ipſum, non etiam cuius ſit, hic ſpectatur.*

Quid ergo differt procurator à negotiorum geſtore?

R. 1. Quod procurator mandato domini; negotiorũ geſtor ſine eo ſponte negotia alterius gerit. 2. Procurator de perſona eius cuius negotia gerit, & quem illud gerendo ſibi obligat, ſemper eſt certus; non negotiorum geſtor. *l. 5. ff. de neg. geſt.* 3. Ille mandati, hic nogotium geſtorum actio-

ne id, ad quod eum cuius negotia gerit obligatum sibi habet, persequitur.

Quæ est causa huius quasi contractus; cum culpa videatur esse immiscere se rei alienæ ad se non pertinenti?

R. Culpa est immiscere se rei alienæ, cuius non interest, absente domino, curam haberi: minimè si in eo interesse absentis versetur, ex causa vel necessaria, vel vtili, vt proprijs negotijs præsit impediti. Inde verò, ne officium præstanti sit damnosum, ex æquitate actio nascitur.

Quis est effectus huius quasi contractus?

R. Quod qui aliena negotia administrauit ex fide, reddita suę administrationis ratione, omnia repetat in eandem administrationem impensa.

Quotuplex igitur nascitur actio ex hoc quasi contractu?

R. Duplex; *Directa*, quæ datur negotiorum gestori aduersus dominum rei gestæ, *& si inutiliter negotium gestum fuerit, modò id ex fide factum sit; vel dominus gestum probauerit*; ad id præstandum quod quoquo nomine gestori abest, vel abfuturum est de eo quod vtiliter de suo impendit. *Contraria*, quæ datur ei cuius negotium gestum est ad petendam rationem administrationis à negotiorum gestore, & restitutionem eorum, quæ inde quoquo modo fuerit consecutus, vnà cum vsuris; & præstandum damnum quod ex negotio, non vt oportuit gesto, dominus passus est.

Quæ ratione damni ex accidenti veniunt præstanda in hoc quasi contractu?

R. Regularitet dolus, culpa lata, leuis; leuissima, tum demum si alius diligentior quam hic gestor, negotium erat administraturus: Non casus fortuitus; nisi 1. tale negotium susceperit gestor, quod dominus facere non erat solitus; 2. Vel culpa casum; 3. Vel restitutionem mora præcesserit; 4. Vel lucri causa gesserit; 5. Vel pacto in se casum fortuitum susceperit.

An negotiorum gestor tenetur ob ea quæ in totum prætermisit?

R. Non 1. nisi negotiorum gestoris intuitu, ea gerere omisit alius; 2. vel talia sint, quæ à semetipso gerere debuit.

Tutela

Tutelæ Administratio.

Quis est secundus quasi contractus, & cur sic dictus?

℟. *Tutelæ administratio*; Quasi contractus dicta, quia inter pupillum & tutorem nullum negotium contrahitur expresse; *cum ignoranti & inuito pupillo tutor dari possit: contractus autem inter volentes & consentientes contrahatur*. Obligatio tamen hic mutua est inter tutorem & pupillum, ex tutelæ officio publica authoritate impositio.

Quæ obligatio oritur ex illa administratione?

℟. Tutor quidem 1. ad reddendam pupillo administrationis suæ rationem, 2. ad ei soluendum quæ ex pupillaribus rebus apud eum residunt; 3. ad præstanda damna, quæ ex officio tutelæ non vt oportet gesto, pupillo sunt illata, obligatur; & vicissim pupillus ad id præstandum, quod tutori abest ex tutela vtiliter gesta, tenetur. Vnde actio tutelæ directa pupillo contra tutorem, & contraria tutori contra pupillum datur, prout supra cum de tutela ageremus, *lib.* 1. latius dictum.

Rerum Communio.

Quis est tertius quasi contractus?

℟. Rerum communio ea quæ est, extra casum expresse initæ societatis, inter eos qui ex accidenti, præter propositum & conuentionem expressam, rem communem, vel vnam, vel plures habent.

Quotuplex est?

℟. Duplex, vel particularis, vt rerum singularium, vel vniuersalis, vt hereditatis. *Pacius Analys. hic.*

Cur vtraq; dicitur quasi contractus?

℟. Quia cum vtraque, quod in ea non sit expressa de cõmunione conuentio, non sit verus contractus; tamen quia rem citra propositum communem, siue ex titulo institutionis, siue præter eum ex pluribus quisque habere sibi vult & speciatim in vniuersali communione, quia simul heredes esse volunt (*ex adita enim hic quasi contractus est*

eſt hereditate, Vveſ. eod.) eò ipſo in communionem conſenſiſſe videntur; ideoque non minus quam ſi expreſsè in eum conſenſiſſent, ſibi mutuò obligantur, *Vult. eod. num. 18. 19.*

Quo ergo reſpectu dicuntur quaſi contractus?

℟. Reſpectu modi quo initur contractus, non ratione effectus. Quod non minùs ex quaſi contractu, ſeu improprio, quàm ex vero & proprio contrahentes ſibi inuicem obligantur. *Vult. eod.*

Quot modis extra caſum expreſsè initæ ſocietatis, & heredis inſtitutionem res aliqua communis fieri poteſt.

℟. Pluribus. Potiſſimi ſunt ex legato & donato. §. 3. *hic.* Vnde hic quaſi contractus eſt inter plures legatarios & donatarios.

Ad quid obligantur ſibi mutuò rem ita habentes communem?

℟. 1. Ad rerum communium, quando ab ea petitur recedi, diuiſionem, *l. 1. tot. Nemo enim inuitus in communione manere cogitur l. fin. C. hic.* 2. Ad præſtationes rerum in rem communem communi nomine impenſarum, *Etiamſi res non petatur diuidi, idque vel quòd non placeat à communione recedere, vel quia res deſierit eſſe communis, vel extincta ſit. Vveſemb. part. hic. num. 4.* 3. Ad fructuum ex communi perceptorum collationem. 4. Item eorum quæ dolo, vel culpa in re communi admiſſa ſunt reparationem. *l. 4. §. ſunt, l. 8. §. venit, l. 20. ff. com. diuid. oldend. claſ. 4. act. 22. num. 7.*

Quæ hic obſeruanda in diuiſione petita facienda?

℟. Eadem omnino quæ in familiæ erciſcundæ iudicio *(vtpote cui hoc iudicium communi diuidundo plane ſimile. Vveſ. par. eod. num. 5. Vult. eod. num. 19.)* De quibus mox latius.

Quid ergo hic faciet iudex?

℟. Explicat ea Imperator infra *lib. 4. tit.* de officio iudicis, vbi & nos iſta explicabimus. *Vide Vveſ. par. num. 5. eod.*

Familiæ erciſcundæ.

Qui obligantur quaſi contractu ex communione rei quæ eſt à titulo inſtitutionis?

℟. Coheredes ſibi inuicem, §. 4. *hic. l. 36. ff. eod.* & quidem quocunque iure, ſiue iure ciuili heredes ſint, ſiue modò bo-

dò bonorũ poſſeſſores & fideicommiſſarij, *Vveſ. par. hic. n. 4.*

Ad quæ omnino?

℟. 1. Similiter ad familiam erciſcundam; hoc eſt, hereditatis, ſeu rerum hereditariarum diuiſionem, §. 4. *hic.* 2. Ad fructuum ab vno herede perceptorum, (quod in eo perſonale eſt) collationem, *l.* 49. *ff.* §. *fructus, ff. eod.* eorundemque ſimiliter, ne quid indiuiſum relinquatur, diuiſionem, *Oldend. Claſ. 5. act. 8. num.* VII. Speciatim in diuiſione inter liberos, ad eorum collationem quæ vnus illorum à parentibus accepit, *l.* 11. & 25. *C. hic. De quibus infra.* 3. Ad reparationem eorum quæ dolo, vel culpa ex hereditate amiſſa, vel in ea deteriora facta ſunt, *l. bona quæcunque l. incerti C. fam. erciſc. Oldend. eod.* 4. Ad reſtitutionem ex hereditate ab herede ſublatorum, *l.* 3. *C. eod.* 5. Ad ſumptuum in hereditatem bona fide factorum reſtitutionem, *l. fin. C. eod. l. heredes,* §. *ſi vnus, ff. eod.* In ſumma commodorum & incommodorum hereditariorum communionem, *l.* 10. *in fin. ff. eod.*

Quatenus ad diuiſionem hereditatis obligantur coheredes?

℟. 1. Si teſtator familiam diuiſit (*quod poteſt inter heredes extraneos teſtamento, vel Codicillis, pater inter liberos quocunque modo, l.* 21. *C. h.t. etiam extra teſtamentum tam pro toto, quam pro parte, etiam inæquali. l.* 32. *l.* 39. §. *Pater* 5. *ff. tot. modò liberis ſalua ſit legitima, l.* 8. *C. de inoff.*) ſeruare eam diuiſionem debent, *l.* 10. *l.* 16. *d. l.* 21. *in fin. C. hic. Gayl.* 2. *obſ.* 116. 2. Teſtatore non diuidente, ipſi coheredes familiam ſuo arbitrio erciſcere poſſunt, *l. arbitrio* 57. *ff. h.t.* & vel vno modò coheredum petente, conſenſu ſponte interpoſito, debent, *l. fin. C. com. diuid.* Quæ ipſa ſine enormi læſione, quæ vel medietatem iuſtæ portionis ſuperat; non retractatur, *Vveſ. par. hic. num.* 8. 3. Neutrum ſi factum, aditus iudex, partitionem quæ priuato conſenſu non potuit iniri, iudiciali authoritate explicabit, eique cedent coheredes. *Vveſ. par. hic. num.* 3.

Quomodo diuiſio commodè ſiue à coheredibus, ſiue à iudice expedietur?

℟. Si de rebus hereditarijs nihil relinquatur indiuiſum, *l.* 20. *ff. h.t.* & ad æqualitatem pro portionibus hereditarijs omnia reducantur. *Quod ſi res commodam diuiſionem non admittat, quomodo ex officio diuiſionem expedire rectè poſſit, vt & cætera*

tera ad hanc rem spectantia infra latius sub tit. de officio iudicis lib. 4. videbimus.

An verò pro arbitrio diuidere familiam, seu hereditatem iudex potest?

R. Sane quidem totam hanc rem eius arbitrio committunt, *per §. 4. cum seq. infra de off. iudic. l. 3. & 4. Com. diuid. quæ Legistarum communis est sententia.* Alij *(quæ Canonistarum est sententia, cap. 1. ext. de paroch. Couar. quæst. pract. c. 40. num. 3.)* a maiore fratre faciendæ concessa, minori optione fieri diuisionem volunt. Rectè verò id totum, vbi de consuetudine aliud non obtinet, iudicis officio relinquitur. *Treut. eod. th. 10.*

Quæ veniunt in diuisionem hereditatis?

R. Omnes res hereditariæ, tam soli, quam mobiles, siue in hereditate, siue ex eius occasione, vt vsucapione, acquisitæ, *l. 8. 9. 10. 11. 12. hic. t.* etiam alienæ à defuncto bona fide possessæ. *d. l. 10. eod.* aut pignori habitæ, *l. 29. h. t.* Denique omnia omnino commoda & incommoda hereditaria, *l. 12. & 22. ff. eod.* etiam fructus præteriti temporis, *l. pen. h. t.* item culpa coheredis, vel dolo amissa, vel deteriora facta. *l. 26. §. sed & si dolo ff. h. t.* Non nomina, *l. 4. h. t. tanquam ex l. 12. Tabl. sine vllo iudicio inter heredes pro proportione hereditaria diuisa. Vvesem. par. eod. num. 5.* Nec pernicioſa, vt mala medicamenta, venena, libri improbatæ lectionis, &c. *Vvesemb. eod.* Nec quæ speciali, hoc est, alio quam institutionis titulo à cohærede possidentur, *l. heredes, §. quod pro emtore, ff. h. t.*

Aditio Hereditatis.

An verò ex adita hereditate coheredes solùm sibi mutuo teneantur?

R. Imò vero qui hereditatem adit, eo ipso omnibus se obligat, & quasi cum illis contrahit quibus ex illa hereditate aliquid debetur; *Quod iuris fictione in id consensisse videatur. Vult. eod. num. 21.*

Quibus ergo præterea ex ista additione tenentur heredes?

R. Legatarijs non modo, sed & creditoribus hereditariis.

rijs. His quidem eo modo quo defunctum habuerunt obligatum, cum quo vna eademque persona censentur: legatarijs verò ex quasi contractu. §. 5. *hic.*

Quomodo post aditam hereditatem tenetur heres legatarijs ex quasi contractu?

R. Quod licet cum ijs neq; defunctus contraxerit, qui ipsis non modò nō fuit obligatus, sed pura liberalitate prouidit, adeò vt ex ipsius sola prouisione ius ipsorum pendeat; neq; heres expressè cum ijs ad exsoluenda legata cōtraxerit: eo ipso tamen quod hereditatem adit, cum legatarijs contrahere videatur, & obligatio, quæ demum sub morte defuncti suborta fuit, aditione confirmari. §. *heres hic l. 49. ff. de O. & A. Perez. hic.*

Quem verò præterea effectum ista habeat aditio, supra expositum cum de eâ ageremus specialius.

Indebiti solutio.

Quis est vltimus quasi, seu improprius contractus.

R. Indebiti solutio, supra inter contractus re constantes ab Imperatore relata *(quod indebitum non aliter censeatur solutum nisi realis interceſſerit numeratio.)* Quæ inter quasi contractus ratione initij, *(ex quo contractus æstimandi,)* recensetur, quod is cui indebitum solutum, censeatur se obligare ad id quod indebitè accipit restituendum.

In quo genere indebiti, & quatenus habet locum hic quasi contractus?

R. Explicatum id supra cum de contractibus re constantibus ageremus, *vbi vide.*

An non sunt causſa ex quibus indebitum per errorem solutum repeti non potest.

R. Omnino, 1. In ijs quibus ex inficiatione debiti lis crescit. Quo casu mendacij conuictus duplum soluere tenetur, *vt ex l. Aquiliâ.* 2. Si agatur de legato, vel fideicommisso pietatis intuitu relicto, quod heres monitus intra annū non soluit, vel inficiatus est. 3. De tumultus, incēdij, ruinæ, naufragij causſa deposito *In quibus omnibus casibus inde-*

indebitum soluens ideò non repetit, quia non per errorem videtur, sed sciens soluisse, & transigere modò voluisse ad euitandam duplicanam. Schneid. hic.

TIT. XXIX.

Per quas Personas nobis acquiritur Obligatio.

PEr quas personas nobis acquiritur obligatio?

R. Similis est illi quo *lib. 2. tit. 9.* quæsitum per quas personas nobis acquiratur dominium. Vnde ita habe, vt dominium, sic & obligationem non solùm per nosipsos, sed & per alios, eosque potestati nostræ subiectos (puta seruos, liberos nostros) nobis acquiri. Et per seruos quidem siue pleno dominio nostro, siue in quibus vsum fructum tantum habemus: & rursus vel nobis tantum competentes, vel cum alijs communes. Item tales, qui vel verè serui sunt, & nostri quidem, vel liberi homines, aut serui alieni, quos bona fide possidemus. Et quidem acquiritur obligatio per singulos ijsdem modis, & eatenus quatenus dominium acquiritur. Qui supra expositi hic pro repetitis habentur, *Text. hic. Schneid. hic.*

TIT. XXX.

Quibus modis tollitur Obligatio.

HActenus quibus modis constituantur, dic quibus soluuntur obligationes?

R. Soluitur obligatio duobus modis, vel ipso iure, vel ope Exceptionis.

Quatenus tolluntur vtroque modo?

R. Ipso iure tolluntur, vt nulla ex ijs detur actio. Ope exceptionis, ita vt susperstit quidem actio, sed quæ proposita exceptione euanescit. *Pac. Analys. Treut. disp. hic. thes. 1. lit. a.*

Qui sunt modi dissoluendæ obligationis ipso iure?

R. 1. Solutio, 2. Acceptilatio. 3. Nouatio. 4. Consensus con-

contrarius, 5. Confusio, 6. Compensatio, 7. Transactio, 8. Rei interitus, 9. Oblatio, 10. Consignatio, 11. Depositio rei debitæ. *Treut. hic thesi* 1.

Solutio quot modis accipitur?

R. Duobus; vel pro vera, vel pro quasi solutione.

De Solutione.

Quæ est vera, quæ quasi solutio?

R. Vera solutio est totius debiti idonea satisfactio, creditori per debitorem ipsum, vel eius nomine iusto tempore & loco facta, naturali & reali præstatione. Idque sive res, sive pecunia, sive factum debeatur, *Treut. eod. thes.* 2.

Quis rectè soluit debitum?

R. 1. Quivis habens rerum suarum administrationem. *Vult. Iurispr. eod. cap.* 53. (*Etiamsi soluens sit in reatu, l.* 42. *ff. de solut. nisi maiestatis l.* 20 *ff. de accus. perduellionis, l.* 31 *ff. de donat. aut repetendarum. d. l.* 20. *postuletur.*) Non qui administrationem earum non habent, citra autoritatem eorum quorum consilio reguntur. *l.* 14. *in fi. ff. eod.* Ita quidem vt nummos accipientis faciant, *l.* 9. §. 2. *ff. de auth. tut. Quia si forte soluerint, vindicari possunt, l.* 39. *ff. de neg. gest. Nascitur tamen ijs liberatio pecuniæ à creditore consumta. d. l.* 9. §. 2. *eod.* 2. Vel debitor ipse, vel pro eo alius. *Text. princ. hic.* Idque vel cum, vel sine mandato, *l.* 49, 56, 64, 66 *ff. de solut.* debitore vel sciente, vel ignorante, vel etiam inuito, *Text. princ. hic. Ita quidem vt liberetur debitor. Text. eod. At pro inuito soluenti negatur repetitio soluti. l.* 53 *ff. mand. l. fin. C. de neg. gest.* Minimè soluenti pro ignorante, si quidem vtiliter soluit; vt cui datur ad repetitionem actio negotiorum gestorum, *l.* 43 *ff. de neg. gest.* 3. Etiam qui in potestate sunt, sive patria, sive dominica, modò peculium habeant, eiusque administrationem, *l.* 84 *ff. de solut.* 4. Actor seruus mutuis dandis exigendisque pecunijs præpositus dominis creditoribus, *l.* 94. §. 1. *ff. eod.* 5. Procuratores solvendi speciale mandatum habentes, vel quibus totorum bonorum concessa administratio. 6. Tutor pupilli debitum. 7. Tutelam negociave debitorum creditorumve agentes sibi ij si. 8. Hereditatem restituere rogati creditoribus hereditarijs

tarijs ante eam reſtitutam. *l.*104. *ff.eod. Vult.eod.nu.*17. & 18.

Cui rectè ſoluitur?

Rr. 1. Creditori vnicuique; modò ſanæ ſit mentis, & iuſtæ ætatis, *Vult.eod.* Non furioſo, prodigo, minori, niſi autoritate tutorum aut curatorum; ita quidem vt naſcatur liberatio. *Niſi ſolutionis gratia ſint adiecti, l.*11 *ff.eod. Et ne ea quidem accedente (ob beneficium reſtitutionis in integrum minoris conceſſum, l.ait. Prator, ff.de minor,) niſi decreto iudicis interueniente, aut penſiones annuæ, obuentiones & vſuræ ſoluendæ, l ſancimus (de adminiſtrat. tutor.)* Pecuniam tamen ſolutam licet adhuc petere poſſit, eam tamen ſaluam habens, vel locupletior factus, ſi petat, exceptione doli repellitur, §. *pen. l.*18. *Quib.mod.alien.licet* 2. Etiam criminis Reo. *l.*41 *ff.eod ſed non eius conſcientia profugo, l.*20. *C.de req. reis. nec perduellionis reo, l.fin.C.ad l.*4. *Iul. Mai.* 3. Tutoribus ſeu Curatoribus creditores tempore adminiſtrandæ tutelæ vel curæ. *l.*46. §. *tutela ff. de admin.tut.* qualibuſcunque, *l.*52. §.1. *l.*45 *ff.eod.* & quidē eorum vni, pluribus vel omnibus, *d.l.*14. § *ſi autem. Niſi aliter à teſtatore ipſis tutoribus, vel magiſtratui cauũ l.*48 *ff.de adm.t. Non poſt eam. Vult.eod.num* 31. *Nec pro tutore ſe gerenti, niſi pecuniâ in rem pupilli verſâ, l.*38. *l.*90 *ff.eod. Vult.eod.nu.*35. *Nec matri filij negotia ſecundum voluntatem patris gerenti, & quidem ex hereditatis, non ex eius contractu profecta obligatione, l.*86 *ff.eod. l.*31. §. *pen. ff.de neg geſt.* 4. Filijſ. & ſeruis qui mutuis dandis exigendiſque pecunijs ſunt præpoſiti, *l.*18. *ff.eod.* Vel liberam peculij adminiſtrationem habent. *l.*20. *& ſeq ff.de iureiur.* Vel quod ab ijs ex peculio creditum depoſitumve eſt. *l.*19 *ff eod.* vel ex domini ei ſoluatur voluntate pecunia à domino credita, *l.nihil intereſt C.eod.* 5. Ex duobus reis credendi alterutri; modò vtiliter ambo ſint ſtipulati, *l.*3. *ff.de duobus reis. (non inutiliter ſtipulanti, l.*128. *ff.de V.O.)* Item modò alteri petenti promiſſor ſe ſoluturum non conſtituerit, *l.*2. *ff. de duob. reis. (Quo caſu alteri ſoluens promiſſor à priore non liberatur, l.*10. *ff. de conſt. pecun.)* 6. Creditoris procuratori cum ſpeciali mandato, *l.*12. *ff.eod.* Vel cui omnium negotiorum adminiſtratio commiſſa, *l.*34. §. *Titium ff.eod. (donec quidem domini voluntas durat,* niſi forte ab ignorante liberationem ſolutio facta, *(quo caſu ex æquitate proficit ſolutio.) l.vero* §.1.

*l.*51.

l. vero §. 1. *l.* 51. *ff. eod.* §. *recte infra de mand.)* Vel cui in rem suam mandatæ actiones, *(quo casu nulla delegatione interposita, vel denuntiatione à procuratore ne mandanti soluerent debitoribus facta, vel nisi aliquid creditor acceperit, vel ex eo litem contestatus sit, l. 3. C. de Nou. etiam domino rectè soluitur; ita tamen vt vtroque petente procurator præferatur. l. 55. ff. de procur.* Non falso procuratori, nec ei qui sine mandato se alienis negotijs offert, quamuis ei soluatur bona fide, *leg.* 58. *ff. eod. l. initio C. eod.* 7. Omnino, solutionis caussa in contractu adiecto, idque cuiuscunque sit ætatis & conditionis; etiam ignorante creditore, & inuito, adeò vt licet parte debiti creditori soluta pars ei rectè soluatur. *(modò quidem in eodem statu maneat l.* 38. *ff. eodem. & debitor se soli stipulatori soluturum postea constituerit: Vult. eod. num.* 50.) Non tamen eius successoribus, *l.* 55. *de V. O. l. si stipulatus sit. ff. de sol.* 8. Creditori Creditoris, etiam sine eius mandato, *(sed ita vt liberatio fiat per exceptionem, l. si opera ff. de doli except. l.* 3. §. *ff. de neg. gest.)* Modò creditor solutionem, de ea certior factus, protinus ratam habuerit, *l.* 13. *ff. eod.* 9. Heredi creditoris. Qui si plures sint, pro parte hereditaria cuique, *(Maiore eorum parte interpellante tutius Magistratus iussu interueniente soluitur, l.* 11. §. 1. *ff. eod.)* etiam fiduciario ante factam restitutionem, *l.* 104. *ff. eod. Substituto, dum deliberat institutus, per errorem facta solutio liberat ad eum deuoluta hereditate, l.* 96. *ff. eod.* 10. Alijs quibuscunque creditor soluere iusserit. *l.* 23. *ff. eodem.* etiam iussu tutoris, non pupilli, *l.* 96. *ff. eod. (cuius iussu alteri soluens doli tamen exceptione liberatur pupillo locupletiore facto, l.* 66. *ff. eod.)* Et quidem quamuis post mortem suam creditor soluere iusserit; *Quia tale mandatum morte non finitur, l.* 6. §. *fin. l. seq. ff. mandat. l. fin. de solut. Cuiac. l. obs.* 38. *Vult. hic.*

Quid solui potest?

Ꝛ. 1. Idem quod debetur, *princ. hic.* etiam inuito creditore, non item aliud pro alio, *l.* 15. §. *mutui, ff. de reb. cred. leg.* 16. *C. de solut.* Adeo vt nec pretium speciei promissæ obtrudi ei possit. *Nisi aliud fauore certarum caussarum permissum*, aut res debita solui nequeat, *l.* 8. *de cond. fin. Treu. de mod. solu. obligat. thes.* 2. *litt. c. Vnde & nec pecuniam, nec possessio-*

nem, ſuarum vendendarum commoditatem ſi habeat debitor, vt eas æſtimatione à Magiſtratu facta in ſolutum accipiat creditor, compelli poteſt. Nou. 4. §. fin. & 120. Auth. hoc niſi C. de ſolut. Quantitate debita numeratio eiuſdem requiritur ea, vt in accipiendo creditor non ſentiat damnum, & nummi ſint ſoluentis proprij, *l. 94. ff. eod. & probi. l. 33. in fin. ff. eod.* II. Totum debitum, *Quia & particularis ſolutio inuito creditore regulariter non permittitur. §. item hic.* Et quidem licet res debita ſit diuidua, 1. niſi ab initio pactum interuenerit de parte ſoluenda, 2. aut debeatur ex diuerſis cauſſis, & totum offeratur quod ex vna cauſſa debetur. *l. vlt. D. quib. mod. pign. & hypoth. ſol.* 3. niſi annui tributi ſolutio diuidatur in tres ſolutiones, *l. 4. C. de don. fund. patrim.* 4. niſi debitor partem tantum ſe debere fateatur, & reſidui obligatio ſit dubia. *l. 8. Si pars, ff. de her. pet. l. 3. ff. fam. exciſ. (Partem tamen ſoluens pro parte liberatur.)* III. Res pro re volente quidem creditore, *l. ſi in ſolutum. ff. de O. & A.* modò cum debito ſit eiuſdem æſtimationis, & in ſolidum fiat accipientis, *l. ſi non ſortem §. centum ff. eod. Quantitatem tamen debiti offerre poteſt qui rem promiſit, l. Quamuis ff. eod. Et ex rebus quidem fungibilibus qualibet ex eodem genere ſolui poteſt, modo eiuſdem bonitatis cum accepta reddatur. l. 3 ff. de reb. cred.* IV. Species debita omnino præſtanda, *Vult. eod.* V. Genere debito quælibet ſpecies ſolui poteſt, *l. vbi autem ff. eod.* VI. In obligatione alternatiua electio penes debitorem eſt vtrum ſoluat, *l. 95. ff. eodem.* vt & in legatis diſiunctiuis penes legatarium, *l. 84. §. Stichum. ff. de leg. 1. Niſi in ſtipulationibus aliter ſit conuentum.* VII. Facto promiſſo interuſurij, non alterius facti præſtatione liberatur promiſſor, *l. qui res §. mihi Romæ, ff. eodem.*

Quomodo debet fieri ſolutio?

R. 1. Eo modo quo debetur, ideoque loco conuento, non alio, ſtipulatore inuito, *l. 3. & 9. ff. de eo quod certo loco*, niſi & quod ratione loci interſit eius ſimul offerat, *l. 1. l. 15. quæ ff. quod certo loco.* 2. Item tempore, & die conuentis, non poſt eam, *l. 85 ff. eod.* Omnino ante, *l. 70. ff. eod. niſi creditoris gratia diem adiectum eſſe, vel nominatim expreſſum, vel euidentibus argumentis appareat. Briſſon. lib. 1. de ſolut. Vult. eod. num. 24.*

3. Etiam

3. Etiam pendente adhuc cõditione, *Ita vt ea existente, si quidem volens accipiat creditor, liberatus censeatur, deficiente repetat, l. 16. ff. eod.* 4. Nec loco, nec die obligationi adiectis, statim soluendum, nisi promissio ex re ipsa tacitam dilationem capiat, *l. interdum ff. eod.* Quod tamen cum aliquo temporis laxamento ex æquo & bono accipiendum, *Vult. eod. numer. 27.*

Quatenus per solutionem soluitur obligatio?

R. Adeò vt etiam pignora, fideiussores, adpromissores, intercessores, mandatores, & eiusdem obligationis socij liberentur, *l. 43. ff. eodem.* 2. Similiter fideiussorum solutio reo prosit. *Aduersus creditorem quidem; non tamen vt ipso iure à debito omnino liberetur. Quod sua obligationis caussa suique potius nomine, quam liberandi debitoris caussa mandator soluisse videatur, l. 28. ff. mand.* 3. Eo qui quod alius debet nouandi animo promisit soluente, vterque liberatur, *l. 8. §. fin. ff. de nouat.* 3. Quod ex pluribus causis debitor, nec ex omnibus soluens, dicere potest quo se potius debito velit exonerare, *l. 1. l. 101. l. 5. §. 1. ff. eodem. Quod si id non dixerit, electio quidem ad creditorem conuertitur, cui debito acceptum ferat: ita tamen vt id constituat solutum in quod ipso si deberet, esset soluturus. l. 1. C. eod. atque ita in duriorem semper caussam sibi accepto ferre debent. In quam vtroque cessante semper imputabitur, l. 3. & 5. ff. eod. Vult. eod.*

De Acceptilatione.

Quis est secundus modus dissoluendæ obligationis.

R. Acceptilatio, quæ est quasi solutio, & definitur, imaginaria solutio, §. 1. *hic.* vel stipulatio, qua creditor animo dissoluendæ obligationis debitori interroganti respondet se creditum accepisse quod non accepit. *d. §. 1. Vult. eod. num. 1. & in margine.*

Quomodo fieri debet?

R. Purè. Non sub conditione, *l. 4. hic. l. 77. De R. I. expressa quidem, l. 5. de cond. caus. dam. C. quod sub tacita fieri possit. l. 1. 21. hic.* Nec in diem *l. 5. hic. (Quod quia vera solutio statim liberat, pr. hic. ficta idem operari debet, Voes. par. h. num. 6.)*

Licet in diem & sub conditione debitum tolli acceptilatione possit, *d.l.12.21. Treut.de mod.toll. Obli. thes.4. litt.i.g.*

Quotuplex est acceptilatio?

R. Duplex, Simplex & Aquiliana, à Gallo Aquilio sic dicta.

Qua est simplex acceptilatio?

R. Qua verborum obligatio simpliciter tollitur, *d.§.1. hic. Nempe cum acceptilatio fit stipulatio, non potest ea ex ipsius quidem natura, nisi verborum obligatio tolli. d.§.1. hic.*

Qua est Aquiliana?

R. Ea per quam contra ipsius acceptilationis naturam omnis generis obligationes, (*etiam re contracta,*) in stipulationem prius deductæ, inde per acceptilationem tolluntur. *d.§.1. h. Vult. eod. num.5.*

An ergò in Aquilianâ acceptilatione non vna est stipulatio?

R. Imo verò duplex, 1. Vna qua contractus deducitur in stipulationem, ita vt res non ex priore contractu, sed ex stipulatione noua debeantur. 2. Altera qua ita deductus acceptilatione sequenti tollitur. *Vult.eod. Puta sic, si quod mihi ex causâ mutui, &c. debes, dare spondes, creditore interrogante debitor respondeat, spondeo: & sic quod ex natura mutui debetur, debeatur ex stipulatione. Et porro creditori interroganti quod tibi debeo acceptum fers? respondeat acceptum fero.*

Quomodo procedit acceptilatio?

R. Licet solutio oportunè facta à quocunque creditore, etiam inuito liberet; non procedit tamen acceptilatio, nisi creditore volente, & debitore quandoque inuito: sed tum non aliter, nisi vt is qui accepto est interrogatus per nouationem debitum in se prius transferat, ac si ipse ab initio debuisset, atque ita translatum accepto roget. *Vult.eod.nu.8.*

Qui possunt acceptum ferre?

R. 1. Quibus ex negotio secum, vel cum eo cui successerunt, gesto debetur; modo tui iuris sint, *Vult.eod.* non pupilli & minores, nisi tutorum & curatorum autoritate, *l.1.C eod.* Nec hi quidem, nisi acceptilationem fieri pupilli interfit, *Vult. eod. num.9.* 2. Et nomine quidem proprio; *quia acceptilatio actus est legitimus qui nomine alieno exerceri nequit, leg.* 77. *ff. de R.I.* Non per procuratorem, *l.3. ff. eod. Vnde nec ac-*

ceptum

ceptum ferre solutionis causſa adiecto licet, l.10. ff. de solut.

Cui potest accepto ferri?

R. 1. Debitori, ciusque heredi, & ex his quidem vni, *l.17. ff. eod.* Nec alij quam qui debet, vel qui debitori iure potestatis acquirit, *l.1. an inutilis, §. accepto liberare, ff. eodem.* Non patri quod filiusfam. debet, sed ipsi modo roganti, *d. l. an inutilis, §. filiusfam.* Non tutori, curatorive quod minores debent vtiliter, nisi accedente nouatione, *d. l. an inutilis.* Omnino ipsi pupilli sine autoritate tutoris, *l.2. ff. eod.* 2. Vni ex pluribus eiusdem obligationis socijs, ita, vt & cæteris proficiat. *l.22. §.1. ff. eodem, nisi in eorum persona iuris sit impedimentum, l.5. §.1 ff. de donat. inter V. & V.* 3. Fideiussori, ita vt reo iam ante efficaciter obligato liberatio cõpetat, *d. l.16. ff. eod.*

Quid debet acceptum ferri?

R. 1. Id ipsum quod debetur, siue ex conuentione, siue ex delicto pecuniarium, sed priuatum sit debitum, *l.21. §. & eum qui ff. eod. Non multa quæ publica est, nec pœna corporalis.* 2. Nec integra tantum obligatio, sed & pars stipulationis, *l.9. ff. eod. Nisi quod in stipulationem est deductum, diuisionem sui natura non recipiat, d. l.19.* 3. Plures etiam res accepto ferri possunt, & vno ex pluribus, vel certis, vel incertis contractibus, vel quibusdam, exceptis cæteris, *l.18. d. l. ex pluribus ff. eodem.*

Quomodo perficitur acceptilatio?

R. Verbis, *(quia fit stipulatione,)* quacunque lingua prolatis, *§.1. hic.* dummodo sensus congruat, & vterque, siue per se, siue per interpretem idioma intelligat, *d. l.19. ff. eod.*

Quis est effectus acceptilationis?

R. Quod perinde ac solutione ita dissoluatur obligatio, vt nulla omnino maneat, aut noua aliqua subsequatur, *Vult. eod. cap.56.*

De Nouatione.

Quis est tertius modus dissoluendæ obligationis & quatenus?

R. Nouatio, qua, vt & delegatione, ita tollitur obligatio, vt eam sublatam excipiat alia, *l.1. ff. eodem.*

Quid ergo est nouatio?

℟. Est modus dissoluendæ obligationis quo per stipulationem prius debitum in aliam obligationem, mutatione personæ, vel rei debitæ transfunditur: id est, ita ex præcedenti obligatione noua constituitur, vt prior perimatur.

Quotuplex est?

℟. Duplex; Vna in specie sic dicta; Altera quæ delegatio dicitur.

Qua est nouatio in specie dicta?

℟. Est debiti, seu obligationis in nouam stipulationem translatio talis, qua prior obligatio perimitur absque nouæ personæ interuentu, *l.1.ff.de Nouat.*

Quotuplex est hæc nouatio?

℟. Duplex vulgo constituitur, 1. Voluntaria, quæ fit voluntate contrahentium, & quidem habilium, id est nouare volentium. *Vvesenb.part.hic.num.4.* 2. Necessaria, quæ fit per litis contestationem, sic dicta quod in inuitum reddantur iudicia. *l.38.§.1.ff.de V.O. Vvesenb.eod. Repudiata à magni nominis Iur. Consult. distinctione, vt legibus incognita, licet vulgo recepta. Noua tamen iudicati actione priorem nouari, non negatur, l.3. §.ideo De Vsur.rei iud.Vult.eod.num.29.32.33.*

Quomodo fieri debet nouatio vt constet?

℟. Olim, præterquàm in certis casibus, quocunque modo fiebat. *§.3.hic l.1.C. & l.51.ff.eod.* Hodie expresse fieri debet, id est, ita vt contrahentes profiteantur se velle à priori obligatione recedere. Adeò quidem vt aliter facta ne quidē ope exceptionis tollat obligationem, *d.§.3.hic l.fin.C.eod.*

Qui possunt nouare?

℟. Ipsi tantum creditores, qui rerum suarum habent administrationem, aut alij ipsorum iussu, *l.3.l.20.ff.eod.* Non pupilli, prodigi, minores absq; tutorum & curatorum autoritate, nisi conditionem suam fecerint meliorem, *l.9. ff. eod.l.15.ff.de solut.2.* Tutores & Curatores obligationes pupillares, *l.12.ff.de admin.tut.* si quidem id illis expediat, *d.l.20. hic.* 3. Tutorum bonorum procurator, *d.l.20.* 4. Aliquando is cui rectè soluitur, *l.16. ff.eod.* licet non semper, *l.25.ff eodem.*

Quæ obligationes possunt nouari?

℟. Omnes qualescunque sint & quocunq; modo contractæ,

tractæ, *l.1 ff.eod.* omniaque debita, *l.2.eod.* etiam vna ſtipulatione plures, *l fin.ff.eod.* item quæ in diem eſt antequam dies veniat, *l.5 ff eod.* Non conditionalis antequam extet conditio: nec futuræ antequam ipſa conſtiterit obligatio. *Vult. eod. Cai. 56 num. 23.*

Quomodo fit nouatio?

R. Forma nouationis conſiſtit in verbis extra quidem iudicium: fit enim ſtipulatione. *(In iudicio volunt & litis cõteſtatione eam fieri. ſec. ante dicta)* Fit tamen per ratihabitionem; quippe ſi quis abſente me à debitore meo ſit ſtipulatus nouandi animo; nouabitur ſtipulatio, ſi ratum habuero, *l.22. ff.eod.* Fit rurſus aut purè, aut in diem, aut ſub conditione, ita tamen vt non ante conditionis euentum perfecta eſſe intelligatur, *l.14.l.31.ff.hic. Vvef.eod part.num.6.*

Quis eſt effectus nouationis?

R. Quod priore obligatione, vnà cum acceſſorijs, fideiuſſione puta & pignoribus, peremta, *l.18.ff.hic.* ex ſecunda is qui nouauit teneatur.

De Delegatione.

Quotuplex eſt delegatio?

R. Vel eſt perſonæ, vel actionis.

Quid eſt delegatio perſonæ?

R. Delegatio *(altera ſpecies nouationis generatim acceptæ, ſeu quartus modus ſoluendæ obligationis;)* eſt mandatum quo creditor iubet debitorẽ quod ipſi debet alteri promittere. *Treu. diſp.hic.th.6. Delegare enim eſt vice ſuâ alium reum creditori, vel cui is iuſſerit dare, l.11.hic.*

Qui poſſint delegare?

R. Creditores ijdem qui nouare, *l.15.ff.de ſolut.hic.*

Qui delegari, & quibus?

R. 1. Debitores. *l.delegare 11.ff.de notat* & quidem volentes, non inuiti, *l.1. §.6.C.eodem. (quod is qui delegatur ſtipulanti debeat promittere, ideoq; vtriuſque conſenſu negotium perfici, d.l.1.C.eod.)* 2. Nec hi tantum qui principaliter ſunt obligati, ſed & expromiſſores, & qui pro alijs fidem ſuam adſtrinxerunt, *l.26. §. abeſſe, ff.mand.*

℟. Est modus dissoluendæ obligationis quo per stipulationem prius debitum in aliam obligationem, mutatione personæ, vel rei debitæ transfunditur: id est, ita ex præcedenti obligatione noua constituitur, vt prior perimatur.

Quotuplex est?

℟. Duplex; Vna in specie sic dicta; Altera quæ delegatio dicitur.

Qua est nouatio in specie dicta?

℟. Est debiti, seu obligationis in nouam stipulationem translatio talis, qua prior obligatio perimitur absque nouæ personæ interuentu, *l.1.ff.de Nouat.*

Quotuplex est hæc nouatio?

℟. Duplex vulgo constituitur, 1. Voluntaria, quæ fit voluntate contrahentium, & quidem habilium, id est nouare volentium. *Vvesenb.part.hic.num.4.* 2. Necessaria, quæ fit per litis contestationem, sic dicta quod in inuitum reddantur iudicia. *l.38.§.1.ff.de V.O.Vvesenb.eod. Repudiata à magni nominis Iur. Consil. distinctione, vt legibus incognita, licet vulgo recepta. Noua tamen iudicati actione priorem nouari, non negatur, l.3. §.ideo De Vsur.rei iud.Vult.eod.num.29.32.33.*

Quomodo fieri debet nouatio vt constet?

℟. Olim, præterquàm in certis casibus, quocunque modo fiebat. §.3. *hic.l.1.C. & l.51. ff.eod.* Hodie expresse fieri debet, id est, ita vt contrahentes profiteantur se velle à priori obligatione recedere. Adeò quidem vt aliter facta ne quidē ope exceptionis tollat obligationem, *d.§.3. hic l.fin.C.eod.*

Qui possunt nouare?

℟. Ipsi tantum creditores, qui rerum suarum habent administrationem, aut alij ipsorum iussu, *l.3.l.20.ff.eod.* Non pupilli, prodigi, minores absq; tutorum & curatorum autoritate, nisi conditionem suam fecerint meliorem, *l.9. ff. eod.l.15.ff.de solut.2.* Tutores & Curatores obligationes pupillares, *l.12.ff.de admin.tut.* si quidem id illis expediat, *d.l.20. hic. 3.* Tutorum bonorum procurator, *d.l.20. 4.* Aliquando is cui rectè soluitur, *l.16. ff.eod.* licet non semper, *l.25.ff eodem.*

Qua obligationes possunt nouari?

℟. Omnes qualescunque sint & quocunq; modo contractæ,

tractæ, *l.1 ff.eod.* omniaque debita, *l.2.eod.* etiam vna ſtipulatione plures, *l fin.ff.eod.* item quæ in diem eſt antequam dies veniat, *l.5 ff.eod.* Non conditionalis antequam extet conditio: nec futuræ antequam ipſa conſtiterit obligatio. *Vult. eod. Cai.56.num.23.*

Quomodo ſit nouatio?

R. Forma nouationis conſiſtit in verbis extra quidem iudicium: fit enim ſtipulatione. *(In iudicio volunt & litis cõteſtatione eam fieri ſec.ante dicta)* Fit tamen per ratihabitionem; quippe ſi quis abſente me à debitore meo ſit ſtipulatus nouandi animo; nouabitur ſtipulatio, ſi ratum habuero, *l.22. ff.eod.* Fit rurſus aut purè, aut in diem, aut ſub conditione, ita tamen vt non ante conditionis euentum perfecta eſſe intelligatur, *l.14.l.31.ff.hic. Vveſ.eod.part.num.6.*

Quis eſt effectus nouationis?

R. Quod priore obligatione, vnà cum acceſſorijs, fideiuſſione puta & pignoribus, peremta, *l.18.ff.hic.* ex ſecunda is qui nouauit teneatur.

De Delegatione.

Quotuplex eſt delegatio?

R. Vel eſt perſonæ, vel actionis.

Quid eſt delegatio perſonæ?

R. Delegatio *(altera ſpecies nouationis generatim acceptæ, ſeu quartus modus ſoluendæ obligationis;)* eſt mandatum quo creditor iubet debitorẽ quod ipſi debet alteri promittere. *Treu. diſp.hic.th.6. Delegare enim eſt vice ſuâ alium reum creditori, vel cui is iuſſerit dare, l.11.hic.*

Qui poſſint delegare?

R. Creditores ijdem qui nouare, *l.15.ff.de ſolut.hic.*

Qui delegari, & quibus?

R. 1. Debitores. *l.delegare 11.ff.de notat* & quidem volentes, non inuiti, *l.1.§.6.C.eodem. (quod is qui delegatur ſtipulanti debeat promittere, ideoq; vtriuſque conſenſu negotium perfici, d.l.1.C.eod.)* 2. Nec hi tantum qui principaliter ſunt obligati, ſed & expromiſſores, & qui pro alijs fidem ſuam adſtrinxerunt, *l.26. §. ateſſe, ff.mand.*

Quomodo fit delegatio?

R. Vel per ſtipulationem, vel per litis conteſtationem, *l. de legare* 1. §. *fit ff. hic.*

Quomodo per litis conteſtationem?

R. Quatenus in eum cui abſque delegatione mandatæ ſunt aduerſus debitorem actiones, ſi litem cum debitore ſit conteſtatus, in eum à priori creditore debiti cauſſa tranſlata perfectaque delegatio intelligitur, *Vult. eod num.* 43.

Quomodo & quatenus dicitur fieri per ſtipulationem, cum vel nutu debitorem ſuum delegare quis poſſit? l. 17 *ff. hic.*

R. Duplex actus conſiderandus in delegatione. Vnus inter delegantem & delegatum: In eo nudus conſenſus ſine verbis ſufficit; *Quia reſpectu ipſorum mandatum eſt, qui contractus conſenſu conſtituitur. Vnde & hic voce, vel ſcripto, vel nutu fieri, l.* 17. *ff. de nouat. l. imò & per ratihabitionem ſuppleri poteſt. Mant. de tac. & amb. contr. l.* 17. *tit.* 8. *num.* 10. Alter inter delegatum & eũ cui fit delegatio qui exigit ſtipulationem. *Quia & hic is qui delegatur non modo conſentire, ſed & ſtipulanti verbis promittere debet, l.* 1. *C. eod. Vveſemb. par. eod Vnde hic actus per ratihabitionem ſuppleri non poteſt. Mant. tit. eod.*

Quid differt delegatio à nouatione?

R. Non multum, præterquam quod in delegatione ſemper inſit nouatio, *l.* 2. *C. eod. Vveſ. par. eod. num.* 8. (*etiam iurè, vt putatur, nouiſſimo, niſi aliud ſit actum:*) non ex diuerſo nouationi ſemper delegatio. *Quia inter eaſdem perſonas nouatio rectè conſtituitur Vveſ. eod. num.* 8.

An ergo ex interuentu nouæ perſonæ præſumitur nouatio?

R. Olim quidem ipſo iure interpoſita conuentionali ſtipulatione; in prætorijs ſtipulationibus, ope exceptionis, *l. pen. ibi Bart. in ſumm. de prator ſtipul.* Nempe ſi quidem ex cõiectura nouandi animus colligi poſſet. Hodie non niſi quando euidenter conſtat contrahentes nouandi animum habuiſſe, & expreſſum fuerit à priori obligatione recedi, *l. vlt. C. eod. & ibi Gothof. Mant. eod. tit.* 6. *num.* 1.

An verò per delegationem debitoris tacitè poteſt nouatio intelligi?

R. Frequentiore calculo receptum per delegationem debitoris tacitè fieri nouationem, & priorem perimi obligatio-

gationem, 1. *Quod l. vlt. C. de noua. de nouatione tantum, non de delegatione faciat mentionem, nouatio autem & delegatio vt diuersa accipiantur.* 2. *Quia delegato in locum delegantis succedente, si non peremta censeretur prior obligatio, duo re debendi & in solidum obligati diuerso tempore constituerentur.* 3. *Facta delegatione confestim debitum delegantis solutum censetur. Mantic. eod. tit. 7. per totum.*

Quæ in delegatione sunt necessaria vt nouatio possit intelligi?

Rz. Non tantum vt debitor delegantis delegetur, sed & vt delegetur tanquam debitor *(licet & iussu delegantis alius expromissor, vt dictum, promittere possit. d. l. delegare,)* 2. Vt promittat delegantis mandato præcedente *(quia alioquin simplex nouatio est.)* 3. Vt accedat stipulatio; iure quidem ciuili, *secundum modo dicta. Mantic. eod. num. 2. 3. 4. 5. 6. 7.*

Quid est delegatio actionis?

Rz. Quæ alias dicitur actionis cessio. *l. 11. C. de donat. l. 1. C. de contr. iudic.*

Quid differt delegatio actionis à delegatione personæ?

Rz. 1. Ceditur, seu delegatur actio etiam ei qui non est creditor, puta donationis caussa. *l. cum de bonis, 11. C. de donat.* debitor autem propriè à creditore suo alteri creditori delegatur. *d l. delegare, 11. C. hic.* 2. Cessio seu delegatio actionis etiã ignorante vel inuito eo aduersus quem actiones mandantur cõtrahi solet, *l. 1. C. eod.* delegatio debitoris non item. *l. 1. 2. 3. 6. C. eod. Secundum ante dicta.* 3. Qui cedit actionem, eam non planè amittit, *(vt salua ea nihilominus maneat apud cedentem, vt modò res sit integra ea experiri, ac debitorem ad solutionem compellere possit, l 3. C. de nouat.)* qui delegat debitorem, actionem planè amittit; quod delegatus à priore creditore liberetur, *d. l. 3 Sandius de Cess. actione. cap. 1 num. 9. 10.*

Quis ergo est effectus vtriusque delegationis?

Rz. Delegationis quidem ipsius debitoris *(de quâ hic agimus)* effectus est, quod ea rite facta iure nouatione prior contractus euanescat, *l. 2. & 3. C. de nouat.* & delegans debito liberetur, *l. 3. eod.* Delegata seu cessa actione translata quidẽ intelliguntur iura cedentis in eum cui cessa est actio: *Vt iuris interpretatione cedentem, seu primum creditorem repræsentet,*

sentet, l. 2. C. de donat. & cedentis iure in exercenda actione, fide de cessione facta vti possit, Sand. eod. cap. 9. num. 7. Non ita tamen vt cedens actionem debito liberetur. *Quod directa in cessionarium actiones penes eum maneant, & exigere à debitore suo debitam quantitatem & eo modo creditoris exactionem contra eum exhibere non vetetur, d. l. 3. C. eod.* Nisi vel lis cum cessionario sit contestata, vel cessionario partem debitor soluerit, vel ne solueret cedenti, cessionarius debitori denuntiauerit, *l. 3. C. de nouat.*

De Mutuo Consensu.

Quis est quartus modus dissoluendæ obligationis ipso iure?

R. Contrarius consensus, & quidem mutuus (*quia vnius voluntate discedere à contractu non licet*) & talium quidem obligationum quæ solo contrahuntur consensu, siue emptionis venditionis, locationis conductionis, & aliorum proprius. (*Quia vnum quodque dissoluitur eâ ratione quâ obligatum est.*)

Quatenus dissoluitur in talibus contractibus obligatio?

R. Re integra: puta donec ab vna parte contractus non est impletus, *ex. grat. donec in contractu emtionis venditionis ab vna parte non est solutum pretium, vel ab alterâ parte res tradita. Quod impleto per traditionem contractu, vel rem traditam reddi vel pretium restitui sit necesse, l. 1. C. Quando liceat ab emt. reced. l. 35. ff. de R. I.*

Cur dicis istum modum dissoluendæ obligationis esse proprium obligationum solo consensu constantium?

R. Quia in cæteris obligationibus non sufficit solus dissensus partium, nisi accedat actus priori similis, vel æquipollens: *Puta vt obligatione in Aquilianam stipulationem deductâ per acceptilationem accedat liberatio. Schneid. hic.*

De Confusione.

Quis est quintus modus dissoluendæ obligationis?

R. Confusio, Puta 1. Si creditor fiat heres principalis debitoris, vel contra debitor heres creditoris, siue ex asse (quo casu,

casu, *quia nemo sibi ipsi debere potest*, omnino) siue pro parte, (*quo casu pro eâ parte tollitur obligatio*. Modò is retineat hereditatem. (*Secus si eam vendat*; *l.6. ff. de her. vend. vel ipsa per querelam inofficiosi euincatur*, *l* 21.5. *si ff. de inoff. test.*) aut confecto inuentario adeat hereditatem, *ex constit. Iustiniani, l. fin. l. de iur. delib.* 1. Rogatus hereditatem restituere si ante eam restitutam debitori heres extiterit semel confusa obligatio hereditate ex Trebelliano restituta non redintegratur, *l.58. ff. ad Trebell. 3.* Cum vtriusque creditoris & debitoris bona ad fiscum peruenerunt confusa obligatio intelligitur, *l.71. ff. de fideiuss.* Et tollitur quidem sic principalis obligatio vnà cum accessorijs, puta fideiussorijs, *d. l.71. ff. de fideiuss. Secus si inter creditores & accessores facta confusio: vt quo casu sola accessoria obligatio tollatur manente principali. l.93. in fin. ff. de solut.* 4. E duobus reis si alter creditori heres existat, persona tantum eius eximitur altero manente obligato, vel in solidum, si nulla ei cum correo fuit societas, vel si socij fuerint, in partem. *Vult. eod. cap.57. num.*18.

De Compensatione.

Quis est sextus modus dissoluendæ obligationis ipso iure?

R. Compensatio, & definitur debiti & crediti inter se contributio consentiente, vel inuito actore in iudicio, vel extra illud facta, *l.1. vbi no. ff. de compens. Vnde & compensatio in voluntariam & necessariam diuidi potest?*

Vnde oritur compensatio?

R. 1. Ex naturali æquitate; quod nostra interfit potius non soluere, quam solutum repetere, *l.3. h.t.* 2. Ex iure ciuili, ad dirimendas lites, ne fiat per plura, quod potest fieri per pauciora, *Vvesenb. par. hic.*

Qui vtuntur compensatione?

R. 1. Qui actorem vicissim sibi habet obligatum. *l.30. ff. de cond. indeb.* 2. Etiam fideiussor à creditore conuentus, in eo quod vel sibi, vel reo debetur, *l.5. ff. de compensat.* 3. Absentis defensor, in eo quod inuicem ei ab actore debetur. *l.* 21. *ff. eod. Alioqui nec alius quam cui debetur compensatione vti, nec quod alij quam ei qui conuenitur debet compensare creditor cogitur.*

cogitur, l.16. ff. eod. 4. Filius quod patri debetur, si is de rato caueat. *l.9. §.1.ff. eod.* 5. Procurator in rem suam datus, post litis contestationem, *l.18. ff. hic.* 6. A tutore conuentus pupilli nomine, id quod pupillus, non quod tutor ipsi debet. *Vult. eod.*

Ex quibus cauſſis locus eſt compenſationi?

R. I. Si agatur ex contractu; siue natura tantum, siue ciuiliter simul debeatur, *l. fin. C. hic.* Idque tam in priuatorum, quam ciuitatum; *l.3. C eod.* etiam fisci cauſſis. *d. l. fin. (Si quidem is qui aduersus fiscum compenſatione vtitur, intra duos menses sibi debitum doceat, l.46. §. qui compenſationem, ff. de iure fisci.)* Modo 1. debitum sit firmum, hoc est, ita iure subsistat vt elidi exceptione non possit, 2. liquidum vtrimque, *d. l. fin.* vel sine latiore indagine liquidari possit, *Dd.* 3. Purum, *non conditione ſuſpenſum,* vel in diem delatū, *l.7. h.t.* II. Siue agatur ex maleficio; modo agatur ciuiliter, *l.10. pr. hic.*

In quibus ergo iudicijs locum habet compenſatio?

R. In omnibus iudicijs; priuatis, non publicis, *(vtpote in quibus publica vindicta ad coercenda maleficia ſpectatur, Vveſ. par. hic.)* Siue personali, siue reali actione agatur, *d. l. fin. Puta cum res ſuo genere fungibiles vtrimque debentur. Vveſemb. eod.* Nec in bonæfid. tantum iudicijs, vt olim; sed etiam in strictis, excepto depositi. *l. fin. C. hic. l. pen. C. depoſiti.*

Qua res ergo compenſantur?

R. Quæ solui possunt, *l.4. vbi no. C. de compenſ.* Ideo in voluntaria quidem compensatione res quecunque, siue quantitate consistant, siue non: *Quod volenti qualibet res pro alia ſolui poſſit, l.17. C. de ſolut.* Et sic quantitas cum specie, & contra. *l.145. ff. vbi no. de R. I. Obrecht. hic. §. de obiecto Compenſat.* In necessaria tantum quantitates, hoc est res fungibiles, *l.15. §. 1. hic.* quæ numero, pondere, & mensura constant. *Obr. eod. theſ.* 101. *Nempe per ſolum numerum, pondus, menſuram in rebus æqualitas introducitur. Obrecht. eodem.* Adeoque genus (seu res sub eodem genere contentæ) cum genere, h. e. rebus eiusdem generis. *Obrecht. eod. th.* 103. Sed 1. si quidem sint eiusdem qualitatis & bonitatis, *Obrecht. eod. theſ.* 105. 2. Item fungibiles, hoc est, quarum permutatio fieri possit. Non species cum specie, quando idem genus non debetur.

Vve-

Vvesemb. par. hic. num. 1. (*Quia aliud pro alio inuito creditori ſolui non poteſt.* 2. Non pecunia cum ſpecie, nec ſpecies cum pecunia. *l. ſi conuenerit princ. ff. de pign. act. Quia perinde eſſet, ac ſi rem ſuam inuitus aut vendere, aut emere quis cogeretur. Quod iuri aduerſatur, l.* 15. *C. de contr. emt.*

Quæ ergo requiruntur vt locum habeat compenſatio.

R. 1. In voluntaria quidem vt debitum ſit mutuum. 2. Mutui debiti fiat contributio. 3. Siue in, ſiue extra iudicium. 4. Idque conſenſu mutuo. In neceſſaria verò, 1. ſimiliter mutuum debitum. 2. Et æquale quidem, *Obrecht. eod. th.* 181. 3. Eiuſdem debiti contributio. 4. & quidem vt fiat in iudicio, 5. Idque legitimè, hoc eſt, ijs modis quibus iure fieri debet. *Obrecht. eod. th. ſeq.*

Quibus modis iurè debet fieri?

R. 1. *Ipſo iure*; Si abſque vlla exceptionis conteſtatione officio iudicis debitum cum debito compenſatur, *l.* 38. *l. vlt. ff. de petit. hered.* Ita vt non ſit neceſſe exceptionem compenſationis in principio actionis inſtitutæ, ſeu lite conteſtanda obijcere; & tamen ea initio non obiecta iudex cui de mutuo debito conſtat, vel modo ante rem iudicatam proponatur, (*quod vt iudici de eâ conſtet omnino neceſſarium*) adhuc eius rationem habeat. *Obrecht. eod. t.* 193. *& ſeqq. Vveſ. par. eod. num.* 8. 2. Per exceptionem, ſi reus de intentione actoris dubius initio litis compenſationem proponit; hoc modo, *Nego me tibi debere, & ſi forte debeo, tamen ex illa cauſſa, &c. mihi tantundem debes.* Quo caſu Reus de eo quod actor petijt conuictus, redire ad exceptionem compenſationis & eam probare poteſt. *ſee Tind. de compenſ. art.* 7. *num.* 76. *Obrecht. eod. theſ.* 246.

Quis eſt effectus compenſationis?

R. Admiſſæ quidem à iudice, quod ſit loco ſolutionis. *l.* 4. *l.* 10. *l.* 21. *ff. hic. l.* 4. *C. eod.* Et inde 1. id quod compenſari poteſt, ſi ſolutum ſit, tanquam indebitum condici poſſit *d. l.* 10. §. 1. 2. Quod ſicut ſolutione veræ pecuniæ debitæ, *l.* 9. §. *omnis ff. depign. act.* ita & ſolutione per compenſationem facta, pignus actione pignoratitia repetatur. *l.* 12. *C. de compenſ.* 3. Vſuræ eius quantitatis cuius petitionem compenſationis ratio excludit, peti non poſſit t.

l. 7.

l.7.C.desolut. Non admissæ quidem ex eo quod causſa non esset liquida, vt salua maneat compensare volenti sua pecunio, (*Quod rei iudicatæ exceptio obijci non possit; l.7. §.1. ff. hic.*) ex eo quod falsam eius causſam esse iudex viderit, non admissa, vt sublata omnis fit actio, & agenti exceptio rei iudicatæ rectè opponatur, *d.l.7.§.1.*

De Transactionibus.

Quis est septimus modus dissoluendæ obligationis?

¶. Transactio; quæ est rei dubiæ, vel litis incertæ, neque finitæ aliquo, dato, retento vel promisſo conuenta decisio, *l.1.ff.h.t. l.28. C.eod. Obrecht.dist.hic.thes.*10.

Quot modis fit?

¶. 1. Vel nudo pacto, (*cui quandoque pœnam, l.15.l.37.40. & seq. C.hic. Vvesp.par. hic quandoq; iuramentū adijci l.41. C.hic Vvesp.eod.cautionis est.*) Vel acceptilatione; eaque vel simplici, (si id de quo lis est ex stipulatione, vel alia re debeatur, *l.19.ff.de acceptil.*) vel Aquiliana, si debeatur ex emto vendito, locato conducto, &c. & id mediante stipulatione nouetur, acceptiletur, sic deinceps de eo transigatur *l.24.5. l.9.§.2.l.3.seq.l.17.C.hic. Treut.hic thes.2.lit.4.* II. Vel generaliter, vel specialiter fieri potest, id est verbis generalibus vel specialibus; & quidem purè, aut sub conditione, aut sub modo. In, vel extra iudicium, *l.28.C.h.t.* scriptura, vel sine scripto, *d.l.28.l.5.eod.* diu, noctu, *l.20. C.eod.* etiam die festo, *l.fin.C.de ferijs.*

Qui possunt transigere?

¶. Omnes qui possunt pacisci, *Paul.1.sent.1.§.1.2.* Etiam alieno nomine, qui speciale habet mandatum, *c.qui agendum de procur.in 6.* 3. Procurator omnium bonorum, mandatum habens cum libera *Dd. vulgo.* Non ad compromittendum constitutus, *l.10.C de procur.* 4. Omnino constitutus in rem suam *l.17.§.fin.l.15.de procur.* 5. Syndicus nomine ciuitatis, vt & administratores ciuitatum, *Sed non vt rem liquidam ambitiosè remittant. Vvesp.num.4.hic.* 6. Tutores, procuratores fisci, & similes quibus interdicta partim commissorum bonorum alienatio, *gl. & Dd. in l.12.C.eod. Sed non contra prohi-*

prohibitionem legis transigendo donare, vel alienare, l.13. de p. ad. num. vnde & tutorum & curatorum vt valeat transactio, decretum iudicis requiritur. Gayl. 2. obs. 72. num. 1, 7. Pater circa bona filij emancipati vel filij famil. aduentitia, sed non nisi cum filij consensu, *l.10. vbi Cuiac. hic. Treut hic thes. 3.* similiter de dote filiæ petenda, non nisi ea consentiente *l.2. §.1. ll. seqq. solut. matr. Filia tamen furiosa vtilitatis caussa habetur pro consentiente d.l.2. §. fin.*

Super quibus rebus transigi potest?

R. Super quauis re dubia, tali quæ sit in commercio, *vtpote extra quod nulla est alienatio l.39. cum ll. seqq ff. de leg.* 1. priuata & familiari. *l.27. §. pacta. ff. de pactis, l.1. h.t.* etiam post conclusionem in caussa, *Ob dubium litis euentum, Treut. hic. th.4. lit. b.* Non super re iudicata, vel iureiurando decisa, *l.7. princ. l.11. hic. Modò nullo remedio dubia fieri queat, l.23. §.1. de cond. indeb.* Non super relictis testamẽto, nisi eius verbis inspectis, *ad l.19. C. hic. Treut. eod. l.e.* Non de futuris alimentis, quamuis vltima voluntate relictis, absque Prætoris cognitione, *l.8. C. hic. Nisi alimentorum caussa fiat melior. Facit, d.l.8. vers. quid ergo, §. penultim. 2.* Etiam crimine capitali, *(puta* sanguinis & mortis pœnam ingerente,*) Quia ignoscendum sanguinem suum redimere volenti, l.1. de bon. eor. qui ante sent.* Excepto adulterio, *vt de quo lex Iulia nominatim vetat pacisci, l.10. C. ad l. Iul. Mai.* Non reliquis eam pœnam non inferentibus *(propter rationem cessantem)* citrà falsi accusationem; hoc est, sine falsi accusatione, *Puta quatenus actor, cum pecuniam accipit, cum eo qui ob denuntiandum testimonium, vel iudicium, l.1. §.1. ad l. Corn. de falsf. Reus accusatorem corrumpens, cum eo qui corrumpit iudicium comparandus videtur, d.l.1. §.1. l.21. ff. d. tit. Quorum vterque accusatione falsi tenetur dd. leg. Obrecht. eod. thes.* 102. *Treut. eod. th.5. lit. f.*

Quomodo dixisti transactionem esse modum soluendæ obligationis ipso iure?

R. Modum quidem dissoluendę obligationis transactionem dixi, quia eius effectus est, litem planè ita finire, vt resuscitari nequeat, *l.16. C. eod. (Instar iudicati, l.20. C. eod. aut iurisiurandi, l.2. vbi Bart. l. admonendi. ff. de iureiurand.)* ne quidem rescripto Principis, *l.16. C. eod.* nec prætextu specierum & instru-

instrumentorum post repertorum, *d.l.29.* Ipso iure solui per eam dixi obligationem; Quia licet in pacti terminis consistens, cum iuris gentium sit, non tollat actionem, quæ iuris est ciuilis, iure conuentionis, sed ope exceptionis: *l. 28. C.h.t.* (Quæ hodie est litis finitæ, *c.1. de litis conteſt. in 6.*) Tamen, si addita sit Aquiliana stipulatio, ipso iure obligationem, eoque & vnà actionem tollat. §.2. *hic. l.32. C.hic.* Exceptio verò & actio simul locum habent, si iuramentum, vel clausula rato manente pacto interponatur, *l.41. C.h.l.pen ff.eod. Obrecht.eod.th.149.*

Explica plenius effectus tranſactionis?

R. Ad effectus tranſactionis explicandos, præterea pertinet obseruatio, 1. quod sit stricti iuris, & in ea nihil omnino seruatur vltra ea qua suo ambitu complectitur, idque tum quoad personas, (vt cum vna facta regulariter quidem ad alios non porrigatur, *l.vnus, l.10. pacta verſante omnia ff. de pactis. Cuſus exceptos vide apud Mantic. de tac. & amb. contr. lib. 26. tit.4. n.14. Obrec. aliq. eod. theſ.179. & ſeqq.*) Tum quoad res, vt tranſactio interposita tantum intelligatur de ijs rebus de quibus placuit transigere, nec in vnà re facta ad aliam extendatur, *l.qui cum tutoribus. §.1 ff.hic. de Mantic.eod. tit.6. Obrech. eod.th.215.* 2. Quod cum tranſactione, quæ in nudi pacti terminis consistit, reus non liberetur obligatione, si conuenta non præstantur; actor agere possit ex prima actione, tanquam non sublata. Quà aut consequitur quod in primam actionem est deductum, aut id quod tranſactione conuentum, *Vveſpar.hic.num.7.* Reo exceptionem tranſactionis proponente ea explicatione doli eliditur ab actore, *l.19. C.hic. Vveſemb. eod.* 3. Liberato reo iure ab obligatione, & sic à prima actione, aliæ actori dantur actiones. Puta si quidem liberatus est acceptilatione, bona fide puta initæ tranſactioni si non statur, actio præscriptis verbis, *l. 6.l.17.l.33. C.eod.* si aliter quàm acceptilatione sit liberatus, si quidem stipulatio interuenit, actio ex stipulatu. *d.l.6.* si ea non interuenit, præscriptis verbis. Dolo vt transigeret adducto, actio de dolo tribuitur, *d.l.ſub prætextu C.hic.* 4. Non iure, sed actoris replicatione sublata actione, ita vt quid acciperet, similiter actione præscriptis verbis puta,

do

do vt des agere potest, *l. 33. C. h. Prior actio an eo casu competat ambigunt Dd. Obrecht. thes. 165. eodem.* 5. Stipulatio pœnalis si addita transactioni, ea commissa pœnam quidem petere, sed non simul commodo transactionis frui potest, *Nisi sub clausula rato manente pacto facta sit promissio, d. l. 17. 4. hic. Treut. eod. thes. 6. litt. f. 6.* Quod transactio non facile rescindatur, *l. 10. 16. 19. 39. C. hic.*

Dicis non facilè rescindi transactionem, dic ergo ex quibus caussis rescindi possit.

R. 1. Quando mutuo consensu ab ea receditur, *l. si diuers. C. hic. (Adeo quidem vt ex actibus contrarijs ita ei tacite renuntiatum intelligatur, l. si filius ff. de minor. Mant. eod. tit. 8. num. 1.* Non vnius partis pœnitentia, *l. 39. C. hic.* 2. Quando dolus interceſſit, *d. l. sub prætextu, l. siue apud acta, C. hic. Mantic. eodem. num. 4. Adeò vt dolo inductus ad transigendum, agere de dolo ad rescindendum possit, Mantic. eod. num. 8. non is qui Reum ad transigendum dolo induxit, l. 30. C. hic. nec si quis sciens dolum transegit, l. 10. C. de Vesc. vend. l. nemo videtur, ff. de R. I. Extranei, seu tertij dolo si quis ad transigendum circumuentus; manet quidem transactio (vtpote extra quam dolus interuenit,) contra tertium tamen actio de dolo datur, arg. leg. 7. ff. de dol. mal.* 3. Quando ex falsis instrumentis facta transactio, ita vt de pluribus caussis vel capitulis sit transactum, solùm caussa retractetur ex falso instrumento decisa. *l. 20. ff. de minor. C. ne vtiliter gestum per inutile vitietur. l. 34. ff. de donat.* Si ex vna caussa; tota. *Quia tum transactio nullam diuisionem recipit. Et rescinditur, quidem, ex capite doli si sciens, l. 9. §. qui per fallaciam, ff. hic: Siue ignorans falsa instrumenta aduersarius profert, ex erroris capite, c. 2. prop. 32. & 33. Obrecht. eod. th. 262. & seqq.* 4. Quando metu ab alio illato & tali quidem qui in constantem virum cadat, *l. 1 ff. l. 9. C. de his quæ metus causs.*

An & ob enormem læsionem transactio rescinditur?

R. Variant Dd. Decidunt non rescindi in modica læsione quæ dimidium iusti pretij in modico excedit; Omnino in enormissima læsione, h. e. in magno excessu vltra dimidium iustæ æstimationis futuræ litis, *c. quamuis de pact. num. 6. Gayl. 2. obseru. 7. num. 25.*

℟. Est modus dissoluendæ obligationis quo per stipulationem prius debitum in aliam obligationem, mutatione personæ, vel rei debitæ transfunditur: id est, ita ex præcedenti obligatione noua constituitur, vt prior perimatur.

Quotuplex est?

℟. Duplex; Vna in specie sic dicta; Altera quæ delegatio dicitur.

Qua est nouatio in specie dicta?

℟. Est debiti, seu obligationis in nouam stipulationem translatio talis, qua prior obligatio perimitur absque nouæ personæ interuentu, *l.1.ff.de Nouat.*

Quotuplex est hac nouatio?

℟. Duplex vulgo constituitur, 1. Voluntaria, quæ fit voluntate contrahentium, & quidem habilium, id est nouare volentium, *Vves.part.hic.num.*4. 2. Necessaria, quæ fit per litis contestationem, sic dicta quod in inuitum reddantur iudicia. *l.*38.§.1. *ff.de V.O. Vves.eod. Repudiata à magni nominis Iur. Cons. distinctione, vt legibus incognita, licet vulgo recepta. Noua tamen iudicati actione priorem nouari, non negatur, l.*3. §.*ideo De Vsur.rei iud. Vult.eod.num.*29.32.33.

Quomodo fieri debet nouatio vt constet?

℟. Olim, præterquàm in certis casibus, quocunque modo fiebat. §.3. *hic.l.*1.*C.& l.*51. *ff.eod.* Hodie expresse fieri debet, id est, ita vt contrahentes profiteantur se velle à priori obligatione recedere. Adeò quidem vt aliter facta ne quidē ope exceptionis tollat obligationem, *d.*§.3. *hic l.fin.C.eod.*

Qui possunt nouare?

℟. Ipsi tantum creditores, qui rerum suarum habent administrationem, aut alij ipsorum iussu, *l.*3.*l.*20. *ff.eod.* Non pupilli, prodigi, minores absq; tutorum & curatorum autoritate, nisi conditionem suam fecerint meliorem, *l.*9. *ff. eod. l.*15. *ff.de solut.*2. Tutores & Curatores obligationes pupillares, *l.*12. *ff.de admin.tut.* si quidem id illis expediat, *d.l.*20. *hic.* 3. Tutotum bonorum procurator, *d.l.*20. 4. Aliquando is cui rectè soluitur, *l.*16. *ff.eod.* licet non semper, *l.*25. *ff eodem.*

Qua obligationes possunt nouari?

℟. Omnes qualescunque sint & quocunq; modo contractæ,

tractæ, *l.1 ff.eod.* omniaque debita, *l.2.eod.* etiam vna ſtipulatione plures, *l fin.ff.eod.* item quæ in diem eſt antequam dies veniat, *l.5 ff eod.* Non conditionalis antequam extet conditio: nec futuræ antequam ipſa conſtiterit obligatio. *Vult. eod. Cai.56 num.23.*

Quomodo fit nouatio?

R. Forma nouationis conſiſtit in verbis extra quidem iudicium: fit enim ſtipulatione. *(In iudicio volunt & litis cõteſtatione eam fieri ſec.ante dicta)* Fit tamen per ratihabitionem; quippe ſi quis abſente me à debitore meo ſit ſtipulatus nouandi animo; nouabitur ſtipulatio, ſi ratum habuero, *l.22. ff.eod.* Fit rurſus aut purè, aut in diem, aut ſub conditione, ita tamen vt non ante conditionis euentum perfecta eſſe intelligatur, *l.14.l.31.ff.hic. Vveſ.eod part.num.6.*

Quis eſt effectus nouationis?

R. Quod priore obligatione, vnà cum acceſſorijs, fideiuſſione puta & pignoribus, peremta, *l.18.ff.hic.* ex ſecunda is qui nouauit teneatur.

De Delegatione.

Quotuplex eſt delegatio?

R. Vel eſt perſonæ, vel actionis.

Quid eſt delegatio perſonæ?

R. Delegatio *(altera ſpecies nouationis generatim accepta, ſeu quartus modus ſoluendæ obligationis;)* eſt mandatum quo creditor iubet debitorẽ quod ipſi debet alteri promittere. *Treu. diſp.hic.th.6. Delegare enim eſt vice ſuâ alium reum creditori, vel cui is iuſſerit dare, l.11.hic.*

Qui poſſint delegare?

R. Creditores ijdem qui nouare, *l.15.ff.de ſolut.hic.*

Qui delegari, & quibus?

R. 1. Debitores, *l.delegare 11.ff.de notat* & quidem volentes, non inuiti, *l.1. §.6.C.eodem. (quod is qui delegatur ſtipulanti debeat promittere, ideoq; vtriuſque conſenſu negotium perfici, d.l.1.C.eod.)* 2. Nec hi tantum qui principaliter ſunt obligati, ſed & expromiſſores, & qui pro alijs fidem ſuam adſtrinxerunt, *l.26. §. abeſſe, ff.mand.*

Quomodo fit delegatio?

R. Vel per ſtipulationem, vel per litis conteſtationem, *l. de legare* 1. §. *fit ff. hic.*

Quomodo per litis conteſtationem?

R. Quatenus in eum cui abſque delegatione mandatæ ſunt aduerſus debitorem actiones, ſi litem cum debitore ſit conteſtatus, in eum à priori creditore debiti cauſſa tranſlata perfectaque delegatio intelligitur, *Vult. eod num.* 43.

Quomodo & quatenus dicitur fieri per ſtipulationem, cum vel nutu debitorem ſuum delegare quis poſſit? l. 17 *ff. hic.*

R. Duplex actus conſiderandus in delegatione. Vnus inter delegantem & delegatum: In eo nudus conſenſus ſine verbis ſufficit; *Quia reſpectu ipſorum mandatum eſt, qui contractus conſenſu conſtituitur. Vnde & hic voce, vel ſcripto, vel nutu fieri, l.* 17. *ff. de nouat. limò & per ratihabitionem ſuppleri poteſt. Mant. de tac. & amb. contr. l.* 17. *tit.* 8. *num.* 10. Alter inter delegatum & eũ cui fit delegatio: qui exigit ſtipulationem. *Quia & hic is qui delegatur non modo conſentire, ſed & ſtipulanti verbis promittere debet, l.* 1. *C. eod. Vveſemb. par. eod Vnde hic actus per ratihabitionem ſuppleri non poteſt. Mant. tit. eod.*

Quid differt delegatio à nouatione?

R. Non multum, præterquam quod in delegatione ſemper inſit nouatio, *l.* 2. *C. eod. Vveſ. par. eod. num.* 8. (*etiam iurè, vt putatur, nouiſſimo, niſi aliud ſit actum:*) non ex diuerſo nouationi ſemper delegatio. *Quia inter eaſdem perſonas nouatio rectè conſtituitur Vveſ. eod. num.* 8.

An ergo ex interuentu noua perſona præſumitur nouatio?

R. Olim quidem ipſo iure interpoſita conuentionali ſtipulatione: in prætorijs ſtipulationibus, ope exceptionis, *l. pen. ibi Bart. in ſumm. de prator ſtipul.* Nempe ſi quidem ex cõiectura nouandi animus colligi poſſet. Hodie non niſi quando euidenter conſtat contrahentes nouandi animum habuiſſe, & expreſſum fuerit à priori obligatione recedi, *l. vlt. C. eod. & ibi Gothofr. Mant. eod. tit.* 6. *num.* 1.

An verò per delegationem debitoris tacitè poteſt nouatio intelligi?

R. Frequentiore calculo receptum per delegationem debitoris tacitè fieri nouationem, & priorem perimi obligatio-

gationem, 1. *Quod l. vlt. C. de nouat. de nouatione tantum, non de delegatione faciat mentionem, nouatio autem & delegatio vt diuersa accipiantur.* 2. *Quia delegato in locum delegantis succedente, si non peremta censeretur prior obligatio, duo re debendi & in solidum obligati diuerso tempore constituerentur.* 3. *Facta delegatione confestim debitum delegantis solutum censetur. Mantic. eod. tit. 7. per totum.*

Qua in delegatione sunt necessaria vt nouatio possit intelligi?

R. Non tantum vt debitor delegantis delegetur, sed & vt delegetur tanquam debitor *(licet & iussu delegantis alius expromissor, vt dictum, promittere possit. d. l. delegare,)* 2. Vt promittat delegantis mandato præcedente *(quia alioquin simplex nouatio est.)* 3. Vt accedat stipulatio; iure quidem ciuili, *secundum modo dicta. Mantic. eod. num. 2. 3. 4. 5. 6. 7.*

Quid est delegatio actionis?

R. Quæ alias dicitur actionis cessio. *l. 11. C. de donat. l. 1. C. de contr. iudic.*

Quid differt delegatio actionis à delegatione personæ?

R. 1. Ceditur, seu delegatur actio etiam ei qui non est creditor, puta donationis caussa. *l. cum de bonis, 11. C. de donat.* debitor autem propriè à creditore suo alteri creditori delegatur. *d l. delegare, 11. C. hic.* 2. Cessio seu delegatio actionis etiã ignorante vel inuito eo aduersus quem actiones mandantur cõtrahi solet, *l. 1. C. eod.* delegatio debitoris non item. *l. 1. 2. 3. 6. C. eod. Secundum ante dicta.* 3. Qui cedit actionem, eam non planè amittit, *(vt salua ea nihilominus maneat apud cedentem, vt modò res sit integra ea experiri, ac debitorem ad solutionem compellere possit, l. 3. C. de nouat.)* qui delegat debitorem, actionem planè amittit; quod delegatus à priore creditore liberetur, *d. l. 3 Sandius de Cess. actione. cap. 1 num. 9. 10.*

Quis ergo est effectus vtriusque delegationis?

R. Delegationis quidem ipsius debitoris *(de quâ hic agimus)* effectus est, quod ea rite facta iure nouatione prior contractus euanescat, *l. 2. & 3. C. de nouat.* & delegans debito liberetur, *l. 3. eod.* Delegata seu cessa actione translata quidẽ intelliguntur iura cedentis in eum cui cessa est actio: *Vt iuris interpretatione cedentem, seu primum creditorem repræsentet,*

sentet, l. 2. C. de donat. & cedentis iure in exercenda actione, fide de cessione facta vti possit, Sand. eod. cap. 9. num. 7. Non ita tamen vt cedens actionem debito liberetur. *Quod directa in cessionarium actiones penes eum maneant, & exigere à debitore suo debitam quantitatem & eo modo creditoris exactionem contra eum exhibere non vetetur, d. l. 3. C. eod.* Nisi vel lis cum cessionario sit contestata, vel cessionario partem debitor soluerit, vel ne solueret cedenti, cessionarius debitori denuntiauerit, *l. 3. C. de nouat.*

De Mutuo Consensu.

Quis est quartus modus dissoluendæ obligationis ipso iure?

R. Contrarius consensus, & quidem mutuus (*quia vnius voluntate discedere à contractu non licet*) & talium quidem obligationum quæ solo contrahuntur consensu, siue emptionis venditionis, locationis conductionis, & aliorum proprius. (*Quia vnum quodque dissoluitur eâ ratione quâ obligatum est.*)

Quatenus dissoluitur in talibus contractibus obligatio?

R. Re integra: puta donec ab vna parte contractus non est impletus, *ex. grat. donec in contractu emtionis venditionis ab vna parte non est solutum pretium, vel ab alterâ parte res tradita. Quod impleto per traditionem contractu, vel rem traditam reddi vel pretium restitui sit necesse, l. 1. C. Quando liceat ab emt. reced. l. 35. ff. de R. I.*

Cur dicis istum modum dissoluendæ obligationis esse proprium obligationum solo consensu constantium?

R. Quia in cæteris obligationibus non sufficit solus dissensus partium, nisi accedat actus priori similis, vel æquipollens: *Puta vt obligatione in Aquilianam stipulationem deductâ per acceptilationem accedat liberatio. Schneid. hic.*

De Confusione.

Quis est quintus modus dissoluendæ obligationis?

R. Confusio, Puta 1. Si creditor fiat heres principalis debitoris, vel contra debitor heres creditoris, siue ex asse (quo

casu,

casu, *quia nemo sibi ipsi debere potest*, omnino) siue pro parte, (*quo casu pro eâ parte tollitur obligatio*. Modò is retineat hereditatem. *(Secus si eam vendat, l.6. ff. de her. vend. vel ipsa per querelam inofficiosi euincatur, l 21.5. si ff. de inoff. test.)* aut confecto inuentario adeat hereditatem, *ex constit. Iustiniani, l. fin. l. de iur. delib.* 1. Rogatus hereditatem restituere si ante eam restitutam debitori heres extiterit semel confusa obligatio hereditate ex Trebelliano restituta non redintegratur, *l.58. ff. ad Trebell.* 3. Cum vtriusque creditoris & debitoris bona ad fiscum peruenerunt confusa obligatio intelligitur, *l.71. ff. de fideiuss.* Et tollitur quidem sic principalis obligatio vnà cum accessorijs, puta fideiussorijs, *d. l.71. ff. de fideiuss. Secus si inter creditores & accessores facta confusio: vt quo casu sola accessoria obligatio tollatur manente principali, l.93. in fin. ff. de solut.* 4. E duobus reis si alter creditori heres existat, persona tantum eius eximitur altero manente obligato, vel in solidum, si nulla ei cum correo fuit societas, vel si socij fuerint, in partem. *Vult. eod. cap.57. num.18.*

De Compensatione.

Quis est sextus modus dissoluendæ obligationis ipso iure?

Rs. Compensatio, & definitur debiti & crediti inter se contributio consentiente, vel inuito actore in iudicio, vel extra illud facta, *l.1. vbi no. ff. de compens. Vnde & compensatio in voluntariam & necessariam diuidi potest?*

Vnde oritur compensatio?

Rs. 1. Ex naturali æquitate; quod nostra interfit potius non soluere, quam solutum repetere, *l.3. h.t.* 2. Ex iure ciuili, ad dirimendas lites, ne fiat per plura, quod potest fieri per pauciora, *Vvef. par. hic.*

Qui vtuntur compensatione?

Rs. 1. Qui actorem vicissim sibi habet obligatum. *l.30. ff. de cond. indeb.* 2. Etiam fideiussor à creditore conuentus, in eo quod vel sibi, vel reo debetur, *l.5. ff. de compens.* 3. Absentis defensor, in eo quod inuicem ei ab actore debetur. *l. 21. ff. eod. Alioqui nec alius quam cui debetur compensatione vti, nec quod alij quam ei qui conuenitur debet compensare creditor cogitur.*

cogitur, l. 16. ff. eod. 4. Filius quod patri debetur, ſi is de rato caueat. *l. 9. §. 1 ff. eod.* 5. Procurator in rem ſuam datus, poſt litis conteſtationem, *l. 18. ff. hic.* 6. A tutore conuentus pupilli nomine, id quod pupillus, non quod tutor ipſi debet. *Vult. eod.*

Ex quibus cauſſis locus eſt compenſationi?

R. I. Si agatur ex contractu; ſiue natura tantum, ſiue ciuiliter ſimul debeatur, *l. fin. C. hic.* Idque tam in priuatorum, quam ciuitatum; *l. 3. C eod.* etiam fiſci cauſſis. *d. l. fin. (Si quidem is qui aduerſus fiſcum compenſatione vtitur, intra duos menſes ſibi debitum doceat, l. 46. §. qui compenſationem, ff. de iure fiſci.)* Modo 1. debitum ſit firmum, hoc eſt, ita iure ſubſiſtat vt elidi exceptione non poſſit, 2. liquidum vtrimque, *d. l. fin.* vel ſine latiore indagine liquidari poſſit, *Dd.* 3. Purum, *non conditione ſuſpenſum,* vel in diem delatū, *l. 7. h. t.* I I. Siue agatur ex maleficio; modo agatur ciuiliter, *l. 1 c. pr. hic.*

In quibus ergo iudicijs locum habet compenſatio?

R. In omnibus iudicijs; priuatis, non publicis, *(vtpote in quibus publica vindicta ad coercenda maleficia ſpectatur, Vveſ. par. hic.)* Siue perſonali, ſiue reali actione agatur, *d. l. fin. Puta cum res ſuo genere fungibiles vtrimque debentur. Vveſemb. eod.* Nec in bonæfid. tantum iudicijs, vt olim; ſed etiam in ſtrictis, excepto depoſiti. *l. fin. C. hic. l. pen. C. depoſiti.*

Quæ res ergo compenſantur?

R. Quæ ſolui poſſunt, *l. 4. vbi no. C. de compenſ.* Ideo in voluntaria quidem compenſatione res quæcunque, ſiue quantitate conſiſtant, ſiue non: *Quod volenti qualibet res pro alia ſolui poſſit, l. 17. C. de ſolut.* Et ſic quantitas cum ſpecie, & contra. *l. 145. ff. vbi no. de R. I. Obrecht. hic. §. de obiecto Compenſat.* In neceſſaria tantum quantitates, hoc eſt res fungibiles, *l. 15. §. 1. hic.* quæ numero, pondere, & menſura conſtant. *Obr. eod. theſ. 101. Nempe per ſolum numerum, pondus, menſuram in rebus æqualitas introducitur, Obrecht. eodem.* Adeoque genus (ſeu res ſub eodem genere contentæ) cum genere, h. e. rebus eiuſdem generis. *Obreeht. eod. th. 103.* Sed 1. ſi quidem ſint eiuſdem qualitatis & bonitatis, *Obrecht. eod. theſ. 105.* 2. Item fungibiles, hoc eſt, quarum permutatio fieri poſſit. Non ſpecies cum ſpecie, quando idem genus non debetur.

Vve-

Vvesemb. par. hic. num. 1. (*Quia aliud pro alio inuito creditori solui non potest.* 2. Non pecunia cum specie, nec species cum pecunia. *l. si conuenerit princ. ff. de pign. act. Quia perinde esset, ac si rem suam inuitus aut vendere, aut emere quis cogeretur. Quod iuri aduersatur, l.* 15. *C. de contr. emt.*

Quæ ergo requiruntur vt locum habeat compensatio.

R. 1. In voluntaria quidem vt debitum sit mutuum. 2. Mutui debiti fiat contributio. 3. Siue in, siue extra iudicium. 4. Idque consensu mutuo. In necessaria verò, 1. similiter mutuum debitum. 2. Et æquale quidem, *Obrecht. eod. th.* 181. 3. Eiusdem debiti contributio. 4. & quidem vt fiat in iudicio, 5. Idque legitimè, hoc est, ijs modis quibus iure fieri debet. *Obrecht. eod. th. seq.*

Quibus modis iurè debet fieri?

R. 1. *Ipso iure*; Si absque vlla exceptionis contestatione officio iudicis debitum cum debito compensatur, *l.* 38. *l. vlt. ff. de petit. hered.* Ita vt non sit necesse exceptionem compensationis in principio actionis institutæ, seu lite contestanda obijcere; & tamen ea initio non obiecta iudex cui de mutuo debito constat, vel modo antè rem iudicatam proponatur, (*quod vt iudici de eâ constet omnino necessarium*) adhuc eius rationem habeat. *Obrecht. eod. t.* 193. *& seqq. Vvesemb. par. eod. num.* 8. 2. Per exceptionem, si reus de intentione actoris dubius initio litis compensationem proponit; hoc modo, *Nego me tibi debere, & si forte debeo, tamen ex illa causa, &c. mihi tantundem debes.* Quo casu Reus de eo quod actor petijt conuictus, redire ad exceptionem compensationis & eam probare potest. *sec. Tind. de compens. art.* 7. *num.* 76. *Obrecht. eod. thes.* 246.

Quis est effectus compensationis?

R. Admissæ quidem à iudice, quod sit loco solutionis. *l.* 4. *l.* 10. *l.* 21. *ff. hic. l.* 4. *C. eod.* Et inde 1. id quod compensari potest, si solutum sit, tanquam indebitum condici possit *d. l.* 10. §. 1. 2. Quod sicut solutione veræ pecuniæ debitæ, *l.* 9. §. *omnis ff. depign. act.* ita & solutione per compensationem facta, pignus actione pignoratitia repetatur. *l.* 12. *C. de compens.* 3. Vsuræ eius quantitatis cuius petitionem compensationis ratio excludit, peti non possint.

l. 7.

l.7.C.de solut. Non admissæ quidem ex eo quod causſa non esset liquida, vt salua maneat compensare volenti sua pecunio, (*Quod rei iudicatæ exceptio obijci non possit; l.7. §.1.ff.hic.*) ex eo quod falsam eius causſam esse iudex viderit, non admissa, vt sublata omnis sit actio, & agenti exceptio rei iudicatæ rectè opponatur, *d.l.7.§.1.*

De Transactionibus.

Quis est septimus modus dissoluendæ obligationis?

Bz. Transactio; quæ est rei dubiæ, vel litis incertæ, neque finitæ aliquo, dato, retento vel promisſo conuenta decisio, *l.1.ff.h.t. l.28. C.eod. Obrecht.dist.hic.thes.10.*

Quot modis fit?

Bz. I. Vel nudo pacto, (*cui quandoque pœnam, l.15.l.37.40. & seq. C.hic. Vvesp.par. hic quandoq; iuramentū adijci l.41. C.hic Vvesp.eod.cautionis est.*) Vel acceptilatione; eaque vel simplici, (si id de quo lis est ex stipulatione, vel alia re debeatur, *l.19.ff.de acceptil.*) vel Aquiliana, si debeatur ex emto vendito, locato conducto, &c. & id mediante stipulatione nouetur, acceptiletur, sic deinceps de eo transigatur *l.2.4.5. l.9.§.2.l.3.seq.l.17.C.hic. Treut.hic thes.2.lit.4.* II. Vel generaliter, vel specialiter fieri potest, id est verbis generalibus vel specialibus; & quidem purè, aut sub conditione, aut sub modo. In, vel extra iudicium, *l.28.C.h.t.* scriptura, vel sine scripto, *d.l.28.l.5.eod.* diu, noctu, *l.20. C.eod.* etiam die festo, *l.fin.C.de ferijs.*

Qui possunt transigere?

Bz. Omnes qui possunt paciſci, *Paul.1.sent.1.§.1.2.* Etiam alieno nomine, qui speciale habet mandatum, *v.qui agendum de procur.in 6. 3.* Procurator omnium bonorum, mandatum habens cum libera *Dd. vulgo.* Non ad compromittendum constitutus, *l.10.C de procur. 4.* Omnino constitutus in rem suam *l.17.§.fin.l.15.de procur. 5.* Syndicus nomine ciuitatis, vt & administratores ciuitatum, *Sed non vt rem liquidam ambitiosè remittant. Vvesp.num.4.hic. 6.* Tutores, procuratores fisci, & similes quibus interdicta partim commissorum bonorum alienatio, *gl. & Dd. in l.12.C.eod. Sed non contra prohi-*

prohibitionem legis transigendo donare, vel alienare, l. 13. de p. ad. num. vnde & tutorum & curatorum vt valeat transactio, decretum iudicis requiritur. Gayl. 2. obs. 72. num. 1. 7. Pater circa bona filij emancipati vel filij famil. aduentitia, sed non nisi cum filij consensu, *l. 10. vbi Cuiac. hic. Treut hic. thes. 3.* similiter de dote filiæ petenda, non nisi ea consentiente *l. 2. §. 1. ll. seqq. solut. matr. Filia tamen furiosa vtilitatis caussa habetur pro consentiente d. l. 2. §. fin.*

Super quibus rebus transigi potest?

R. Super quamis re dubia, tali quæ sit in commerico, *vtpote extra quod nulla est alienatio l. 39. cum ll. seqq ff. de leg.* 1. priuata & familiari. *l. 27. § pacta. ff. de pactis, l. 1. h. t.* etiam post conclusionem in caussa, *Ob dubium litis euentum, Treut. hic. th. 4. lit. b.* Non super re iudicata, vel iureiurando decisa, *l. 7. princ. l. 11. hic. Modò nullo remedio dubia fieri queat, l. 23. §. 1. de cond. indeb.* Non super relictis testamẽto, nisi eius verbis inspectis, *ad l. 19. C. hic. Treut. eod. l. c.* Non de futuris alimentis, quamuis vltima voluntate relictis, absque Prætoris cognitione, *l. 8. C. hic. Nisi alimentorum caussa fiat melior. Facit, d. l. 8. vers. quid ergo, §. penultim. 2.* Etiam crimine capitali, *(puta* sanguinis & mortis pœnam ingerente,*) Quia ignoscendum sanguinem suum redimere volenti, l. 1. de bon. eor. qui ante sentent.* Excepto adulterio, *vt de quo lex Iulia nominatim vetat pacisci, l. 10. C. ad l. Iul. Mai.* Non reliquis eam pœnam non inferentibus *(propter rationem cessantem)* citra falsi accusationem; hoc est, sine falsi accusatione, *Puta quatenus actor, cum pecuniam accipit, cum eo qui ob denuntiandum testimonium, vel iudicium, l. 1. §. 1. ad l. Corn. de falsi. Reus accusatorem corrumpens, cum eo qui corrumpit iudicium comparandus videtur, d. l. 1. §. 1. l. 21. ff. d. tit. Quorum vterque accusatione falsi tenetur dd. leg. Obrecht. eod. thes. 102. Treut. eod. th. 5. lit. f.*

Quomodo dixisti transactionem esse modum soluendæ obligationis ipso iure?

R. Modum quidem dissoluendæ obligationis transactionem dixi, quia eius effectus est, litem planè ita finire, vt resuscitari nequeat, *l. 16. C. eod. (Instar iudicati, l. 20. C. eod. aut iurisiurandi, l. 2. vbi Bart. l. admonendi, ff. de iureiurand.)* nec quidem rescripto Principis, *l. 16. C. eod.* nec prætextu specierum & instru-

do vt des agere potest, *l. 33. C. h. Prior actio an eo casu competat ambigunt Dd. Obrecht. thes. 165. eodem. 5.* Stipulatio pœnalis si addita transactioni, ea commissa pœnam quidem petere, sed non simul commodo transactionis frui potest, *Nisi sub clausula rato manente pacto facta sit promissio, d. l. 17. 4. hic. Treut. eod. thes. 6. litt. f. 6.* Quod transactio non facile rescindatur, *l. 10. 16. 19. 39. C. hic.*

Dicis non facilè rescindi transactionem, dic ergo ex quibus caussis rescindi possit.

R. 1. Quando mutuo consensu ab ea receditur, *l. si diuers. C. hic. (Adeo quidem vt ex actibus contrarijs ita ei tacite renuntiatum intelligatur, l. si filius ff. de minor. Mant. eod. tit. 8. num. 1.* Non vnius partis pœnitentia, *l. 39. C. hic.* 2. Quando dolus interceßit, *d. l. sub pretextu, l. siue apud acta, C. hic. Mantic. eodem. num. 4. Adeò vt dolo inductus ad transigendum, agere de dolo ad rescindendum possit, Mantic. eod. num. 8. non is qui Reum ad transigendum dolo induxit, l. 30. C. hic. nec si quis sciens dolum transegit, l. 10. C. de Vesc. vend. l. nemo videtur, ff. de R. I. Extranei, seu tertij dolo si quis ad transigendum circumuentus; manet quidem transactio (vtpote extra quam dolus interuenit,) contra tertium tamen actio de dolo datur, arg. leg. 7. ff. de dol. mal.* 3. Quando ex falsis instrumentis facta transactio, ita vt de pluribus caussis vel capitulis sit transactum, solùm caussa retractetur ex falso instrumento decisa. *l. 20. ff. de minor. C. ne vtiliter gestum per inutile vitietur. l. 34. ff. de donat.* Si ex vna caussa; tota. *Quia tum transactio nullam diuisionem recipit. Et rescinditur, quidem, ex capite doli si sciens, l. 9. §. qui per fallaciam, ff. hic: Siue ignorans falsa instrumenta aduersarius profert, ex erroris capite, c. 2. prop. 32. & 33. Obrecht. eod. th. 262. & seqq.* 4. Quando metu ab alio illato & tali quidem qui in constantem virum cadat, *l. 1 ff. l. 9. C. de his quæ metus causs.*

An & ob enormem læsionem transactio rescinditur?

R. Variant Dd. Decidunt non rescindi in modica læsione quæ dimidium iusti pretij in modico excedit; Omnino in enormissima læsione, h. e. in magno excessu vltra dimidium iustæ æstimationis futuræ litis, *c. quamuis de pact. num. 6. Gayl. 2. obseru. 7. num. 25.*

Interitu Rei.

Quis eſt octauus modus diſſoluendæ obligationis?

Rſ. Interitus ſpeciei debitæ, *l.*33.*l.*105.*ff.de V.O.l.*98. §.*vel ff.de ſolut.* Niſi 1.vel mora debitoris, (*caſu quidem tali ſi res non æque apud creditorem perijſſet.*) obligatio, vel nouatione non purgata, *l.* 8. *ff. de cond. fact. l.* 17. *ff. eod.* præceſſerit, 2. vel facto debitoris, in quo ſit culpa, res perierit, *l.*4. §.*quid ſi homo. ff. quod metus cauſſa. Pacius Epitome diſp. hic theſ.* 41. Interijſſe verò videtur quæ deſijt eſſe in commercio; puta ſacra, religioſa facta, *leg.*82. §. *ſacram. ff. de V. O. l.*98. *ff. de ſolut.*

Quid ſi diſiuncta ſit obligatio?

Rſ. Altera rerum promiſſarum extincta, ſuperſtes manet in obligatione, *l.*3.*ff. quod certo loco l.*34.§ *fin. ff. de contr. emt. Modo debitore rem quæ perijt offerente, creditor eam accipere ante non recuſauerit, l.*105 *ff. de V.O.*

Oblatio Obſignatio.

Quis eſt nouus modus ſoluendæ obligationis?

Rſ. Oblatio & obſignatio pecuniæ, vel rei debitæ ijs facta, quibus vtiliter ſoluitur, *Vult. hic. num.*8.

Quatenus tollitur per eam obligatio?

Rſ. Ita vt debitor planè liberetur, & periculum rei ad creditorem ſpectet, *l.*9. *C. de ſolut. l.*9. *C. de Vſur. Schneid. hic. num.* 10.

Qualis hic debet eſſe oblatio?

Rſ. Non verbalis tantum (*puta quando quis non habens pecuniam, vel rem paratam, verbis modò ſe paratum ſoluere profitetur.*) Sed realis; *quâ res & pecunia realiter præſens offertur. Schneid. eod. num.*11.

Quis eſt effectus proprius oblationis realis?

Rſ. 1. Extra iudicium facta præſentibus Notario & teſtibus purgat moram ante iudicium quidem, non poſt illud commiſſam, *Dd. in l.* 84. *ff. de V. O.* 2. Siſtit curſum vſurarum non inchoatarum, *Dd. in leg.* 19. *acceptam* 19. *C. de vſur.*

Quia-

Quia constituit in morâ ipsum creditorem pecuniam oblatam recipere recusantem, l. 17. ff. de per. & com. rei vend. In iudicio habet, I. omnes effectus quos habet extra iudicium, siue post siue ante litem contestatam coram ordinario iudice facta. II. Oritur ex ea actio pignoratitia ad repetendum pignus à creditore, *l. 9. § fin ff. de pign. act. Schneid. eod.*

Quomodo dixisti oblationis huius effectum esse plenam liberationem?

R. Siquidem ad eam (*puta rei mobilis*) accedat obsignatio, puta vt consignetur in præsentia testium & autoritate iudicis in publicum locum deponatur, *l. 9. C. de solut. de l. 19. C. de vsuris. Schneid. eod.*

Qua requiruntur vt talis oblatio pariat hos effectus?

R. 1. Vt fiat congruo loco & tempore, *d. l. 9.* 2. purè citra extrinsecam conditionem, *Balt. in d. l. 19. C. de vsur.* 3. pro toto debito, *l. 41. § Lucius ff. de vsur.* 4. Vt res depositа maneat penes depositarium, nec deponens eam recipiat, *Dd. in d. l. acceptant. 19. C. de vsur. Schneid. eod.*

Modi Dissoluendi Obligationem, ope exceptionis.

Quando soluitur obligatio ope exceptionis?

R. Tum cum actio quidem conceditur, sed quæ non nisi per exceptionem in iudicio oppositam eliditur.

Ipso ergo iure soluatur obligatio tollaturque actio, an ope exceptionis quid differt?

R. Nihil quidem quo ad effectum iuris, *l. nihil interest. 12. ff. de Reg. iuri.* Ipso tamen iure liberari tutius est. Quod sic non manente actione non opus sit exceptionem proponere, *l. 16 ff. de minor. Obrecht. disp. de transact. thes. 142.* durante verò actione non sufficiat aliquid factum esse ex quo reus liberari possit, sed ex isto facto exceptio proponenda necessario; adeò quidem, vt reus caussa cadat ea omissa, & iudicium valeat, *l. 6. § si quis ff. de inoff. test. Obrecht. eod. sec. ante dicta.*

Quot modis soluitur obligatio ope exceptionis?

R. Multis, (*prout & multa sunt facta ex quibus reus liberari possit.*) Sunt verò vel communes obligationibus quæ sunt ex

contractibus & delictis, vel vtrique obligationum generi speciales, *Vult. eod. cap. 60.*

Obligationum ex contractibus dissoluendarum exceptiones quæ sunt præcipuæ?

R. *Communes etiam delictis*, quatuor recenset *Vult. eod. 1. Pacti de non petendo*, quod non sit legitimum, seu lege confirmatum. (*vtpote cuius maior vis. l. 1. l. 6. ff. de pact.*) sed nudum cum eo qui sit sui iuris, & rerum suarum habeat administrationem vtiliter initum, *l. 95. §. 4 ff. de solut. l. 2. §. 2. ff. de pact.* Quod si in rem sit; omnibus quorum interest obligationem esse solutam competit, *l. 21. § fin ff. eod.* vt 1. fideiussori factum cum debitore, *(nisi aliud actum, vel is in rem suam donandive animo fideiusserit, l. 32. ff. eod. Non initum cum fideiussore, reo, vel confideiussoribus, l. fideiussoris ff. eod.* 2. Cum vno ex duobus reis initum, vel socijs argentarijs, eorum alteri, *l. 25 ff. eod.* 3. Cum defuncto initum, eius successoribus, siue in rem singularem istam, siue in vniuersum eius ius, *l. 17. §. 1 ff. eod.* Si personale est, ad aliam personam non pertinet, ne ad heredem quidem. 1. Nisi aliud actum. 2. Nisi is qui sit in potestate nostra paciscatur nobis, *l. 59. ff. eod.* puta filius, seruus, *d. l. 17. §. fin. (Non si seruus paciscatur ne à se petatur; quod inutile est pactum, data tamen domino doli exceptione.) l. & hered. 1. §. 1. ff. eodem. Aut filius ita paciscatur; quo casu post mortem eius nemini, aliàs patri prodest si de peculio, in rem verso, vel quasi defensor filij conueniatur.* 3. Nisi quos bona fide possidemus nobis paciscantur, *l. 19. ff. eod.* 4. Tutores & Curatores pupillis, minoribus, furiosis, prodigis. 5. Procurator domino. 6. Reus principalis ne à principali reo petatur. Non verò extenditur tale pactum ad aliam rem quam in qua factum, *l. 27. §. ante omnia, ff. de pact. 2. Rei iudicatæ*, opposita à reo conuento actione à quo sententia iudicis (à qua non appellatum) siue iure, siue iniuria est absolutus, *t. t. de except. rei iudic. quia sententia ipsa inter partes ius facit.* Tum demum vtilis, si ex eadem caussa, de re eadem, ab eodem qui ante egit, vel ab eo caussam habente agatur, *eod. 3. Præscriptionis*, cum Actor tempora actioni præscripta elabi est passus. *Quo ipso iure in Camera hodie tolli actionem docet, Mynsing. 3. obs. 38. Treut. hic. thes. 7. 4. Liberationis testamento legatæ, t. t. ff. de liberat. legatæ.*

Pro-

Proprium contractuum, recenſet Vulteius vnam *exceptionem iurisiurandi*, quo deferente creditore iurauit ſe non debere, §. *æque ſi res inſr. de act.* (Cui addi poteſt ceſſionis bonorum exceptio. *Treut. eod. hic.*) Et in delictis quidem mortem naturalem, *Vt qua delictum extinguitur, niſi ex eo aliquid ad heredem peruenerit, aut lis cum defuncto ſit conteſtata*. Cui & pœna addi poteſt, pro qualitate delicti irrogata. *Treut. eod. n. d.*

Explica verò etiam obiter an per redditionem pignoris, vel chirographi liberetur debitor?

R. Non quidem per pignoris, (*vt ante dictum cum de pignoribus ageremus,*) Omnino per chirographi ab ipſo creditore factam, *gl. ad d. l. 3.* & probatam quidem redditionem; *Ob præſumtum ex iſta redditione pactum de non petendo inter creditorem & debitorem initum, l. 2. ff. eod.*

Quid ſi debitor habens penes ſe debiti inſtrumentum inde ſolùm ſolutionem prætendat?

R. In domeſtica perſona qui illud facilè auferre potuit, minimè, in extraneo faciliùs præſumitur liberatio, *l. chirographum, 24. ff. de ſolut. de quo Bart. & Dd. &c. in l. 2. hic.* Quæ ſecura tum erit, ſi ſoluenti debitori, & inſtrumentum debiti, & plenæ liberationis, ſeu quietationis tradat, *Bart. poſt text. in l. huiuſmodi, 84. §. 7. ff. de leg. 1. Schn. hic in fine*.

LIBER QVARTVS.

TITVLVS PRIMVS.

De Obligationibus, quæ ex delicto naſcuntur.

HActenus obligationes ex contractu, vel quaſi: nunc de altera earum materiâ agendum, hoc eſt de ijs, quæ ſunt ex maleficijs, vel quaſi.

De delictis in genere.

Quid eſt maleficium?

℟. Definitur offenſio contra ius illata. *Vult.* 1. *iuriſpr. cap.* 45. *num.* 1. *Seu plenius,* Factum illicitum quo ex nocendi animo, cum ſcientia in faciendo, offenſio alicui contra ius infertur. *Vult. eod. & num.* 10.

Explica definitionem?

℟. Dico *factum* quia (*ex notatione nominis*) in facto conſiſtit omne maleficium. *Illicitum*, quia conſiſtit in tali facto quod ſit contra ius *ex eadem notatione. Ex nocendi animo* quia, vt verè ſit maleficium, dolus & animi propoſitum requiritur *l.* 53 *ff. de Furt. l.* 37. *De Vſuc. l.* 33. *ff. de Iniur. l.* 14 *ff. ad l. Cornel. de Sicar. Adeò vt prout offendendi animus fuerit, maleficium, vel leuius cenſeatur, vel grauius. Cum ſcientia in faciendo*; Non tantum quod qui intellectu carent nō committant maleficium, *vt bruta, l.* 1. *ff. Si quadrupes, &c. infantes l.* 12 *ff. ad l. Corn. de Sicar. & qui ijs comparantur*: Sed & quia, etſi intellectum, habeant, tamen ſi ignorantes quid faciant quo offenſio fiat, regulariter non cenſentur maleficium committere: *l.* 1. *ff. de Il. l.* 2. *in fin. ff. determ. moto. Quo offenſio infertur*: Quia ex offenſione maleficium cenſetur. *Contra ius*; Quia offenſio non eſt promiſcuè delictum, ſed ea quæ contra ius infertur: *l.* 13. §. 1. *ff. de iniur. E g. Magiſtratus offendens officium rectè exequendo non delinquit. Vult. eod. num.* 12.

Quomodo diſtinguuntur maleficia?

℟. Variè. 1. *Ex cauſſa internâ; in vera ſeu propria,* quæ dolo

lo committuntur ex animi, proposito. *Et impropria seu quasi maleficia*; quæ sunt cõmissa sine dolo, aliqua tamen culpa; imperitia puta, aut negligentia. *Inf. tit. 5. hic prin.* 2. Vtraq; delicta sunt. I. Vel *nominata*, certum in iure nomen habentia; Vel *innominata*, quæ certum tale nomen non habent. *Vult. eod. numer.* 24. 3. Rursus vel *perfecta*; quando voluntas se exerit facto, & quidem perfecto, vel *imperfecta*, quando voluntas facto quidem aliquo se exerit, sed imperfecto, seu non consummato. *Qui conatus dicitur, inter cogitationem delinquendi & delictum ipsum quasi medius. Si voluntas ita stat intra seipsam, vt ad nullum deducatur effectum, cogitatio magis est delinquendi quam delictum. Vult. eod. num.* 24. II. *Ex obiecto offenso; vel ex modo agendi, seu vtroque: (variant. n. Dd. Vult. comm. in Instit. hic num.* 4. *& seqq. Iurispr. eod.*) in *publica*, quæ ad læsionem Reip. vel communis vtilitatis directè tendunt, & publicè legibus vindicantur, & crimina propriè dicuntur: & *priuata*, quibus priuatorum aliquis læditur, quæque priuata actione is persequitur ad quẽ ea res pertinet. *Perez. hic. delicta specialiter seu maleficia dicta. Vult. eod. licet interdum promiscua istorum sit appellatio, Confer. §. placuit. h. t. l.* 1. *§. vlt ff. de pœnis l.* 4. *C. si seru. export. vend. l. in C. de emend. prop. Pacius Epit. diff. hic thes.* 1.

Quatenus procedit distinctio maleficiorum in priuata & publica?

R. De Iure Ciuili, non de Canonico, quo omnia delicta sunt publica. *per. gl. in c. infames. in verbo fures.* 4. *quæst.* 1. *Hostiens. in c. statuimus. num.* 19. *de malef. Adeò vt titulum de priuatis delictis non esse in vsu dixerit Mylius praxi criminali: Vult. eod.* & adeò delictorum materiam statutis & consuetudinibus locorum mutatam, vt priuata à publicis distingui vix possint dicat Clarus. *lib.* 5. *sent. §.* 1. *in pr. num.* 6. Itaque hic secundum statuta & consuetudines locorum vbi commissa sunt delicta, quæ priuata sint, quæ publica, declarandum. *Vult. Inst. eod. num.* 9. *Clar. eod.*

Quotuplex ex delictis oritur iudicium?

R. Duplex. 1. *Ciuile*, quando intentatur actio ad commodum partis ex delicto læsæ. 2. *Criminale*, quando agitur ad delicti vindictam; id est ad pœnam siue corporalem, si-

ue pecuniariam, & quidem non læsæ parti, sed fisco applicandam. *Perez. hic.*

An vtroque ex quouis delicto agi possit?

R. Omnino, *Vvesenbec. par. ff. de priu. delict. num. 6.* Adeò vt per vnam altera non consumatur (*nisi quando vtraque actio in vindictam est intenta*) & vtraque vno libello possit comprehendi; *Sed modo subalternatim, vt primò criminaliter, secundariò ciuiliter agatur: Vvesenbec. eod. ex Marant. part. 4. dist. 1. num. 7. 8. 9.*

De quibus delictis agitur hoc titulo?

R. De priuatis. *Rubr. hic.* de publicis tit. vltimo. *Rubr. eod.*

Quot sunt delictorum priuatorum genera?

R. Varia; ex quibus hic ab Imperatore (*exempli potius, quam diuisionis loco*) recensita quatuor, tanquam præcipua & maximè frequentia 1. Furtum. 2. Rapina. 3. Damnum 4. Iniuria. *Text. pr. hic.*

De Furto.

Quid est furtum?

R. Furtum (*dictum vel à furuo. 1. nigro, quod clam, obscurè & plerumque nocte fiat, vel à fraude, vel à ferendo id est auferendo, vel à graco φὼρ ἀπο τοῦ φέρειν, §. 2. hic*) hic est contrectatio fraudulosa rei alienæ corporalis, & quidem mobilis, priuatæ, lucri faciendi gratia, vel ipsius rei, vel vsus eius possessionisve, inuito domino facta. §. 1. *hic.*

Explica definitionem?

R. Dicitur furtum *contrectatio*; quia facto (*vt omnia delicta*) committitur. *Sub cõtrectatione autem amotio & ablatio rei eiusdem, abusus, rerum furtiuarum receptio, auxilium in furandi actu intelligitur. §. 6. hic. l. 3 §. 18. De acq. poss. l. 10. §. 19. l. 55. hic. l. 14. C. de receptat. Treut. hic. thes. 1. l. f. Rei alienæ*; Quia regulariter rei propriæ non fit furtum; *nisi alius in eam ius habeat Corporalis*; quia res incorporales contrectari non possunt. *Mobilis*; Quia immobilium (*quod ipsa non contrectantur, vt & ob alias rationes*) furtum non committi placuit, §. 2. *supra de vsucap. Priuatæ*; vt à furto publico distinguatur, puta peculatus crmine, cum quis defraudat ærarium publicum. 2. sacrilegio, cum quis aufert sacrum. 3. sepulcri violatione. 4.

Plagio.

Plagio. *Infra tit. de publ. iudic. Bred. hic. Rei vel vsus*, Quia non tantum furtum cõmittitur, si res ipsa, sed etiam si ius quod in rem habet alius, *(puta creditor in pignore vel is qui eam vtẽdam accepit)* peruertitur. §. 6. *hic. Animo lucri faciendi.* Quia furtum sine animo fraudandi non committitur. *Dico inuito domino*; quia volenti non fit iniuria, *Ne quidem si quis inuito se facere putet, quod volenti facit.* §. 7. 8. *hic.*

Quotuplex est furtum?

Rᵉ. Furtorum duo sunt genera: vnum est *manifestum*; quando fur deprehenditur in flagranti delicto; *i. e. cum re furtiua*: Idque vel in loco tibi furtum cõmisit: Vel saltem antequam eò peruenìat, quo rem furtiuam perferre destinauerat, siue vel apprendatur, vel conspectus modò acclametur; licet abiecta re furtiua aufugiat. §. 3. *hic.* Alterum est *nec manifestum* quando furtum demùm deprehẽditur, postquam rem furtiuam pertulit ad locum destinatum, §. 6. *eod. l.* 1. 3. 4. 6. 7. 8. *ff. eod.*

An non alia est furti diuisio?

Rᵉ. Vtrumque hoc furti genus ex adiunctis & subiectis variè subdiuidi potest: Et olim quidem plures species furti ita constitutæ; I. *Furti concepti?* Quod dicebatur cum apud aliquem res furtiua testibus præsentibus quæsita & inuenta esset, II. *Oblati*; cum res furtiua ab aliquo alteri esset oblata, & apud eum concepta; modò ea mente vt apud eum conciperetur data esset. III. *Prohibiti*; quando quis rem furtiuam, testibus præsentibus, quærere volentem prohibuisset. IV. *Non exhibiti*; quando quis rem furtiuam apud se quæsitam & inuentam non exhibuisset, §. 4 *hic.* Quæ quidem diuisio non tam furti genera facit, quam species actionum furto cohærentium; *Quas sublatas esse Imperator ait, ob rationem, quod inuestigatio rei furtiuæ ea quæ fiebat cum solenni obseruatione per lancem & licium (Agel. lib. 11. cap. 18. Fest. in verb lance.)* in desuetudinem abijt, & hodie *regulariter puta (nisi in seruo furtiuo) inuito domino in domo aliena vbi res furtiua receptatur, non admittatur.* §. 4. *hic. Puta nisi accedente magistratus authoritate ex certis indicijs. Schneid. ad d. §. 4 Licet hic Dd. sit dissensus. Trent. eod. th. 2.*

Quot secundum accidentia hodie sunt species furti?

Rᵉ. Diui-

R. Diuiditur 1. In *diurnum* & *nocturnum*: Quorum hoc illo est atrocius, & grauius punitur; Prout ex lege XII. Tabl. furem nocturnum occidere licuit; non diurnum, nisi telo se defenderet. *l.4.ff.ad l.ff. quæst.2.* In *domesticum & non domesticum*. Illud quod patrisam. ab vno ex familia fit, hoc quod ab extraneo; *Vvesf. par. hic. num.6.* Sic distinguitur furtum in id quod in tumultu, balneo; vel circa arbores, furtim eas cædendo; vel in grege abigendo committitur, ab alijs furtorum speciebus; ob pœnam, pro diuersitate, vel rerum ipsarum furtiuarum, vel circumstantiarum, vel leuiorem vel asperiorem legibus constitutam. *Treut. leg. eodem lit.5.*

Quæ est pœna furti?

R. Pœna furti manifesti de Iure ciuili est quadruplum *(præter persecutionem rei furtiuæ)* non manifesti duplum. §.5. *hic. Quæ pœna etiam extenditur contra illum, cuius ope & consilio furtum factum est, l.36.§.1. hic. l.52.§.19. eod. Imò & contra furis receptatorem, l.14.C.hic. Treut.th.3.lit.d.*

Quæ hodie est pœna furti?

R. Hodie cum agitur criminaliter, pœna furti vel vnius seditiosi, vel plurium quinque solidos excedentium, *(Ex recepta, per consuetudinē, Caroli V. constitutione. Art.157. in Const. publicor. iud.)* est suspendij. *A quâ tamen excusat, edulijs furto ablatis, famis necessitas.* §.13. *hic. Clar.* §. *furtum. num.25.*

Dixisti de furti definitione & speciebus, explica nunc modos quibus furtum fit?

R. Varijs modis fit furtum: Puta non solum cum quis, animo intercipiendi, rem alienam inuitio domino amouet; sed generaliter cum quis rem alienam inuito domino contrectat; Ita quidem vt eam dolosè de loco in locū moueat: vel possessione eius abutitur; puta cum creditor pignore; vel depositarius re deposita vtitur; vel commodatarius re commodata aliter vtitur quam conuenit, siue ad aliā rem, siue diutius aut longius id faciat. *text.* §.6.7. *hic.*

An semper istis modis furtum committitur?

R. Non aliter, quam si intelligant se ista facere inuito domino; vel si credant ipsum id non permissurum si istum vsum vel abusum intellexisset: si permissurum credant, vel

ista

ista se iam volente domino facere, extra crimen sunt, §. 7. *hic. Quia furtum sine furandi affectu non committitur. d.* §. 7. *& voluntas maleficia distinguit, l. qui* 53. *ff. hic.*

Quid si quis putet se inuito domino rem contrectare cum id eo volente fiat?

R. Vt furtum non committitur sine furandi animo; sic nec fit, nisi reuera fraus domino & iniuria fiat; *Qua non fit volenti.* §. 8. *hic.*

Ergo nullo casu volente domino furtum committi potest?

R. Omnino, hoc casu; puta si quis dominus seruum sollicitatum ab alio vt res quasdam ipsi furtivè auferret, vt sollicitatorem deprehenderet, easdem auferre permisit, *d.* §. 8. *Quo casu, licet hic sit permissio & voluntas domini in furtum consentientis, tamen sollicitator ac suasor furti, non tantum furti ipsius, sed & serui corrupit actione tenetur, d.* §. 8. *hic. Perez. hic.*

An etiam liberi hominis furtum committi potest; puta filiorum, aliorumve hominum?

R. Si liberi nostri sint in potestate, quia sunt quasi in dominio nostro, furtum eorum fit: & contra furem patri actio competit; non matri, *quia non habet liberos in potestate*: multoque minus fratri, *tanquam remotiori*. Si homines liberi sint sui iuris, non furtum, sed plagium propriè fieri dicitur; cuius actionem etiam mater habet, licet furti actionem eam non habere (*ob notatam rationem,*) iam diximus, *l.* 37. *ff. hic. Per. eod.*

An & quatenus rei sua furtum quis facere potest?

R. Quatenus ius in rem suam alteri constitutum peruertit. Puta debitor rem suam pignori datam creditori subtrahendo. §. 10. *hic. Quo casu ius solum possessionis, quoniam creditoris interest rem non fuisse subuersam, duplicatur, l.* 15. *ff. eodem.*

An aliquando non tenetur furti qui furtum ipse non commisit?

R. Omnino, nempe iam dictum & eum teneri cuius ope & consilio factum: In quorum numero est qui nummos excussit, vt alius eos raperet; vel scalas commodauit ad furtum committendum, eo secuto. *Furti tamen actio non datur, nisi dolo & data opera, furti faciendi caussa, ista facta sint: si hic imprudentia sit, vel etiam lasciuia, actio in factum.* §. 11. *hic. Perez. eodem.*

Quid

Quid si quis opem; non tamen consulto, aut absque ope consilium præstitit?

R. Si opem tulit ei quem sciuit furem esse, omnino; si ei quem talem esse ignorauit, minime tenetur. *l.36. §.2. leg.52. §.19 ff. hic text.* Si consilium solum dederit, non tenetur; nisi ex eo consilio secuto furto. *d.§.11. vers. certe.*

Quis dicitur consilium dare, vel opem ferre?

R. Dedisse consilium videtur, qui furtum persuadet, & ad illud faciendum instruxit. *l.50. §.3. ff. hic.* Opem ferre videtur qui adiutorium præstat. *d. l.50. §.3.*

An opem præstans in illis casibus, in quibus puniendus est, pari cum fure pœna punitur?

R. Imò secundum varietatem auxilij & prauam opem præstantis intentionem, diuersa est pœna. Si opem tulit ad committendum delictum, ita vt caussam delicto dederit, pari, non dans caussam delicto, mitiore pœna punitur. *Dynus per. l. is qui opem ff. hic.* Vt & is qui post commissum delictum ad euadendum opem tulit, si spe facta auxilij ad euadendum, delicto caussam dederit. *Schneid. ad §. interdum. hic. num.8.9. sec. Dynum.*

Quid si filiusfam. patri, aut seruus domino quid surripiant, an furtum faciunt?

R. Omnino; sed ita quidem vt res quidem cadat in caussam furtiuam, atque ita vitiosa sit vt vsucapi non possit: non tamen vt actio furti patri vel domino aduersus furem detur: *Quia inter patrem & filiumfam. aut inter dominum aut seruum nulla actio datur. l.16. & 36. §.1. ff. hic.* Idem ius in vxore est furtum faciente de rebus mariti: *Quod lex talem actionem in personas adeò coniunctas dare erubuit.*

An nulla ergò hic datur actio?

R. Omnino, sed rerum amotarum. Nec hæc quidem constante, verum per diuortium soluto matrimonio: Post quod (*tanquam cessante priuilegio*) si res coniugis contrectet, actio furti omnino datur. *Schneid. ad §.12. hic. Perez. eodem.*

Quæ datur actio ex furto, & quibus?

R. Actio furti. Quæ datur cuilibet, cuius interest rem sal-

saluam esse. 1. domino, sed non aliter quamsi eius interfit rem non perire. §.13. *hic.* 2. Etiam non domino, Puta creditori cui res pignori fuit obligata, etiam si idoneum debitorem habeat, vel ipse debitor eam rem surripuerit. §.14. & 15. *Quia expedit ei magis pignori, quam personæ incumbere. eod.* 3. Fulloni, qui polienda curandave vestimenta. 4. Sarcinatori cui vestimenta sarcienda certa mercede tradita, eaque furto fortè amissa, *Modò sint soluendo. hoc est rei æstimationem domino soluere possint.* (alias domino *(quod ipsius interest rem esse saluam)* actione competente.) 5. Bonæfidei emtori, & quidem siue sit soluendo, siue non, re quidem tradita; *d.* §.15. *ibi Schneid.* Quia eius interest rem non surripi, vt eam possit vsucapere & ex ea fructus percipere, *Pac. Analys. eod.* Ante traditionem venditori competit. *l. eum qui ff. eod. Pac. in notis hic. Schneid. eod.*

An eadem hic ratio commodatarij eodem casu?

R. Olim quidem fuit eadem. Hodie ex Imperatoris constitutione, electionem habet dominus vtrum commodatarium ciuiliter, an furem actione furti, malit conuenire; quarum, vna electa, ad alteram non habet regressum; nisi rem surreptam esse vel ignorauerit, vel dubitauerit. Si quidem variat, liberatur omnino commodatarius, licet nequiorem exitum actio in furem habeat. §.16. *hic.*

Quid hic iuris in re deposita?

R. Non depositario, *quia surreptam esse eius nihil interest,* sed domino, seu deponenti actio competit. §.17. *hic.*

An impubes rem alienam amouendo furtum facit?

R. Ita demum si proximus sit pubertati, & ob id intelligat se delinquere, §.17. *hic. Quia furtum ex animo furandi æstimatur. eod.* In pœna tamen infligenda commiseratione dignus, vt mitius puniatur. *l.*108. *ff. de R.* 1. *l.*37. §. 1. *ff. de minor.*

An ex hoc delicto sola furti actio est?

R. Imò verò cum actio furti ad pœnæ tantum persecutionem pertineat, dantur odio furum ad rei persecutionem plures. 1. *ad exhibendum, l.*17. §.1. *ff. de cond. furt.* 2. *Rei vindicatio*, & quidem aduersus quemlibet rei furtiuæ pos-

sesso-

Interitu Rei.

Quis est octauus modus dissoluendæ obligationis?

R. Interitus speciei debitæ, *l.33.l.105.ff.de V.O.l.98. §.vel ff.de solut.* Nisi 1.vel mora debitoris, (*casu quidem tali si res non aque apud creditorem periisset.*) obligatio, vel nouatione non purgata, *l.8. ff. de cond. fact. l.17. ff. eod.* præcesserit, 2. vel facto debitoris, in quo sit culpa, res perierit, *l.4. §.quid si homo. ff. quod metus caussa. Pacius Epitome disp. hic thes.* 41. Interisse verò videtur quæ desijt esse in commercio; puta sacra, religiosa facta, *leg.82. §. sacram. ff. de V.O. l.98. ff. de solut.*

Quid si disiuncta sit obligatio?

R. Altera rerum promissarum extincta, superstes manet in obligatione, *l.3.ff.quod certo loco l.34.§ fin.ff.de contr.emt. Modo debitore rem quæ perijt offerente, creditor eam accipere ante non recusauerit, l.105 ff.de V.O.*

Oblatio Obsignatio.

Quis est nouus modus soluendæ obligationis?

R. Oblatio & obsignatio pecuniæ, vel rei debitæ ijs facta, quibus vtiliter soluitur, *Vult.hic. num.8.*

Quatenus tollitur per eam obligatio?

R. Ita vt debitor planè liberetur, & periculum rei ad creditorem spectet, *l.9. C. de solut. l.9. C. de Vsur. Schneid. hic. num.* 10.

Qualis hic debet esse oblatio?

R. Non verbalis tantum (*puta quando quis non habens pecuniam, vel rem paratam, verbis modò se paratum soluere profitetur.*) Sed realis; *quâ res & pecunia realiter præsens offertur. Schneid. eod.num.*11.

Quis est effectus proprius oblationis realis?

R. 1. Extra iudicium facta præsentibus Notario & testibus purgat moram ante iudicium quidem, non post illud commissam, *Dd. in l.84. ff. de V.O.* 2. Sistit cursum vsurarum non inchoatarum, *Dd. in leg. 19. acceptam 19. C. de vsur.*

Quia-

Quia constituit in morâ ipsum creditorem pecuniam oblatam recipere recusantem, l. 17. ff. de per. & com. rei vend. In iudicio habet, I. omnes effectus quos habet extra iudicium, siue post siue ante litem contestatam coram ordinario iudice facta. II. Oritur ex ea actio pignoratitia ad repetendum pignus à creditore, *l. 9. §. fin ff. de pign. act. Schneid. eod.*

Quomodo dixisti oblationis huius effectum esse plenam liberationem?

R. Siquidem ad eam (*puta rei mobilis*) accedat obsignatio, puta vt consignetur in præsentia testium & autoritate iudicis in publicum locum deponatur, *l. 9. C. de solut. & l. 19. C. de vsuris. Schneid. eod.*

Qua requiruntur vt talis oblatio pariat hos effectus?

R. 1. Vt fiat congruo loco & tempore, *d. l. 9.* 2. purè citra extrinsecam conditionem, *Balt. in d. l. 19. C. de vsur.* 3. pro toto debito, *l. 41. §. Lucius ff. de vsur.* 4. Vt res deposita maneat penes depositarium, nec deponens eam recipiat, *Dd. in d. l. acceptant. 19. C. de vsur. Schneid. eod.*

Modi Dissoluendi Obligationem, ope exceptionis.

Quando soluitur obligatio ope exceptionis?

R. Tum cum actio quidem conceditur, sed quæ non nisi per exceptionem in iudicio oppositam eliditur.

Ipso ergo iure soluatur obligatio tollaturque actio, an ope exceptionis quid differt?

R. Nihil quidem quo ad effectum iuris, *l. nihil interest. 12. ff. de Reg. iuri.* Ipso tamen iure liberari tutius est. Quod sic non manente actione non opus sit exceptionem proponere, *l. 16 ff. de minor. Obrecht. disp. de transact. thes. 142.* durante verò actione non sufficiat aliquid factum esse ex quo reus liberari possit, sed ex isto facto exceptio proponenda necessario; adeò quidem, vt reus caussa cadat ea omissa, & iudicium valeat, *l. 6. § si quis ff. de inoff. test. Obrecht. eod. sec. ante dicta.*

Quot modis soluitur obligatio ope exceptionis?

R. Multis, (*prout & multa sunt facta ex quibus reus liberari possit.*) Sunt verò vel communes obligationibus quæ sunt ex

contractibus & delictis, vel vtrique obligationum generi ſpeciales, *Vult. eod. cap. 60.*

Obligationum ex contractibus diſſoluendarum exceptiones quæ ſunt præcipuæ?

R. *Communes etiam delictis*, quatuor recenſet *Vult. eod.* 1. *Pacti de non petendo*, quod non ſit legitimum, ſeu lege confirmatum. (*vtpote cuius maior vis. l. 6. ff. de pact.*) ſed nudum cum eo qui ſit ſui iuris, & rerum ſuarum habeat adminiſtrationem vtiliter initum, *l. 95. §. 4 ff. de ſolut. l. 2. §. 2. ff. de pact.* Quod ſi in rem ſit; omnibus quorum intereſt obligationem eſſe ſolutam competit. *l. 21. § fin ff. eod.* vt 1. fideiuſſori factum cum debitore, (*niſi aliud actum, vel is in rem ſuam donandive animo fideiuſſerit, l. 32. ff. eod. Non initum cum fideiuſſore, reo, vel confideiuſſoribus, l. fideiuſſoris ff. eod.* 2. Cum vno ex duobus reis initum, vel ſocijs argentarijs, eorum alteri, *l. 25 ff. eod.* 3. Cum defuncto initum, eius ſucceſſoribus, ſiue in rem ſingularem iſtam, ſiue in vniuerſum eius ius, *l. 17. §. 1 ff. eod.* Si perſonale eſt, ad aliam perſonam non pertinet, ne ad heredem quidem. 1. Niſi aliud actum. 2. Niſi is qui ſit in poteſtate noſtra paciſcatur nobis, *l. 59. ff. eod.* puta filius, ſeruus, *d. l. 17. §. fin.* (*Non ſi ſeruus paciſcatur ne à ſe petatur; quod inutile eſt pactum, data tamen domino doli exceptione.*) *l. & hered. 1. §. 1. ff. eodem. Aut filius ita paciſcatur; quo caſu poſt mortem eius nemini, aliàs patri prodeſt ſi de peculio, in rem verſo, vel quaſi defenſor filij conueniatur.* 3. Niſi quos bona fide poſſidemus nobis paciſcantur, *l. 19. ff. eod.* 4. Tutores & Curatores pupillis, minoribus, furioſis, prodigis. 5. Procurator domino. 6. Reus principalis ne à principali reo petatur. Non verò extenditur tale pactum ad aliam rem quam in qua factum, *l. 27. §. ante omnia. ff. de pact.* 2. *Rei iudicatæ*, oppoſita à reo conuento actione à quo ſententia iudicis (à qua non appellatum) ſiue iure, ſiue iniuria eſt abſolutus, *t. t. de except. rei iudic. quia ſententia ipſa inter partes ius fecit.* Tum demum vtilis, ſi ex eadem cauſſa, de re eadem, ab eodem qui ante egit, vel ab eo cauſſam habente agatur, *eod. 3. Præſcriptionis*, cum Actor tempora actioni præſcripta elabi eſt paſſus. *Quo ipſo iure in Camera hodie tolli actionem docet, Mynſing. 3. obſ. 38. Treut. hic. theſ. 7.* 4. *Liberationis teſtamento legatæ, t. t. ff. de liberat. legatæ.*

Pro-

Proprium contractuum, recenſet Vulteius vnam *exceptionem iurisiurandi*, quo deferente creditore iurauit ſe non debere, §. *æque ſi res inſr. de act.* (Cui addi poteſt ceſſionis bonorum exceptio. *Treut. eod. hic.*) Et in delictis quidem mortem naturalem, *Vt qua delictum extinguitur, niſi ex eo aliquid ad heredem peruenerit, aut lis cum defuncto ſit conteſtata*. Cui & pœna addi poteſt, pro qualitate delicti irrogata. *Treut. eod. n. d.*

Explica verò etiam obiter an per redditionem pignoris, vel chirographi liberetur debitor?

R. Non quidem per pignoris, *(vt ante dictum cum de pignoribus ageremus,)* Omnino per chirographi ab ipſo creditore factam, *gl. ad d. l. 3.* & probatam quidem redditionem; *Ob præſumtum ex iſta redditione pactum de non petendo inter creditorem & debitorem initum, l. 2. ff. eod.*

Quid ſi debitor habens penes ſe debiti inſtrumentum inde ſolùm ſolutionem prætendat?

R. In domeſtica perſona qui illud facilè auferre potuit, minimè, in extraneo faciliùs præſumitur liberatio, *l. chirographum, 24. ff. de ſolut. de quo Bart. & Dd. & c. in l. 2. hic.* Quæ ſecura tum erit, ſi ſoluenti debitori, & inſtrumentum debiti, & plenæ liberationis, ſeu quietationis tradat, *Bart. poſt text. in l. huiuſmodi, 84. §. 7. ff. de leg. 1. Schn. hic in fine*.

lo committuntur ex animi, propositio. *Et impropria seu quasi maleficia*; quæ sunt cõmissa sine dolo, aliqua tamen culpa; imperitia puta, aut negligentia. *Inf. tit. 5. hic prin. 2.* Vtraq; delicta sunt: I. Vel *nominata*, certum in iure nomen habentia; Vel *innominata*, quæ certum tale nomen non habent. *Vult. eod. numer. 24.* 3. Rursus vel *perfecta*; quando voluntas se exerit facto, & quidem perfecto, vel *imperfecta*, quando voluntas facto quidem aliquo se exerit, sed imperfecto, seu non consummato. *Qui conatus dicitur, inter cogitationem delinquendi & delictum ipsum quasi medius. Si voluntas ita stat intra seipsam, vt ad nullum deducatur effectum, cogitatio magis est delinquendi quam delictum. Vult. eod. num. 24.* II. *Ex obiecto offenso; vel ex modo agendi, seu vtroque (variant. n. Dd. Vult. comm. in Instit. hic num. 4. & seqq. Iurispr. eod.)* in *publica*, quæ ad læsionem Reip. vel communis vtilitatis directè tendunt, & publicè legibus vindicantur, & crimina propriè dicuntur: & *priuata*, quibus priuatorum aliquis læditur, quæque priuata actione is persequitur ad quẽ ea res pertinet. *Perez. hic. delicta specialiter seu maleficia dicta. Vult. eod. licet interdum promiscua istorum sit appellatio, Confer. §. placuit h. t. l. 1. §. vlt ff. de pœnis l. 4. C. si seru. export. vend. l. in C. de emend. prop. Pacius Epit. diff. hic thes. 1.*

Quatenus procedit distinctio maleficiorum in priuata & publica?

R. De Iure Ciuili, non de Canonico, quo omnia delicta sunt publica. *per. gl. in c. infames. in verbo fures. 4. quæst. 1. Hostiens. in c. statuimus. num. 19. de malef. Adeò vt titulum de priuatis delictis non esse in vsu dixerit Mylius praxi criminali: Vult. eod.* & adeò delictorum materiam statutis & consuetudinibus locorum mutatam, vt priuata à publicis distingui vix possint dicat Clarus. *lib. 5. sent. §. 1. in pr. num. 6.* Itaque hic secundum statuta & consuetudines locorum vbi commissa sunt delicta, quæ priuata sint, quæ publica, declarandum. *Vult. Inst. eod. num. 9. Clar. eod.*

Quotuplex ex delictis oritur iudicium?

R. Duplex. 1. *Ciuile*, quando intentatur actio ad commodum partis ex delicto læsæ. 2. *Criminale*, quando agitur ad delicti vindictam; id est ad pœnam siue corporalem, si-

ue pecuniariam, & quidem non læſæ parti, ſed fiſco applicandam. *Perez. hic.*

An vtroque ex quouis delicto agi poteſt?

R. Omnino, *Vveſ. par. ff. de priu. delict. num. 6.* Adeò vt per vnam altera non conſumatur (*niſi quando vtraque actio in vindictam eſt inuenta*) & vtraque vno libello poſſit comprehendi; *Sed modo ſubalternatim, vt primò criminaliter, ſecundariò ciuiliter agatur: Vveſ. eod. ex Marant. part. 4. diſt. 1. num. 7. 8. 9.*

De quibus delictis agitur hoc titulo?

R. De priuatis. *Rubr. hic.* de publicis tit. vltimo. *Rubr. eod.*

Quot ſunt delictorum priuatorum genera?

R. Varia; ex quibus hic ab Imperatore (*exempli potius, quam diuiſionis loco*) recenſita quatuor, tanquam præcipua & maximè frequentia 1. Furtum. 2. Rapina. 3. Damnum 4. Iniuria. *Text. pr. hic.*

De Furto.

Quid eſt furtum?

R. Furtum (*dictum vel à furuo. 1. nigro, quod clam, obſcurè & plerumque nocte fiat, vel à fraude, vel à ferendo id eſt auferendo, vel à græco φὼρ ἀπο τοῦ φέρειν. §. 2. hic*) hic eſt contrectatio fraudulosa rei alienæ corporalis, & quidem mobilis, priuatæ, lucri faciendi gratia, vel ipſius rei, vel vſus eius poſſeſſionisve, inuito domino facta. §. 1. *hic.*

Explica definitionem?

R. Dicitur furtum *contrectatio*; quia facto (*vt omnia delicta*) committitur. *Sub cõtrectatione autem amotio & ablatio rei eiuſdem, abuſus, rerum furtiuarum receptio, auxilium in furandi actu intelligitur. §. 6. hic. l. 3 §. 18. De acq. poſſ. l. 10. §. 19. l. 55. hic. l. 14. C. de recept. Treut. hic. theſ. 1. l. f. Rei alienæ;* Quia regulariter rei propriæ non fit furtum; *niſi alius in eam ius habeat Corporalis;* quia res incorporales contrectari non poſſunt. *Mobilis;* Quia immobilium (*quod ipſa non contrectantur, vt & ob alias rationes*) furtum non committi placuit, §. 2. *ſupra de vſucap. Priuatæ;* vt à furto publico diſtinguatur, puta peculatus crimine, cum quis defraudat ærarium publicum. 2. ſacrilegio, cum quis aufert ſacrum. 3. ſepulcri violatione. 4.

Plagio.

Plagio. *Infra tit. de publ. iudic. Bred. hic. Rei vel vsus*, Quia non tantum furtum cõmittitur, si res ipsa, sed etiam si ius quod in rem habet alius, *(puta creditor in pignore vel is qui eam vtẽdam accepit)* peruertitur. §. 6. *hic. Animo lucri faciendi.* Quia furtum sine animo fraudandi non committitur. *Dico inuito domino*; quia volenti non fit iniuria, *Ne quidem si quis inuito se facere putet, quod volenti facit.* §.7.8.*hic.*

Quotuplex est furtum?

Rᵗ. Furtorum duo sunt genera: vnum est *manifestum*; quando fur deprehenditur in flagranti delicto; *i. e. cum re furtiua*: Idque vel in loco tibi furtum commisit: Vel saltem antequam eò perueniat, quo rem furtiuam perferre destinauerat, siue vel apprendatur, vel conspectus modò acclametur; licet abiecta re furtiua aufugiat. §.3.*hic.* Alterum est *nec manifestum*: quando furtum demùm deprehẽditur, postquam rem furtiuam pertulit ad locum destinatum, §.6.*eod. l.*1.3.4.6.7.8.*ff. eod.*

An non alia est furti diuisio?

Rᵗ. Vtrumque hoc furti genus ex adiunctis & subiectis variè subdiuidi potest; Et olim quidem plures species furti ita constitutæ; I. *Furti concepti?* Quod dicebatur cum apud aliquem res furtiua testibus præsentibus quæsita & inuenta esset, II. *Oblati*; cum res furtiua ab aliquo alteri esset oblata, & apud eum concepta; modò ea mente vt apud eum conciperetur data esset. III. *Prohibiti*; quando quis rem furtiuam, testibus præsentibus, quærere volentem prohibuisset. IV. *Non exhibiti*; quando quis rem furtiuam apud se quæsitam & inuentam non exhibuisset, §.4 *hic.* Quæ quidem diuisio non tam furti genera facit, quam species actionum furto cohærentium; *Quas sublatas esse Imperator ait, ob rationem, quod inuestigatio rei furtiuæ ea quæ fiebat cum solenni obseruatione per lancem & licium (Agel. lib.* 11. *cap.* 18. *Fest. in verb lance.)* in desuetudinem abijt, & hodie *regulariter puta (nisi in seruo furtiuo) inuito domino in domo aliena vbi res furtiua receptatur, non admittatur*, §.4. *hic. Puta nisi accedente magistratus authoritate ex certis indicijs. Schneid. ad d.* §.4 *Licet hic Dd. sit dissensus. Trent. eod. th.* 2.

Quot secundum accidentia hodie sunt species furti?

Rᵗ. Diui-

R. Diuiditur 1. In *diurnum & nocturnum*: Quorum hoc illo est atrocius, & grauius punitur; Prout ex lege XII. Tabl. furem nocturnum occidere licuit; non diurnum, nisi telo se defenderet. *l.4.ff.ad l.ff. quæst.2.* In *domesticum & non domesticum*. Illud quod patrifam. ab vno ex familia fit, hoc quod ab extraneo; *Vvesenb. par. hic. num.6.* Sic distinguitur furtum in id quod in tumultu, balneo; vel circa arbores, furtim eas cædendo; vel in grege abigendo committitur, ab alijs furtorum speciebus; ob pœnam, pro diuersitate, vel rerum ipsarum furtiuarum, vel circumstantiarum, vel leuiorem vel asperiorem legibus constitutam. *Treut. leg. eodem lit.5.*

Quæ est pœna furti?

R. Pœna furti manifesti de Iure ciuili est quadruplum *(præter persecutionem rei furtiuæ)* non manifesti duplum. §.5. *hic. Quæ pœna etiam extenditur contra illum, cuius ope & consilio furtum factum est, l.36.§.1. hic. l.52.§.19. eod. Imò & contra furis receptatorem, l.14.C.hic. Treut.th.3.lit.d.*

Quæ hodie est pœna furti?

R. Hodie cum agitur criminaliter, pœna furti vel vnius seditiosi, vel plurium quinque solidos excedentium, *(Ex recepta, per consuetudinẽ, Caroli V. constitutione. Art.157. in Const. publicor. iud.)* est suspendij. *A quâ tamen excusat, edulijs furto ablatis, famis necessitas.* §.13. *hic. Clar.* §. *furtum. num.25.*

Dixisti de furti definitione & speciebus, explica nunc modos quibus furtum fit?

R. Varijs modis fit furtum: Puta non solum cum quis, animo intercipiendi, rem alienam inuitio domino amouet; sed generaliter cum quis rem alienam inuito domino contrectat; Ita quidem vt eam dolosè de loco in locũ moueat: vel possessione eius abutitur; puta cum creditor pignore; vel depositarius re deposita vtitur; vel commodatarius re commodata aliter vtitur quam conuenit, siue ad aliã rem, siue diutius aut longius id faciat. *text.* §.6.7. *hic.*

An semper istis modis furtum committitur?

R. Non aliter, quam si intelligant se ista facere inuito domino; vel si credant ipsum id non permissurum si istum vsum vel abusum intellexisset: si permissurum credant, vel

ista

ista se iam volente domino facere, extra crimen sunt, §. 7. *hic. Quia furtum sine furandi affectu non committitur. d.* §. 7. *& voluntas maleficia distinguit, l. qui* 53. *ff. hic.*

Quid si quis putet se inuito domino rem contrectare cum id eo volente fiat?

R. Vt furtum non committitur sine furandi animo; sic nec fit, nisi reuera fraus domino & iniuria fiat; *Quæ non fit volenti.* §. 8. *hic.*

Ergo nullo casu volente domino furtum committi potest?

R. Omnino, hoc casu; puta si quis dominus seruum sollicitatum ab alio vt res quasdam ipsi furtivè auferret, vt sollicitatorem deprehenderet, easdem auferre permisit, *d.* §. 8. *Quo casu, licet hic sit permissio & voluntas domini in furtum consentientis, tamen sollicitator ac suasor furti, non tantum furti ipsius, sed & serui corrupit actione tenetur, d.* §. 8. *hic. Perez. hic.*

An etiam liberi hominis furtum committi potest; puta filiorum, aliorumve hominum?

R. Si liberi nostri sint in potestate, quia sunt quasi in dominio nostro, furtum eorum fit: & contra furem patri actio competit; non matri, *quia non habet liberos in potestate*; multoque minus fratri, *tanquam remotiori*. Si homines liberi sint sui iuris, non furtum, sed plagium propriè fieri dicitur; cuius actionem etiam mater habet, licet furti actionem eam non habere (*ob notatam rationem,*) iam diximus, *l.* 37. *ff. hic. Per. eod.*

An & quatenus rei sua furtum quis facere potest?

R. Quatenus ius in rem suam alteri constitutum peruertit. Puta debitor rem suam pignori datam creditori subtrahendo. §. 10. *hic. Quo casu ius solum possessionis, quoniam creditoris interest rem non fuisse subuersam, duplicatur, l.* 15. *ff. eodem.*

An aliquando non tenetur furti qui furtum ipse non commisit?

R. Omnino, nempe iam dictum & eum teneri cuius ope & consilio factum: In quorum numero est qui nummos excussit, vt alius eos raperet; vel scalas commodauit ad furtum committendum, eo secuto. *Furti tamen actio non datur, nisi dolo & data opera, furti faciendi caussa, ista facta sint: si hic imprudentia sit, vel etiam lasciuia, actio in factum.* §. 11. *hic. Perez. eodem.*

Quid

Quid si quis opem non tamen consulto, aut absque ope consilium præstitit?

R. Si opem tulit ei quem sciuit furem esse, omnino; si ei quem talem esse ignorauit, minime tenetur. *l.36. §.2. leg.52. §.19 ff. hic text.* Si consilium solum dederit, non tenetur; nisi ex eo consilio secuto furto. *d.§.11. vers. certe.*

Quis dicitur consilium dare, vel opem ferre?

R. Dedisse consilium videtur, qui furtum persuadet, & ad illud faciendum instruxit. *l.50. §.3. ff. hic.* Opem ferre videtur qui adiutorium præstat. *d.l.50. §.3.*

An opem præstans in illis casibus, in quibus puniendus est, pari cum fure pœna punitur?

R. Imò secundum varietatem auxilij & prauam opem præstantis intentionem, diuersa est pœna. Si opem tulit ad committendum delictum, ita vt caussam delicto dederit, pari, non dans caussam delicto, mitiore pœna punitur. *Dynus per. l. is qui opem ff. hic.* Vt & is qui post commissum delictum ad euadendum opem tulit, si spe facta auxilij ad euadendum, delicto caussam dederit. *Schneid. ad §. interdum. hic. num.8.9. sec. Dynum.*

Quid si filiusfam. patri, aut seruus domino quid surripiant, an furtum faciunt?

R. Omnino; sed ita quidem vt res quidem cadat in caussam furtiuam, atque ita vitiosa sit vt vsucapi non possit: non tamen vt actio furti patri vel domino aduersus furem detur: *Quia inter patrem & filiumfam. aut inter dominum aut seruum nulla actio datur. l.16. & 36. §.1. ff. hic.* Idem ius in vxore est furtum faciente de rebus mariti: *Quod lex talem actionem in personas adeò coniunctas dare erubuit.*

An nulla ergò hic datur actio?

R. Omnino, sed rerum amotarum. Nec hæc quidem constante, verum per diuortium soluto matrimonio: Post quod (*tanquam cessante priuilegio*) si res coniugis contrectet, actio furti omnino datur. *Schneid. ad §.12. hic. Perez. eodem.*

Quæ datur actio ex furto, & quibus?

R. Actio furti. Quæ datur cuilibet, cuius interest rem sal-

saluam esse. 1. domino, sed non aliter quamsi eius interest rem non perire. §.13. *hic.* 2. Etiam non domino, Puta creditori cui res pignori fuit obligata, etiamsi idoneum debitorem habeat, vel ipse debitor eam rem surripuerit. §.14. & 15. *Quia expedit ei magis pignori, quam persona incumbere. eod.* 3. Fulloni, qui polienda curandave vestimenta. 4. Sarcinatori cui vestimenta sarcienda certa mercede tradita, eaque furto fortè amissa, *Modò sint soluendo. hoc est rei æstimationem domino soluere possint.* (alias domino *(quod ipsius interest rem esse saluam)* actione competente.) 5. Bonæfidei emtori, & quidem siue sit soluendo, siue non, re quidem tradita; *d.* §.15. *ibi Schneid.* Quia eius interest rem non surripi, vt eam possit vsucapere & ex ea fructus percipere, *Pac. Analys. eod.* Ante traditionem venditori competit. *l. eum qui ff. eod. Pac. in notis hic. Schneid. eod.*

An eadem hic ratio commodatarij eodem casu?

R. Olim quidem fuit eadem. Hodie ex Imperatoris constitutione, electionem habet dominus vtrum commodatarium ciuiliter, an furem actione furti, malit conuenire; quarum, vna electa, ad alteram non habet regressum; nisi rem surreptam esse vel ignorauerit, vel dubitauerit. Si quidem variat, liberatur omnino commodatarius, licet nequiorem exitum actio in furem habeat. §.16. *hic.*

Quid hic iuris in re deposita?

R. Non depositario, *quia surreptum esse eius nihil interest.* sed domino, seu deponenti actio competit. §.17. *hic.*

An impubes rem alienam amouendo furtum facit?

R. Ita demum si proximus sit pubertati, & ob id intelligat se delinquere, §.17. *hic. Quia furtum ex animo furandi æstimatur. eod.* In pœna tamen infligenda commiseratione dignus, vt mitius puniatur. *l.*108. *ff. de R. I. l.*37. §. 1. *ff. de minor.*

An ex hoc delicto sola furti actio est?

R. Imò verò cum actio furti ad pœnæ tantum persecutionem pertineat, dantur odio furum ad rei persecutionem plures. 1. *ad exhibendum, l.*17. §.1. *ff. de cond. furt.* 2. *Rei vindicatio*, & quidem aduersus quemlibet rei furtiuæ possesso-

sessorem, licet ipse non sit fur. 3. *Condictio*; quæ furtiua dicitur, aduersus furem eiusque heredem, licet non possideat. §. *vlt. hic.* Etiam in plus quam ad eos peruenit, *Schneid. & Perez. hic.*

TIT. II.

De vi bonorum raptorum.

Quod est secundum priuatum delictum, & quomodo definitur?

R. Rapina; Quæ est contestatio violenta & fraudulosa rei alienæ mobilis inuito domino; *quod immobilis res inuadi potius, quàm rapi dicatur.*

Quot sunt violentiæ genera?

R. Doctoribus plerunque quinque genera ponuntur. 1. *Compulsiua*, cum quis per vim, aut alioqui illato metu compellitur ad aliquid faciendum, *Ex qua actio quod metus caussa.* 2. *Inquietatiua*, quando aliquis possessorem rei alicuius non sinit quieta possessione frui; *Quo spectat interdictum: quod vi aut clam.* 3. *Turbatiua*, cum duo de possessione eiusdem rei contendentes se inuicem turbant; *Qua si mobilis est, locus est interdicto vtrubi; si immobilis interdicto vti possidetis.* 4. *Expulsiua*, quæ propriè cadit in rebus immobilibus; quando ex earum possessione quis expellitur, *Cui competit interdictum: Vnde vi.* 6. *Ablatiua*, quando res mobilis alicui per vim ausertur, *Schneid. hic.*

Quid differt hoc delictum à furto?

R. Quod rapina atrocius sit delictum quam furtum; quia palam fit, & per vim furtum clam & sine vi; magisque in rapina apparet inuito domino factum delictum, quàm in furto; *Vnde huius delicti reus fur improbus dicitur*, quod in eo non doli modo, sed & violentiæ interuentus requiratur. *princ. hic. l. 2. §. 2. 3. & 8. ff. hic. Dolo autem facit non tantum is qui rapit, sed qui eo consilio homines armatos colligit, vel ab alio coactis vtitur. d. l. 2. §. 2. 3. Perez. hic.*

Qua est actio ex hoc delicto?

R. Præter actionem furti (*qua etiam raptor tenetur*) propria competit actio à Prætore introducta, & vi bonorum raptorum

rum dicta; Quæ intra annum est quadrupli, post annum simpli; *Ita tamen vt pœna tripli tantum sit, & quadruplo insit rei persecutio; princ. hic. Christianus tamen vim Iudæo inferens, bonis eius raptis, quocunque tempore in duplum tantum tenetur. l. 6. C. de pagan.* Tenetur etiam actione furti manifesti in quadruplū ab aliquo deprehensus, secus furti nec manifesti, in duplum, *l. 7. §. 1. ff. hic.*

Cui ergò, & aduersus quem datur hæc actio?

R. Omnibus quorum interest rem saluam esse, & ex ijsdem causis ex quibus datur furti actio pro re clam surrepta. Puta domino, bonæf. possessori, vsufructuario, commodatario, depositario, *si res eius est periculo*, creditori, *pignoris respectu. §. fin. hic.* Aduersus dolo malo vel rapientem, vel rapinæ dolo caussam dantem. *Text. hic. in fine.*

Ad quid datur?

R. Iam diximus dari intra annum in quadruplum, post annum in simplum. Puta vel *(si quidem agat dominus vel bonæf. possessor)* ipsius rei: vel *(agente eo in cuius bonis non est, vt commodatario, creditore, conductore, &c.)* quanti interest rem, vel vsum non esse ablatum; quod est simplum, hic quadruplandum. Ex. gr. licet rapti sint mihi scyphi argentei valentes centum aureos, si mihi modò fuere oppignorati, pro viginti, agendo hac actione, quadruplabo tantum viginti aureos; quia eatenus tantum mihi interest, vt consequar octoginta aureos, non quadringentos. *Perez. hic ex Schneid.*

Quid si errore rem alienam tanquam suam rapuerit, vel suam sciens?

R. Si dominus rem suam rapuerit ab alio possessam, eius dominio excidit: si alienam; præter rem ipsam, etiam æstimationem vim passo præstare tenetur. *§. 2. hic. Idque ex constitutionibus Principum, l. 7. C. vnde vi. Qua etiam in inuasionibus rerum immobilium locum habent. Schneid. §. ita tamen num. 5. hic.*

Dixisti in hoc delicto pœnam tantum esse tripli, & tamen esse furto atrocius; Qui fit ergò quod hic leuior sit pœna?

R. Ita quidem videtur; aliter tamen res se habet. Quia pluribus actionibus raptor tenetur; cum fur nec manifestus pœna tantum dupli; raptor, etiam non deprehensus, tripli semper tenetur: fur manifestus modo quadrupli; raptor

etiam

etiam ex interdicto. Vnde vi tenetur; Item de violentia ex lege Iulia de vi publica accusari potest. §. *quadruplum. hic. l.* 10. §. 3. 4. *ff. de furt. l.* 4. *C. unde vi. l.* 6. *&* 7. *C. ad l. Iulian. de vi, &c.*

TIT. III.

De lege Aquilia.

Quod est tertium delictum priuatum?

Rs. Damnum iniuria datum, id est factum, sine vllo iure, damnum alicui inferens; Idque vel dolo, vel culpa. *Brederod. Analys. hic.*

Qua lege coercetur?

Rs. Lege Aquilia, ab authore Aquilio Tribuno dicta. (Quippe plebiscitum est.) Lex tamen meritò dicta, quod primo Horatia, deinde Hortensia lege constitutum vt plebiscitorum & legis eadem esset authoritas. §. 4. *supra de I. N. G. & C.*

Quot sunt ipsius legis capita?

Rs. Olim fuere tria: Hodie, quod secundum in desuetudinem abijt, duo tantum sunt in vsu. §. 12. *hic.*

Quod est primum caput?

Rs. Quo cautum est, vt si quis alienum hominem, puta seruum (*quia liberi corporis nulla est æstimatio, eiusque cades ad legem Corneliam de sicarijs pertinet*) & alienum quidem; alienamve quapropedem quæ pecudum numero sit, *id est gregatim pascatur*; vt sunt oues, equi, boues, capræ, muli, asini, &c. iniuria occiderit, in tantum domino damnetur, quanti plurimi ea res eo anno, retrorsum computando, fuit. *princ. hic. &* §. 1.

Quid verò hic in æstimationem omnino venit?

Rs. Ex verbis quidem legis res perempta; Ex interpretatione verò, præter rem etiam id quod interest seruum vel pecudem non peremptum fuisse. §. 10. *hic.*

An verò hoc caput non etiam ad alias bestias extenditur?

Rs. Minimè ad feras extenditur, *quæ sub imperio hominis non pascuntur*: Vtpote quod, si illæ damnum dederint, nulla

la actio competat. *l.1.§ 10.hic. Quomodo etiam neque de canibus hoc primum caput accipi potest. §.1.hic.*

Cum damnum iniuria datum dicas, qualem iniuriã intelligis?

R. Iniuria hic non pro contumelia accipitur, sed pro eo quod contra ius fit, *l.1.§.1.ff.hic. §.2.hic. pr.tit seq.* & quidem pro tali facto, quo dolo aut culpa, *puta vi temerariâ, vel imprudentia,* alteri damnum infertur, licet culpa leuissima; vel etiam ab eo qui nocere noluit.

Quid ergo differt hac actio ab actione iniuriarum?

R. Quod in hanc actionem non tam contumeliæ, quam damni illati; in iniuriarum actionem magis contumeliæ, quam damni illati ratio veniat; *Vtraque concurrente actione, vtriusque & damni & contumeliæ ratio habetur. Perez. hic.*

Quale damnum primo capite coercetur?

R. Hominis, vel quadrupedis occisio dolo culpave, etiã leuissima, occisoris & damnum dantis, facta, & in committendo quidem potissimum versans. §. 2. & 3. *hic. Quod in omittendo versantem vtili potius, quam directa actione reum teneri velint. Perez. hic.*

Cum dicas specialiter dolo culpave factam, an hic non venit homicidium necessitate, vel casu commissum?

R. Imò verò neutrum hic venit: Non primum, puta si quis latronem insidiatorem *(si aliter periculum effugere non possit:)* occiderit; *Quia, quod quisque ob tutelam corporis sui facit, iure feciſſe existimatur. l.3. De I. & I.* Non alterum; *(si modò culpa casum non præcesserit; aut in eo non inueniatur) Cum pœna omnis culpam præsupponat. §.2.3. hic. Perez. hic.*

Declara hanc distinctionem in homicidio casuali exemplis?

R. Id facit Imperator. 1. In iaculis ludente exercitij causſa, ita; vt si quis miles in eo campo, vbi solitum est exercitari, hominem occiderit, minimè quidem: sin verò in alio ad exercitium non destinato loco hominem occiderit, omnino teneatur. Item si alius non miles id admiserit, culpæ reus sit. §.4. *hic.* 2. In putatore, ita: vt si is ex arbore deiecto ramo transeuntem seruum tuum prope viam publicam, vel vicinalem, occiderit, nec proclamauerit, (vt casus euitari possit) reus sit; Extra culpam sit, si quidem pro-

clamauerit, nec ille curauit præcauere. Putator similiter extra culpam sit, si teorsim à via cædebat; vel in fundo medio. §. 5. *hic.* 3. In medico qui seruum, si secuerit, curationem eius dereliquerit, & ob id seruus fuerit mortuus. §. 6. *hic.* Item si vel malè eum secuerit, vel perperam medicamentum ei dederit. § 7. *hic. Quia imperitia culpæ annumeratur, quod quis artis eius quam profitetur peritus esse debeat.* §. *eod.* 4. In mulione, qui per imperitiam, vel per infirmitatem, *(cuius conscius esse debebat)* impetum mularum sustinere, non potuit, si inde seruus fuerit oppressus; Et hoc quidem si quis alius firmior eas regere potuerit. §. 8. *hic.* 5. Denique in eo qui equum quo vehebatur regere non potuit; si, occiso seruo, damnum dederit. §. *eod. Quibus exemplis plura alia accenseri possent.*

Potestne actio legis Aquiliæ cum actione legis Corneliæ concurrere?

R. Potest; si seruus dolo malo occisus fuerit: Vt liberum sit domino serui, vel hac actione, ad id quod priuatim abest *(id est damni reparationem, seu serui occisi pretium:)* vel publica accusatione ad vindictam publicam, & pœnam occissoris agere: §. 11. *hic. l.* 23. §. 9. *ff. l.* 3 *C. eod.*

Licet secundum caput legis Aquiliæ in vsu esse desierit, §. 12. *hic; an exponere tamen potes eiusdem summam?*

R. Coniectura id faciendum est, quam Cuiacius, *Par. Cod. hic.* hanc facit; quod summa capitis fuerit de damno nobis, re nostra intacta & illæsa, dato; reique nostræ vtilitate intercepta, aliter quam corporis læsione. *quem sequitur Gothofred. in not. ad l.* 27. §. 4. *ff. hic.*

Quod est tertium caput?

R. Tertio capite cætera damna coercentur, & ita quidem, vt huc referatur omne damnum, præter seruum & quadrupedem occisum, nobis illatum; non tantum in animalibus nostris & hominibus, sed etiam in rebus quibuscunque inanimatis; *Puta si quis rem aliquam inanimatam ruperit, fregerit, collíserit, effuderit, vt vinum & oleum, &c. id omne hac parte legis coercetur.* §. 13. *hic.*

Annon & ratione condemnationis hæc pars legis Aquiliæ à primo capite differt?

R. Om-

R. Omnino; Quod in hoc capite non quanti eo anno; ſed quanti in diebus triginta proximis res plurimi fuerit, obligetur is qui damnum dedit. §. 14. *hic.*

Cur hic minor eſt pœna?

R. Quia hic delictum eſt minus. Puta magis delinquit qui occidit, quam qui lædit modò; & magis æſtimanda clades hominis vel pecudis cuius vſus eſt maior, quam feræ beſtiæ. *Perez. hic.*

Sed quomodo æſtimatio in vtroque capite facienda?

R. 1. Ita vt non ad affectionem ſingularem agentis, ſed ad commune iudicium redigatur. 2. Vt in eam veniant non modò damnum ex læſo corpore paſſum; ſed etiam impenſæ ratione læſionis contingentes; item operarum ceſſantium & impeditarum, ſiue præſentium, ſiue futurarum, *l. 7. § 4. & ibi gl. ff. hic Vveſ. par. num. 7. hic.*

Qua omninò actiones ex damno iniuriâ dato cõpetere poſſunt?

R. Id trimembri diſtinctione explicandum. Vel enim corpore corpus lædituri; *puta cum ſeruus occiditur, vel vulneratur manu alicuius & corpore;* & ſic datur actio legis Aquiliæ directa, ſeu ex ipſis legis verbis: Vel lęditur corpus alio modo; puta data modo damni occaſione; *Vt cum fame pecus necatur, vel ſeruus.* Et datur vtilis actio ex mente legis Aquiliæ: Vel datur damnum ſine læſione corporis, & ita quidem vt nec corpore damnum detur, ſed alio modo alicui contingat; *puta per fugam ſerui alieni, quem quis compeditum miſericordia ductus ſoluit;* Et datur actio in factum prætoria; *Cum nec directa, nec vtilis, ſeu in factum ciuilis hac lege detur.* §. 16. *hic. Perez. eod.* Quarum quidem actionum diuerſitas olim magnæ erat conſiderationis, propter diuerſas actionum formulas, & libellos; quibus ſublatis hodie qua quis experiatur non multum intereſt.

TIT. IV.

De Iniurijs.

Quod eſt quartum delictum priuatum?

R. Iniuria.

Quot modis accipitur vox iniuria, & quomodo hic speciatim?

R. Accipitur variè. 1. Pro omni eo quod non fit iure, *quasi non iuria dicta, l. 1. pr. ff. eodem.* 2. Speciatim damno culpa dato, *de quo tit. præc.* quod Græcis, ζημία, ἀδίκημα *Pac. Notis hic.* 3. Pro contumelia, quæ Græcis ὕβρις. 4. Pro iniquitate & iniustitia; quæ Græcis, ἀνομία, vel ἀδικία. *Text. pr. hic.*

Quomodo hic accipitur?

R. Pro contumelia. Damnum puta, iniuria datum lege Aquilia coercetur. *supra tit. præced. & Text. hic.*

Quomodo ergo definis hoc quartum delictum?

R. Iniuria est delictum dolo malo in alterius contumeliam admissum *Nempe in hoc delicto animus iniuriandi imprimis requiritur. Treutl. de priu. delict. thes. 5. lit. b.*

Iniuria quot modis committitur?

R. Vel *re*, cum manus infertur, *Treutl. ib.* vel *verbis*. Et hęc quidem, vel *viua voce*; vt per conuitium, vel *scriptis*; vt per famosum libellum. Vnde illa realis, hæc verbalis dicitur. §. 1. *hic Perez. ibid.*

Qui omnino scripto committunt iniuriam?

R. 1. Qui libellum famosum componit. 2. qui eum scripsit. 3. qui eum vulgandit. 4. qui eum emendum vel vendendum curauit. *d.* §. 10. siue id suo, siue alieno nomine fecerit, *d.* §. 2. Item siue nomen diffamati expresserit, siue non: *licet, pro casus huius duplicis diuersitate, agi diuersimodè possit. Schneid. hic.*

Quotuplex est Iniuria realis?

R. Duplex. 1. cum in corpus manus infertur vel *nostrum*, cum quis verberatur, pulsatur, *l. 1. §. 1. l. 9. hic.* vel *alienum*, cum verberantur alicuius liberi, familia, §. 2. *hic.* (in quibus iniurijs etiam ex conatu est vtilis iniuriarum actio, *l. 15. §. 3. hic. Perez. hic. num. 7. Treutl. tit. d.*) vel extra corpus, cum citra corporis contumeliosam tractationem facto quis dispicitur, *d. l. 1. §. 1. l. 5. §. 3. & 1. hic.* Pertinet rarò ad realem iniuriam cum quis innocentem capi facit, puta pro debitis, *DD. in l. pen. C. qui bon. ced. poss.*

Quot modis committitur iniuria verbalis citra scripturæ interuentum?

R. Duo-

R. Duobus: vel ita quando quis in alium profert verba contumeliosa in genere delictum inferentia; vel quando in specie delictum aliquod objicitur, *puta tu fur, latro, &c.* Quæ iniuriæ delictum habent, si quidem indubiè objiciatur delictum. In dubio autem, si explicari ita verba possint vt delictum non contineant, mitius explicanda sunt, vt delictum non obiectum censeatur. *Schneid. hic. num. 11. ex Bartolo.*

Quotuplex est iniuria ipsius contumeliæ ratione?

R. Duplex; leuis vel atrox, §. 3. *hic.* Illa cum vel ex leui causa quis leuiter modò siue re, siue verbis læditur. Hæc, cum quis læditur causſæ grauioris prætextu, verbisque aut facto contumeliosioribus. In vtroque iniuriarum genere etiam partis læsæ & lædentis, & loci vbi fit læsio habita ratione. *Perez. hic.*

Quot itaque modis iniuria leuis & atrox æstimatur?

R. Iniuria vtraque æstimatur, vel ex *facto*, cum quis armis ita, vt ei vulnus inferatur læditur; & quidem secundum locum vulneris vel plus vel minus; puta si os percussum sit, vel locus alius corporis tectus. 2. Ex *instrumento*: puta si vel gladio, vel fuste vulnus illatum. 3. Vel ex *persona*, si magistratus, pater, patronus iniuriam ab ipsis obnoxijs, vel nobilis ab ignobili patiantur, aut contra. 4. Vel *ex loco*: vt si quis in foro publico iniuriam sit passus, vel in priuato: puta atrocior iniuria æstimatur dignioribus ab indignioribus, publice, & in loco corporis patente, quàm dignioribus priuatim, & in loco occulto illata. §. 9. *ibi Schneid.*

Per quas personas iniuriam patimur?

R. Vel per nosmetipsos, ac directè nobis iniuria infertur; vel per aliós, ac non solum ille cui infertur iniuriam patitur, sed etiam alij per consequentiam; puta, si quidem iniuriam faciens scit tales personas ei cui iniuriam infert affectas esse, *Schneid. ad* §. 2. *hic. num. 6.* Sic iniuriam patimur per vxores, sponsum, liberos, seruos; quod sciens istorum qualitatem iniuriam marito, sponso, patri, domino similiter inferre vel iuisse censeatur, *Schneid. ibid.*

Quatenus verò maritus, sponsus, pater, dominus ex facta iniuria vxori, sponsæ, liberis, seruis agere potest?

R. Maritus agit de iniuria vxori illata, quatenus tãquam vxoris caput, defendere vxorem tenetur; & affectione maritali ipſum non minus, quàm vxorem iniuria tangit, §. 2. *hic. Non vxor ex iniuria illata marito; quia vxores à viris, non viros ab vxoribus defendi æquum eſt, niſi marito illata iniuria ipſam etiam tangat ſpecialiter.* §. 2. *hic. & l. 2. ff. eod.* Sponſus pro iniuria illata ſponſæ; quatenus pro vxore in hoc caſu ſponſa habetur, vt & in alijs; & id quidem ratione affectus mutui inter ſponſum & ſponſam. Pater pro iniuria filio illata; quia cum filio vita eademque perſona habetur. *Quod ratione affectus, hic etiam ad omnes extenditur, qui affinitatis ratione, reſpectum parentum & liberorum habent: vt ſocer & nurus; cuius vir, qui in eius poteſtate eſt, iniuriarum agere poteſt.* Dominus pro iniuria ſeruo illata, quia reuera iure ciuili iniuria non fit ipſi ſeruo (*quia eo pro nullo habetur*) ſed domino ipſi; *puta ſi iniuria ſit atrox, & in contumeliam domini directa; idque ſi modo conuitium datum, vel pugno ſeruus percuſſus, nulla inde actio eſt, ex ea ipſa ratione quod ſeruus pro nullo & mortuo habeatur:* Seruus vero ſi communis ſit, ex iniuria ſeruo illata actio competit quidem vtrique domino; ſed pro dignitate ſingulorum, non pro ea parte qua quiſque dominus eſt, æſtimata. Si vſufructuarius, ſoli proprietario actio competit. Si libero homini, qui bona fide ſeruit iniuria facta, non ei cui ſeruit actio datur, ſed ſuo nomine ipſe exequitur, *Niſi & in eius cui ſeruit, contumeliam iniuria tendat.* §. 2. 3. 4. 5. 6. *hic, ibi Schneid. Perez. eod.*

Quid ſi veritatem quis dicat conuitio?

R. Si animo contumeliæ inferendæ aliquod obijcitur crimen, veritas vt iſtum animum non tollit, ſic nec iniuriarum actionem: ſi ſine conuitio, ſed iuris ſui conſeruandi aut vindicandæ reipublicæ cauſa, deficiente contumeliæ inferendæ intentione, *tanquam cauſa*, deficit etiam iniuriarum actio, *tanquam effectus. l. 5. C. h. t. l. 18. ff. eodem. Perez. hic.*

Iniuria cum proteſtatione honoris, puta ſi quis dicat, tu mentiris ſaluo honore: *vel per retorſionem illata*, puta ſi quis dicat, tu ipſe mentiris, *an excuſat?*

R. Neutiquam in caſu priori, quia cum in eo ſit manifeſtus

festus iniuriandi animus, actui contraria protestatio, nihil operatur; Posteriori casu, si retorsio fiat incontinenti, excusatio quidem admittitur (*l. Quod tum iure censeatur defensio, & vis vi propulsata; quod omnia iura permittunt l. 3 ff. d. l. & l. 2. Item quod parta delicta mutua compensatione tollantur.*) Non si ex intervallo; *quod tum noua iniuria ex vindicta illata censeatur. Gayl. 2. obs. 100. & 101.*

Qua est iniuria pœna?

R. Circa eam valde variatum est iure; puta, 1. Ex lege xij. Tabl. olim ob membrum ruptum pœna erat talio, id est supplicij similitudo. 2. Prætores pœnam istam minus dignam æstimantes, actione talionis sublata, æstimationem iniuriarum introduxerunt; qua Iudex ex æquo & bono secundum gradum dignitatemque, vel etiam honestatem personæ læsæ, iniuriam æstimabat. 3. Ex lege etiam Cornelia de iniurijs criminalis actio iniuriarum introducta, ei competens, qui pulsatus verberatusve; vel cuius domus siue propria, siue conducta, siue qua hospitio receptus fuit, vi introita esset. §. 7. 8. *hic*. 4. Hodie de iniuria duobus modis agitur mixto iure, vel *ciuiliter*, vel *criminaliter*: *Ciuiliter*, cum actor iniuriam ad animum reuocatam iureiurando æstimat, & sibi pœnam saluo iudicis moderatione, applicari petit. *d. §. 7. hic & l 37. ff. eod. Criminaliter*, cum pœna petitur, vel corpori iniuriantis infligenda; vel multa pecuniaria fisco applicanda, §. 10. *hic*. Quarum vna electa, altera, (*quod ad eundem finem tendat*) perimitur, *l. 7. §. vlt. hic. Perez. hic.*

Qua est differentia inter vtramque hanc actionem?

R. Quod actio iniuriarum ciuilis per procuratorem potest expediri, non criminalis, *Nisi persona illustris agat, vel conueniatur*, §. 10. *hic. l. vlt. C. hic.*

An non etiam aliter de iniurijs agi potest?

R. Imò etiam ad recantationem eius quod iniuriosè dictum est. Quæ actio, *cum criminalis non sit*, cum ciuili coniungi potest; nisi ex statuto cum recantatione pœna carceris, vel relegationis infligatur. *Vult. Iurisprud. cap. 19. Treutl. hic. thes. 7.*

An iniuriarum tantum tenetur is qui ipse iniuriam intulit?

R. Imò verò etiam qui procurauit eam, puta qui aliquem conduxit vt famosum libellum affigeret; vel satyram in alicuius contumeliam caneret, modo dolosè id effecerit, §. *non solum. hic. Quia per alium qui facit, id ipse fociſſe intelligitur.*

Quibus modis tollitur iniuriarum actio?

R. 1. Morte siue actoris, siue rei: *Quia famosæ actiones & ad vindictam tendentes, in heredes non transeunt, nisi lis cum defuncto sit contestata, l. 13. princ. l. 8. a. 14. ff. hic.* 2. Dissimulatione; *puta si quis iniuriam passus eam statim ad animum non reuocauerit, §. vlt. hic.* 3. Remissione expressa, *l. 11. §. 1. hic.* 4. Lapsu temporis; puta anni continui, *princ. inf. de per. temp. actel. 5. C. hic. Vtpote quod per silentium tanti temporis tacitè remissa censeatur.*

TIT. V.

De Obligationibus quæ ex quasi Delicto nascuntur.

Quid dicitur improprium, vel quasi delictum?

R. Quod non est dolo seu intentione agentis, aliqua tamen eiusdem qui tenetur, vel alterius culpa commissum, *Vult. Iurisprud. lib. 1. cap. 51. Dicitur autem quasi delictum, quia isto casu propter dolum cessantem delicto proprio locus non est.*

Recense casus quasi delictorum ab Imperatore propositorum?

R. 1. Imperator recenset quasi delictum Iudicis litem suam facientis, 2. Eius cuius ex cænaculo quid deiectum aut effusum est. 3. Eius qui ea parte qua vulgò iter fieri solet quid positum vel suspensum habuerit, quod potest si ceciderit alicui nocere. *Text. hic.*

Quatenus tenetur iudex ex quasi delicto?

R. Malè iudicando, & per imperitiam quidem, *princ. hic.* Idque ita vt parti læsæ teneatur in quantum æquum iudici videatur; eius errore & imperitia consideratis. *Pac. epitome. hic. thes. 46. Quia imperitia, vt dictum, culpa species est; hic specialim, quatenus iudex officium acceptando peritum se asseruisse videtur. Vnde ex imperitia quid male iudicans litem suam facere,*

cere, & eiusdem periculum in se transferre intelligitur. Princ. hic.

Cur dicis ex imperitia iudicans?

R. Quia iudex dolo vel largitionibus inductus male iudicans, ex vero maleficio tenetur, & quidem præter extraordinariam coërcitionem & infamiam in veram litis æstimationem & expensas, si paterfamilias sit; si filiusfamilias, in tantam quantitatem quanta fuit in periculo litigantis cum sententiam diceret, *l. vlt. ff. de var. & ext. cogn. l. vlt. C. de pœna iud. male. iud.* & nouissimè si pecuniam vel promissionē à litigatore acceperit in causa quidem quondam pecuniaria, præter amissionem dignitatis in triplum. In causa criminali, bonis publicatis mittitur in exilium, *Nou. 124. C. 2. Pac. eod.*

Quod est Exemplum secundum quasi delicti?

R. Cum ex domo vel cænaculo, in quo tanquam dominus vel conductor quisquis habitat, etiam gratis, deiectum effusumque aliquid est præter inhabitantis culpam, in eum locum quo vulgò iter fit, per eos quos secum habet in cænaculo, per quod damnum datum, siue seruos, siue liberos, §. 1. *hic.*

Quod est tertium exemplum?

R. Cum ex ea parte qua vulgo iter fieri solet quid positum vel suspensum quis habet, quod potest, si ceciderit, alicui nocere, §. *eod.* Quæ duo ideò quasi delicta, dicuntur quod *(licet hic nullum sit maleficium)* cum publicè interfit sine metu & periculo in locis publicis iter facere, quasi ex delicto obligati intelligantur. *Treutl. hic.*

Qua ex his quasi delictis nascitur obligatio?

R. Si aliquid deiectum, vel effusum, quod liberum hominem occiderit, in eum pœna 50. aureorum est cōstituta. Si modò ei nocuit & viuat, quantum ob eam rem iudici æquum videbitur, actio datur, *d.* §. 1. *hic.* Nos deformitatis, sed mercedis Medicis præstitæ, & impendiorum in curatione factorum, Item operarum ob illud factū amissarum, vel amittendarum habita ratione, puta quod inutilis factus sit. De suspenso vel posito quod, si decidat, nocere possit, actio in factum 10. aureorum datur. §. *eod.*

Quid

Quid si ex filij seorsum habitantis cenaculo quid deiectum effusumve fuerit, vel in eo quid positum vel suspensum, cuius casus periculosus est?

R. Ex his causis non patrem, sed se ipsum filiusfam. obligat. §. 2. *hic. l. filiusfamil. ff. de Iudic.* Idem in filiofamil. imperite iudicante obseruatur, *quia hic nulla patris culpa subest.*

Cur non datur in patrem actio de peculio?

R. Ea non datur ex delicto filij vel quasi, sed ex contractu, *l.* 1. §. *filiusfamil. ff. eod. Schneid. hic, vide infra tit. proximo.*

An vero lata sententia contra filium non habentem peculium pater cogi non potest vt ei adsoluat legitimam?

R. Non, quia non debetur ea filio nisi patre mortuo, nec vllum in eam filius eo viuo ius habet. *gl. fin. & DD. in Auth. si qua C. de SS. Eccl.*

Quid si vero pater pro condemnatione filij quid. soluit, an imputari ei in legitimam potest?

R. Omnino, si id fecit necessariò. *puta virtute statuti*, non si ex liberalitate. *DD. communiter*, vt nec si quid causa pietatis pro eo soluit, *puta pro redemptione eius ab hostibus, l.* 17. *C. de postlim. reuers. Schneid. hic.*

Quæ exempla quasi delictorum præterea ab Imperatore recensentur?

R. Exercitoris nauis, item cauponæ & stabularij, cum quid ex naui, caupona, aut stabulo furto ab ahjs auferur; puta malis hominibus quorum opera vtuntur: *Quia ne talium opera vterentur prouidere debuerunt, §. vlt. hic.*

Quatenus hi tenentur?

R. Actione in factum in duplum tenentur ad restitutionem eius, quod viator, vel vector de rebus suis in naui vel caupona, vel is qui iumentum stabulauit, in stabulo amisit. Quæ actio, *quia pœnalis est*, heredi quidem datur, *tanquam rei persecutoria*, non tamen aduersus heredem *tanquam ex delicto descendens, § vlt. hic.*

TIT.

TIT. VI.

De Actionibus.

Hactenus duo priora iuris obiecta, sequitur tertium, Actiones. Dic quid hic per actiones propriè intelligatur?

R. Actionis vox πολύσημος est. 1. Generalissimè accipitur, pro quouis hominis actu, *l.* 21. §. *fin. ff. Qui test. fac. poss.* Quo significatu testationes, & ipsi contractus, & conuentiones, item delicta, &c. sunt (*facti puta*) actiones, siue ex naturali, siue ex artificioso hominum motu proficiscentes; sed in se citra iuris effectum consideratæ. 2. Secundum iuris effectum specialius, pro actionibus iuris siue ciuilibus, hoc est à iure ciuili informatis, & eatenus quidem consideratis, ipsque vel priuatis, hoc est qui priuatim expediuntur, *vt est testamenti factio*; vel publicis quæ fiunt authoritate publica, & vel voluntaria quidem iurisdictione, *vt sunt adoptiones*; vel contentiosa. 3. Restricta ad forum appellatione pro contentiosis actionibus, non voluntarijs, rei saltem respectu. 4. Adhuc specialius, pro actionibus ciuilibus, data criminalibus accusationum, inquisitionum, denunciationum appellatione. In qua ipsa specialis verbi actionis significatione, ipsum rursus est, vel generale, vel speciale, quatenus vel in rem, vel in personam actio est. De quibus actionibus ciuilibus in iudicio agitatis, & quidem siue in rem, siue in personam conceptis hic agitur.

Quomodo Imperator definit actionem?

R. Actio nihil aliud est quam ius persequendi in iudicio quod sibi debetur. *Princ. hic.*

Quotuplex est actio?

R. Variæ ab Imperatore proponuntur diuisiones. 1. Ex *materia*, aliæ sunt in rem, aliæ in personam. 2. Ex *causa efficiente*, aliæ sunt ciuiles, aliæ prætoriæ. 3. Ex *causa finali*, aliæ sunt rei persecutoriæ, aliæ pœnales, aliæ mixtæ. 4. Ex *quantitate rei in actionem deductæ*, aliæ in simplum (vt omnes rei persecutoriæ) aliæ in duplum, triplum, quadruplum. 5. Ex *qualitate*, aliæ sunt bonæ fidei, aliæ stricti iuris, aliæ arbitra-

riæ.

liæ. 6. Ab *incerta quantitatis petitione*, aliæ certi quibus res certas; aliæ incerti quibus res incertas petimus. Vltimò aliæ actiones solidi persecutoriæ, aliæ quibus limitatè petimus quantum quis facere potest. *Perez. hic. Pac. eod.*

An non his adiungi possunt alia diuisiones?

℟. Imò verò plura sunt alia actionum genera: Puta 1. à *tempore*, aliæ dicuntur perpetuæ, aliæ temporales, *de quibus infra.* 2. aliæ in heredes transitoriæ, aliæ non transitoriæ, *ibid. Perez.* Aliæ directæ, quæ dantur ex verbis legis; aliæ vtiles quæ ex eius interpretatione dantur, & in factum vocantur: Et sic rursus alia directa, qua quis ex sua persona; alia obliqua, qua quis per alium tenetur. de quo genere actionum Tit. 2. 3. Rursus alia seu principalis, alia præparatoria, quæ sternit viam actioni principali. 4. Alia simplex, in qua alius actor, alius reus; Alia duplex seu mixta, in qua vterque est actor & reus simul. 5. Præterea alia generalis, quę multas causas complectitur, alia specialis, quæ vnam tantum, *Pac. epitome hic & passim Text. hic & alijs titulis ibidem à Pacio allegatis.*

Qua est prima diuisio hic ab Imperatore proposita?

℟. Vt diximus, à causa materiali sumpta; Quod aliæ actiones sint in rem, seu reales, quæ vindicationes; aliæ in personam, seu personales, quæ condictiones dicuntur, *Text. hic.*

De Actionibus realibus.

Actiones reales, seu rei vindicationes quomodo subdiuidũtur?

℟. Aut sunt petitoriæ, cum agimus de ipsa re, eiusque dominio, & rei vindicationes propriè, seu reales actiones dicuntur: Aut possessoriæ cum de rei possessione agitur, & interdicta speciatim dicuntur. *Vult. Iurispr. lib. 2. cap. 21. num. 1.* Aut de re corporali agimus, & propriè ac in specie rei vindicationes dicuntur, §. 1. *hic.* Aut de re incorporali, quæ & ipsæ vindicationes rei, sed abusive appellantur; propriè verò actiones confessoriæ & negatoriæ nomen fortiuntur. §. 2. *hic.*

Quotuplex est rei vindicatio?

℟. Duplex. 1. vel *ciuilis*, quæ in specie rei vindicatio dicitur,

citur, vel *prætoria*, de quibus, §.34. id est actio Publiciana, vel quasi. *Vult. eod. & cap.23. princ.* 2. Rursus rei vindicatio est vel specialis, quando res aliqua specialis vindicatur: vel vniuersalis, cum vniuersitas, seu res vniuersales vindicantur, & res speciales tantum per consequentiam; quæ dicitur hereditatis petitio. *Vult. eodem. cap.22. princ.* Hic vero agit Imperator speciatim de rei vindicatione strictè accepta, eaq; speciali.

De rei Vendicatione.

Qua est ista rei vindicatio?

R. Rei vindicatio est actio realis, quæ datur domino directo, vel vtili contra detinentem, possessorem vel quasi, ad rem aliquam corporalem vindicandam, qua petitur ab Actore declaratio se dominum istius rei esse, eiusdemque restitutio vnà cum fructibus pendentibus, & extantibus. §.1. *hic & l.25. ff. de oblig. & act. Brederod. eod.*

Quotuplex est rei vindicatio specialis?

R. Duplex. 1. *Directa*, quæ datur soli & vero domino, qui iure gentium vel ciuili dominium sibi acquisiuit, & tempore oblati libelli non modo, sed & litis contestatæ dominus est, aut post eam dominium acquisiuit, *l.23. pr. hic. l.23. C. eod. etiam Treutl. hic thes.* 2. Vxori de re dotali aduersus extraneum, constante matrimonio, *l.3. & fin. C. hic.* 2. *Vtilis* quæ datur Emphiteutæ. *l.*1. §.1. *Si ag. vect. pet.* Vasallo *c. vn.* §. *rei à de inuest. de re al. fact.* Superficiario. *l.33.* §.1. *& seq. hic.* & similibus, vtile, vt vocant, dominium modò habentibus. Item vero domino aduersus eum qui dolo vel culpa lata desijt possidere, *l.69. ff. hic.* vel iudicialiter confessus quidem est se possidere, etsi non possideat, neque dolo possidere desijt, modo id actor ignoret. *l.7.25.2.6.27. hic Treutl. eod. thes.6.*

Quæ ergo sunt substantialia requisita huius actionis?

R. Duo. Vnum ex parte Agentis, dominium rei quam vindicat: Alterum ex parte Rei, eiusdem possessio. *Perez. hic.* Vnde & vtrumque hoc requisitum ab Actore in libello ponendum & probandum copulatiuè, *l.2. de Prob. l.2. C. l.9. hic. Treutl.*

Con-

Quot modis accipitur vox iniuria, & quomodo hic speciatim?

R. Accipitur variè. 1. Pro omni eo quod non fit iure, *quasi non iuria dicta, l. 1. pr. ff. eodem.* 2. Speciatim damno culpa dato, *de quo tit. prec.* quod Græcis, ζημία, ἀδίκημα. *Pac. Notis hic.* 3. Pro contumelia, quæ Græcis ὕβρις. 4. Pro iniquitate & iniustitia; quæ Græcis, ἀνομία, vel ἀδικία. *Text. pr. hic.*

Quomodo hic accipitur?

R. Pro contumelia. Damnum puta, iniuria datum lege Aquilia coercetur. *supra tit. præced. & Text. hic.*

Quomodo ergo definis hoc quartum delictum?

R. Iniuria est delictum dolo malo in alterius contumeliam admissum *Nempe in hoc delicto animus iniuriandi imprimis requiritur. Treutl. de priu. delict. thes. 5. lit. b.*

Iniuria quot modis committitur?

R. Vel *re*, cum manus infertur, *Treutl. ib.* vel *verbis*. Et hęc quidem, vel *viua voce*; vt per conuitium, vel *scriptis*; vt per famosum libellum. Vnde illa realis, hæc verbalis dicitur. §. 1. *hic Perez. ibid.*

Qui omnino scripto committunt iniuriam?

R. 1. Qui libellum famosum componit. 2. qui eum scripsit. 3. qui euulgauit. 4. qui eum emendum vel vendendum curauit. *d.* §. 10. siue id suo, siue alieno nomine fecerit, *d.* §. 2. Item siue nomen diffamati expresserit, siue non: *licet, pro casus huius duplicis diuersitate, agi diuersimodè possit. Schneid. hic.*

Quotuplex est Iniuria realis?

R. Duplex. 1. cum in corpus manus infertur vel *nostrum*, cum quis verberatur, pulsatur, *l. 1. §. 1. l. 9. hic.* vel *alienum*, cum verberantur alicuius liberi, familia, §. 2. *hic.* (in quibus iniurijs etiam ex conatu est vtilis iniuriarum actio, *l. 15. §. 3. hic. Perez. hic num. 7. Treutl. tit. d.*) vel extra corpus, cum citra corporis contumeliosam tractationem facto quis dispicitur, *d. l. 1. §. 1. l. 15. §. 3. & 1. hic.* Pertinet rarò ad realem iniuriam cum quis innocentem capi facit, puta pro debitis, *DD. in l. pen. C. qui bon. ced. poss.*

Quot modis committitur iniuria verbalis citra scripturæ interuentum?

R. Duo-

R. Duobus: vel ita quando quis in alium profert verba contumelioſa in genere delictum inferentia; vel quando in ſpecie delictum aliquod obijcitur, *puta tu fur, latro, &c.* Quæ iniuriæ delictum habent, ſi quidem indubiè obijciatur delictum. In dubio autem, ſi explicari ita verba poſſint vt delictum non contineant, mitius explicanda ſunt, vt delictum non obiectum cenſeatur. *Schneid. hic. num. 11. ex Bartolo.*

Quotuplex eſt iniuria ipſius contumelia ratione?

R. Duplex; leuis vel atrox, §. 3. *hic.* Illa cum vel ex leui cauſa quis leuiter modò ſiue re, ſiue verbis læditur. Hæc, cum quis læditur cauſſæ grauioris prætextu, verbiſque aut facto contumelioſioribus. In vtroque iniuriarum genere etiam partis læſæ & lædentis, & loci vbi fit læſio habita ratione. *Perez. hic.*

Quot itaque modis iniuria leuis & atrox æſtimatur?

R. Iniuria vtraque æſtimatur, vel ex *facto*, cum quis armis ita, vt ei vulnus inferatur læditur; & quidem ſecundum locum vulneris vel plus vel minus; puta ſi os percuſſum ſit, vel locus alius corporis tectus. 2. Ex *inſtrumento*: puta ſi vel gladio, vel fuſte vulnus illatum. 3. Vel ex *perſona*, ſi magiſtratus, pater, patronus iniuriam ab ipſis obnoxijs, vel nobilis ab ignobili patiantur, aut contra. 4. Vel *ex loco*: vt ſi quis in foro publico iniuriam ſit paſſus, vel in priuato: puta atrocior iniuria æſtimatur dignioribus ab indignioribus, publice, & in loco corporis patente, quàm dignioribus priuatim, & in loco occulto illata. §. 9. *ibi Schneid.*

Per quas perſonas iniuriam patimur?

R. Vel per noſmetipſos, ac directè nobis iniuria infertur; vel per alios, ac non ſolum ille cui infertur iniuriam patitur, ſed etiam alij per conſequentiam; puta, ſi quidem iniuriam faciens ſcit tales perſonas ei cui iniuriam infert affectas eſſe, *Schneid. ad §. 2. hic. num. 6.* Sic iniuriam patimur per vxores, ſponſum, liberos, ſeruos; quod ſciens iſtorum qualitatem iniuriam marito, ſponſo, patri, domino ſimiliter inferre vt luiſſe cenſeatur, *Schneid. ibid.*

Quatenus verò maritus, ſponſus, pater, dominus ex facta iniuria vxori, ſponſæ, liberis, ſeruis agere poteſt?

R. Maritus agit de iniuria vxori illata, quatenus tãquam vxoris caput, defendere vxorem tenetur; & affectione maritali ipsum non minus, quàm vxorem iniuria tangit, §. 2. *hic. Non vxor ex iniuria illata marito; quia vxores à viris, non viros ab vxoribus defendi æquum est, nisi marito illata iniuria ipsam etiam tangat specialiter.* §. 2. *hic. & l. 2. ff. eod.* Sponsus pro iniuria illata sponsæ; quatenus pro vxore in hoc casu sponsa habetur, vt & in alijs; & id quidem ratione affectus mutui inter sponsum & sponsam. Pater pro iniuria filio illata; quia cum filio vita eademque persona habetur. *Quod ratione affectus, hic etiam ad omnes extenditur, qui affinitatis ratione, respectum parentum & liberorum habenti vt socer & nurus; cuiut vir, qui in eius potestate est, iniuriarum agere potest.* Dominus pro iniuria seruo illata, quia reuera iure ciuili iniuria non fit ipsi seruo (*quia eo pro nullo habetur*) sed domino ipsi; *puta si iniuria sit atrox, & in contumeliam domini directa; idque si modo conuitium datum, vel pugno seruus percussus, nulla inde actio est, ex ea ipsa ratione quod seruus pro nullo & mortuo habeatur;* Seruus vero si communis sit, ex iniuria seruo illata actio competit quidem vtrique domino; sed pro dignitate singulorum, non pro ea parte qua quisque dominus est; æstimata. Si vsufructuarius, soli proprietario actio competit. Si libero homini, qui bona fide seruit iniuria facta, non ei cui seruit actio datur, sed suo nomine ipse exequitur, *Nisi & in eius cui seruit, contumeliam iniuria tendat.* §. 2. 3. 4. 5. 6. *hic, ibi Schneid. Perez. eod.*

Quid si veritatem quis dicat conuitio?

R. Si animo contumeliæ inferendæ aliquod obijcitur crimen, veritas vt istum animum non tollit, sic nec iniuriarum actionem: si sine conuitio, sed iuris sui conseruandi aut vindicandæ reipublicæ causa, deficiente contumeliæ inferendæ intentione, *tanquam causa*, deficit etiam iniuriarum actio, *tanquam effectus. l. 5. C. h. t. l. 18. ff. eodem. Perez. hic.*

Iniuria cum protestatione honoris, puta si quis dicat, tu mentiris saluo honore: *vel per retorsionem illata*, puta si quis dicat, tu ipse mentiris, *an excusat?*

R. Neutiquam in casu priori, quia cum in eo sit manifestus

festus iniuriandi animus, actui contraria protestatio, nihil operatur; Posteriori casu, si retorsio fiat incontinenti, excusatio quidem admittitur (*l. Quod tum iure censeatur defensio, & vis ei propulsata i quod omnia iura permittunt l 3 ff d l. & l. 2. Item quod paria delicta mutua compensatione tollantur.*) Non si ex intervallo; *quod tum noua iniuria ex vindicta illata censeatur. Gayl. 2. obs. 100. & 101.*

Qua est iniuria pœna?

R. Circa eam valde variatum est iure; puta, 1. Ex lege xij. Tabl. olim ob membrum ruptum pœna erat talio, id est supplicij similitudo. 2. Prætores pœnam istam minus dignam æstimantes, actione talionis sublata, æstimationem iniuriarum introduxerunt; qua Iudex ex æquo & bono secundum gradum dignitatemque, vel etiam honestatem personæ læsæ, iniuriam æstimabat. 3. Ex lege etiam Cornelia de iniurijs criminalis actio iniuriarum introducta, ei competens, qui pulsatus verberatusve; vel cuius domus siue propria, siue conducta, siue qua hospitio receptus fuit, vi introita esset. §. 7. *S. hic.* 4. Hodie de iniuria duobus modis agitur mixto iure, vel *ciuiliter*, vel *criminaliter*: *Ciuiliter*, cum actor iniuriam ad animum reuocatam iureiurando æstimat, & sibi pœnam saluo iudicis moderatione, applicari petit. *d §. 7. hic & l 37. ff. eod. Criminaliter*, cum pœna petitur, vel corpori iniuriantis infligenda; vel multa pecuniaria fisco applicanda, §. 10. *hic.* Quarum vna electa, altera, (*quod ad eundem finem tendat*) perimitur, *l. 7. §. vlt. hic. Perez. hic.*

Qua est differentia inter vtramque hanc actionem?

R. Quod actio iniuriarum ciuilis per procuratorem potest expediri, non criminalis, *Nisi persona illustris agat, vel conueniatur*, §. 10. *hic. l. vlt. C. hic.*

An non etiam aliter de iniurijs agi potest?

R. Imò etiam ad recantationem eius quod iniuriosè dictum est. Quæ actio, *cum criminalis non sit*, cum ciuili coniungi potest; nisi ex statuto cum recantatione pœna carceris, vel relegationis infligatur. *Vult. Iurisprud. cap. 19. Treutl. hic. thes. 7.*

An iniuriarum tantum tenetur is qui ipse iniuriam intulit?

R. Imò verò etiam qui procurauit eam, puta qui aliquem conduxit vt famoſum libellum affigeret; vel ſatyram in alicuius contumeliam caneret, modo dolosè id effecerit, §. *non ſolum. hic. Quia per alium qui facit, id ipſe faciſſe intelligitur.*

Quibus modis tollitur iniuriarum actio?

R. 1. Morte ſiue actoris, ſiue rei: *Quia famoſæ actiones & ad vindictam tendentes, in heredes non tranſeunt, niſi lis eum defuncto ſit conteſtata. l. 13. princ. l. 8. a. 14. ff. hic.* 2. Diſſimulatione; *puta ſi quis iniuriam paſſus eam ſtatim ad animum non reuocauerit, §. vlt. hic.* 3. Remiſſione expreſſa, *l. 11. §. 1. hic.* 4. Lapſu temporis; puta anni continui, *princ. inf. de per. temp. actel. 5. C. hic. Vtpote quod per ſilentium tanti temporis tacitè remiſſa cenſeatur.*

TIT. V.

De Obligationibus quæ ex quaſi Delicto naſcuntur.

Quid dicitur improprium, vel quaſi delictum?

R. Quod non eſt dolo ſeu intentione agentis, aliqua tamen eiuſdem qui tenetur, vel alterius culpa commiſſum, *Vult. Iuriſprud. lib. 1. cap. 51. Dicitur autem quaſi delictum, quia iſto caſu propter dolum ceſſantem delicto proprio locus non eſt.*

Recenſe caſus quaſi delictorum ab Imperatore propoſitorum?

R. 1. Imperator recenſet quaſi delictum Iudicis litem ſuam facientis, 2. Eius cuius ex cœnaculo quid deiectum aut effuſum eſt. 3. Eius qui ea parte qua vulgò iter fieri ſolet quid poſitum vel ſuſpenſum habuerit, quod poteſt ſi ceciderit alicui nocere. *Text. hic.*

Quatenus tenetur iudex ex quaſi delicto?

R. Malè iudicando, & per imperitiam quidem. *princ. hic.* Idque ita vt parti læſæ teneatur in quantum æquum iudici videatur; eius errore & imperitia conſideratis. *Pac. epitome. hic. theſ. 46. Quia imperitia, vt dictum, culpæ ſpecies eſt; hic ſpeciatim, quatenus iudex officium acceptando peritum ſe aſſeruiſſe videtur. Vnde ex imperitia quid male iudicans litem ſuam facere,*

cere, & eiusdem periculum in se transferre intelligitur. Princ. hic.

Cur dicis ex imperitia iudicans?

R. Quia iudex dolo vel largitionibus inductus male iudicans, ex vero maleficio tenetur, & quidem præter extraordinariam coërcitionem & infamiam in veram litis æstimationem & expensas, si paterfamilias sit; si filiusfamilias, in tantam quantitatem quanta fuit in periculo litigantis cum sententiam diceret, *l. vlt. ff. de var. & ext. cogn. l. vlt. C. de pœna iud. male. iud.* & nouissimè si pecuniam vel promissionē à litigatore acceperit in causa quidem quondam pecuniaria, præter amissionem dignitatis in triplum. In causa criminali, bonis publicatis mittitur in exilium, *Nou. 124. C. 2. Pac. eod.*

Quod est Exemplum secundum quasi delicti?

R. Cum ex domo vel cænaculo, in quo tanquam dominus vel conductor quisquis habitat, etiam gratis, deiectum effusumque aliquid est præter inhabitantis culpam, in eum locum quo vulgò iter fit, per eos quos secum habet in cænaculo, per quod damnum datum, siue seruos, siue liberos, §. 1. *hic.*

Quod est tertium exemplum?

R. Cum ex ea parte qua vulgo iter fieri solet quid positum vel suspensum quis habet, quod potest, si ceciderit, alicui nocere, §. *eod.* Quæ duo ideò quasi delicta, dicuntur quod *(licet hic nullum sit maleficium)* cum publicè interfit sine metu & periculo in locis publicis iter facere, quasi ex delicto obligati intelligantur. *Treutl. hic.*

Qua ex his quasi delictis nascitur obligatio?

R. Si aliquid deiectum, vel effusum, quod liberum hominem occiderit, in eum pœna 50. aureorum est cōstituta. Si modò ei nocuit & viuat, quantum ob eam rem iudici æquum videbitur, actio datur, *d.* §. 1. *hic.* Nos deformitatis, sed mercedis Medicis præstitæ, & impendiorum in curatione factorum, Item operarum ob illud factū amissarum, vel amittendarum habita ratione, puta quod inutilis factus sit. De suspenso vel posito quod, si decidat, nocere possit, actio in factum 10. aureorum datur. §. *eod.*

Quid

Quid si ex filij seorsum habitantis cenaculo quid delectum effusumve fuerit, vel in eo quid positum vel suspensum, cuius casus periculosus est?

R. Ex his causis non patrem, sed se ipsum filiusfam. obligat. §. 2. *hic. l. filiusfamil. ff. de Iudic.* Idem in filiosamil. imperite iudicante obseruatur, *quia hic nulla patris culpa subest.*

Cur non datur in patrem actio de peculio?

R. Ea non datur ex delicto filij vel quasi, sed ex contractu, *l. 1. §. filiusfamil. ff. eod. Schneid. hic, vide infra tit. proximo.*

An vero lata sententia contra filium non habentem peculium pater cogi non potest vt ei adsoluat legitimam?

R. Non, quia non debetur ea filio nisi patre mortuo, nec vllum in eam filius eo viuo ius habet. *gl. fin. & DD. in Auth. si qua C. de SS. Eccl.*

Quid si vero pater pro condemnatione filij quid. soluit, an imputari ei in legitimam potest?

R. Omnino, si id fecit necessariò. *puta virtute statuti*, non si ex liberalitate. *DD. communiter*, vt nec si quid causa pietatis pro eo soluit, *puta pro redemptione eius ab hostibus, l. 17. C. de postlim. reuerf. Schneid. hic.*

Qua exempla quasi delictorum praterea ab Imperatore recensentur?

R. Exercitoris nauis, item cauponæ & stabularij, cum quid ex naui, caupona, aut stabulo furto ab alijs auferetur, puta malis hominibus quorum opera vtuntur: *Quia ne talium opera vterentur prouidere debuerunt, §. vlt. hic.*

Quatenus hi tenentur?

R. Actione in factum in duplum tenentur ad restitutionem eius, quod viator, vel vector de rebus suis in naui vel caupona, vel is qui iumentum stabulauit, in stabulo amisit. Quæ actio, *quia pœnalis est*, heredi quidem datur, *tanquam non perfecutoria*, non tamen aduersus heredem *tanquam ex delicto descendens, § vlt. hic.*

TIT.

TIT. VI.

De Actionibus.

Hactenus duo priora iuris obiecta, sequitur tertium, Actiones. Dic quid hic per actiones propriè intelligatur?

R. Actionis vox πολύσημος est. 1. Generalissimè accipitur, pro quouis hominis actu, *l. 21. §. fin. ff. Qui test. fac. poss.* Quo significatu testationes, & ipsi contractus, & conuentiones, item delicta, &c. sunt (*facti puta*) actiones, siue ex naturali, siue ex artificioso hominum motu proficiscentes; sed in se citra iuris effectum consideratæ. 2. Secundum iuris effectum specialius, pro actionibus iuris siue ciuilibus, hoc est à iure ciuili informatis, & eatenus quidem consideratis, ipsque vel priuatis, hoc est qui priuatim expediuntur, *vt est testamenti factio*; vel publicis quæ fiunt authoritate publica, & vel voluntaria quidem iurisdictione, *vt sunt adoptiones*; vel contentiosa. 3. Restricta ad forum appellatione pro contentiosis actionibus, non voluntarijs, rei saltem respectu. 4. Adhuc specialius, pro actionibus ciuilibus, data criminalibus accusationum, inquisitionum, denunciationum appellatione. In qua ipsa specialis verbi actionis significatione, ipsum rursus est, vel generale, vel speciale, quatenus vel in rem, vel in personam actio est. De quibus actionibus ciuilibus in iudicio agitatis, & quidem siue in rem, siue in personam conceptis hic agitur.

Quomodo Imperator definit actionem?

R. Actio nihil aliud est quam ius persequendi in iudicio quod sibi debetur. *Princ. hic.*

Quotuplex est actio?

R. Variæ ab Imperatore proponuntur diuisiones. 1. Ex *materia*, aliæ sunt in rem, aliæ in personam. 2. Ex *causa efficiente*, aliæ sunt ciuiles, aliæ prætoriæ. 3. Ex *causa finali*, aliæ sunt rei persecutoriæ, aliæ pœnales, aliæ mixtæ. 4. Ex *quantitate rei in actionem deductæ*, aliæ in simplum (vt omnes rei persecutoriæ) aliæ in duplum, triplum, quadruplum. 5. Ex *qualitate*, aliæ sunt bonæ fidei, aliæ stricti iuris, aliæ arbitra-

riæ.

citur, vel *prætoria*, de quibus, §.34. id est actio Publiciana, vel quasi. *Vult. eod. & cap.23. princ.* 2. Rursus rei vindicatio est vel specialis, quando res aliqua specialis vindicatur: vel vniuersalis, cum vniuersitas, seu res vniuersales vindicantur, & res speciales tantum per consequentiam; quæ dicitur hereditatis petitio. *Vult. eodem. cap.22. princ.* Hic vero agit Imperator speciatim de rei vindicatione strictè accepta, eaq; speciali.

De rei Vendicatione.

Qua est ista rei vindicatio?

R. Rei vindicatio est actio realis, quæ datur domino directo, vel vtili contra detinentem, possessorem vel quasi, ad rem aliquam corporalem vindicandam, qua petitur ab Actore declaratio se dominum istius rei esse, eiusdemque restitutio vnà cum fructibus pendentibus, & extantibus. §.1. *hic & l.25. ff. de oblig. & act. Brederod. eod.*

Quotuplex est rei vindicatio specialis?

R. Duplex. 1. *Directa*, quæ datur soli & vero domino, qui iure gentium vel ciuili dominium sibi acquisiuit, & tempore oblati libelli non modo, sed & litis contestatæ dominus est, aut post eam dominium acquisiuit, *l.23. pr. hic. l.23. C. eod. etiam Treutl. hic thes.* 2. Vxori de re dotali aduersus extraneum, constante matrimonio, *l.3. & fin. C. hic.* 2. *Vtilis* quæ datur Emphiteutæ. *l.1.* §.1. *Si ag. vect. pet.* Vasallo *c. vn.* §. *rei à de inuest. de re al. fact.* Superficiario. *l.33.* §.1. *& seq. hic.* & similibus, vtile, vt vocant, dominium modò habentibus. Item vero domino aduersus eum qui dolo vel culpa lata desijt possidere, *l.69. ff. hic.* vel iudicialiter confessus quidem est se possidere, etsi non possideat, neque dolo possidere desijt, modo id actor ignoret. *l.7.25.2.6.27. hic Treutl. eod. thes.6.*

Qua ergo sunt substantialia requisita huius actionis?

R. Duo. Vnum ex parte Agentis, dominium rei quam vindicat: Alterum ex parte Rei, eiusdem possessio. *Perez. hic.* Vnde & vtrumque hoc requisitum ab Actore in libello ponendum & probandum copulatiuè, *l.2. de Prob. l.2. C. l.9. hic. Treutl.*

Con-

Contra quem hæc actio datur?

℟. Directa datur aduersus eum qui rem nostram possidet, §.1. *hic. l.9, ff. hic. Patius enim disp. hic. thes.6.* siue naturaliter, siue ciuiliter, *Schneid. eod.* Siue suo, siue alieno nomine, *d.*§.1. vel solum eam detinet & restituendi habet facultatem *Pac. eod.* puta commodatarium, depositarium, colonum, & similes, *d.l.g. ff. hic.* Vtilis aduersus eum, qui eam quasi possidet, seu (quod hic est) qui pro possessore habetur; puta eum qui dolo desijt possidere. 2. vel licet non possideret, tamen, quasi possideret, liti se offert, *l.*27. §. *sed & is l.*52. *l.*63. *l.*25. *& seq ff. eod. Schneid. & Pac. eod.*

Quomodo probatur dominium?

℟. Expeditissima via petenda ex modis acquirendi dominij siue Iure Gentium, siue Ciuili, sup. (*lib.*2. *& lib.*3.) bona parte expositis. *Vult ad.* §.1. *num.*2.

Ostende modum?

℟. 1. Quando constat ante Actoris apprehensionem rem nullius fuisse, is dominium suum probabit per eam ipsam apprehensionem. *Quia quod nullius in bonis est occupanti cedit.* §.12. *supra. de Rer. diu.* 2. Quando constat fuisse quidem ante alicuius, sed & aliquandiu nullius; similiter, per apprehensionem, & solum quidem, probabit dominiū; modò prior dominus habuerit eam pro derelicto. *supra. eod.* § 47. Vel si, post Iudicis proclamationem, vt is qui dominium alicuius rei adferere velit, compareat, nemine comparente eam apprenderit. *Quod & res talis pro derelicto habeatur. Iason. hic num.*72. 3. Tributaria re quæ biennio vacauit (*quod ipsa etiam tum pro derelicto habeatur*) apprehensa, præter apprehensionem biennalis possessio apprendentis requiritur. *l. qui agros.* 8. *C de omn. agr. deser. lib.*11. 4. Quando non constat aliquando nullius rem fuisse, probatur dominium (*secundum ius ciuile*) per probatam rei immobilis decennalem inter præsentes, vicennalem inter absentes, mobilis per triennalem possessionem cum titulo, & bona fide, *supra tit. de vsucap.* per immemorialem sine titulo, *Iaf. post. Fabr. hic. num.*72. *& ex eo Mynsing. eodem numer.*9. 5. Quibus modis accedit probatio allegati tituli ad transferendum dominium habilis, puta donationis, emtionis; modò con-

concurrant, 1. rei ipsa traditio *(cuiusque acceptatio)* 2. domi-
nium tradentis. *Iason & Mynsi. eod.* 3. & eorum quæ ex sin-
gulorum contractum natura debentur *(cl. g. in emtione ven-
ditione vel pretij numerati, vel fidei de pretio habitæ)* probatio.
*Et sic in aliis Mynsi. eod. Per ipsius traditionis allegationem proba-
to dominio, exigimus & eorum probationem quæ vt per eam trans-
feratur dominium supr. tit. de Rer. diuis. requisiuimus. Successio-
nis allegato, titulo, per aditam hereditatem non probatur dominium
nisi & ipse defunctus fuerit dominus, Quia nemo plus iuris in
alium potest transferre quam ipse habet. Mynsi. eod. Dominij ve-
rò etiam directi & vtilis distinctionem in præcedd. probandi mo-
dis obseruet lector apud Iasonem & Mynsing. dictis locis.*

An non sunt alij modi probandi dominium?

R. Omnino, e. g. 1. Testes & instrumenta. 2. Indicia.
l. indicia. 19. C. hic. 3. Publica fama, quando agitur de lon-
gissimo tempore, *Bald. & Paul. ind. l. Indicia.* aliique mo-
di plures, *vt Schneid. remissive hic. num. 71. 72. & Mascard. pie-
nè in fuis conclusion.*

Quomodo probatur possessio?

R. Multis modis. 1. Per solum *(rei quidem immobilis)* de-
tentionem. *l. 1. ff. de acq. poss. Mascard. concl. 1185. num. 1.*
2. Per pensionis, seu canonis solutionem, *aduersus solucn-
tem. Masc. concl. 1186. num. 1. 3.* Locatoris possessio per lo-
cationem, Non solam quidem, sed accedente solutæ mer-
cedis perceptione. *Masc. eod. concl. 1187. num. 3. Quod eius
perceptio sit perceptio fructuum. Masc. eod. num. 6. per text. ibid.
allegg. 4.* Sine fructuum perceptione ex cultura agrorum; si
quidem eos seminari, arari, & coli me curasse probem, *gl.
in l. 3. verb. finiatur. C. fin. regund. Non si eos me ipsum arasse
& coluisse probem, nisi simul fructuum probetur perceptio. ibid.
num. 6. 5.* Ex fructuum perceptione; *sed modo me iure proprio
eos accepisse, nec rem ab alio possideri probem. Mascard. concl.
1189. num. 7. 11. 6.* Ex clausum receptarum apud rem ab alio
non possessam facta traditione. *l. clausibus, verb. si claues ff.
de contr. emt. Masc. concl. 298. Quod possessarum ab alijs tra-
dito custodiæ caussa facta modo videatur. Masc. eod. 7.* Ex traditione
instrumentorum rei venditæ, *sed concurrentibus ijs, de quibus
Masc. concl. 1191. remissive num. 3. 8.* Per confessionem ejus

qui

qui se alterius nomine possidere fatetur, *sed modò inter ipsas partes inter quas ea emanauit, Masc. concl.* 1192. 9. Per custodiam ad rem ipsam (*siue mobilem, siue immobilem*) adpositam. *l.* 3. §. *Nerua. l. si rem mobilem. l. pen. ff. de acq. poss. Masc. conclus.* 1193. Aliisque modis, *de quibus, idem Mascard. conclus. seqq. Vide & Schneid. hic. num.* 96.

Quæ veniunt in hanc actionem?

R. Res omnes corporales, *d.* §. 1. *hic.* quæ sunt in commercio, *l.* 23. §. 1. *hic.* immobiles, mobiles, mouentes, *l.* 1. §. 1. *hic.* singulæ seu vniuersitatis factæ, vt grex. *d. l.* 23. §. 5. §. 23. *vers. sed nec. sup. de rer. diuis.* §. 18. *sup. de legat.* Non tamen tignum alienis ædibus iunctum. *Confer. l.* 23. §. 6. *hic. l.* 1. *pr. de tign. iunct.* §. 26. *supra. de rer. deuis.* non peculium, *l.* 56. *hic.* nec ager militibus adsignatus; *l.* 15. §. 2. *hic. Vtpote de quibus prodita peculiares actiones.* At bene præscriptæ & vsucaptæ. *arg. l. vn. C. de vsuc. transfer. l.* 1. §. 1. *de Publ. Treutl. eod. th.* 8. Nec res vniuersitatis iuris, vt hereditas. *d. l.* 1. *pr. Pac. epitom. hic. th.* 7.

Vbi instituenda est hæc actio, & apud quem?

R. 1. In eo loco vbi res controuersa sita est, *l.* 1. 2. 3. *C. vbi in rem act. exerc. deb. & ibi Vvef. Fuit a quia in actione reali, non tam persona, quam res controuersa, adeoque persona non propter se, sed propter rem spectatur. Obrecht. disp. eod. cap.* 4. *th.* 102. 2. In loco domicilij, id est vbi possessor domicilium habet, *(quia actio in rem non aduersus rem, sed rei possessionem instituitur) l. actionum.* 25. *ff. de O. & A. Obrecht. eod. th.* 103. Idque si res sit immobilis. *Dd. communiter. Obrecht. eod. th.* 108. *Si mobiles sit dissentiunt. ibid.* Affirmat Azo, *cuius sententia à Canonistis in c. vlt. Ext. de for. compet. & totius Germaniæ consuetudine recepta Obrecht. eod. th.* 115. Item siue suo, siue alieno nomine possessor conueniatur. *l.* 2. *C. vbi in rem. act. Obrecht. eod. thes.* 149. *Quia actio in rem datur contra possessorem, siue suo, siue alieno nomine possideat, l.* 9. *ff. hic. Licet de possessore rei mobilis dissentiant Dd. Obrecht. eod. thes.* 173. *& seqq.*

Quæ hic vt cautè agat considerandæ Actori?

R. Rem quam petit certis circumstantijs ita designabit, vt qualis, quantaque sit appareat, *l.* 6. *hic. Treutl. th.* 9. *hic. Oldend. act. hic.* Interrogabit Reum ante an is rem quam

vult

vult vendicare possideat, vel dolo desierit possidere, *l. qui petitorio v. ff. hic.* Vt si fateatur Reus se possidere, obtineat probato dominio: Sin verò negat dolo se desijsse possidere, possessionem probet & ne rem alienaret se denunciasse, (*vtpote quibus probatum sit eum dolo eam desijsse possidere*) *Bart. in d. l. qui petitorio. 36.* Si negat Reus ipsam possessionem, quatenus negat mittatur Actor in possessionem rei, tanquam vacantem, etiam nondum probato dominio. *l. fin. ff. hic. Kling. hic. num. 5.*

Quid petit Actor?

R. 1. Vt ipse iudicis sententia declaretur dominus. 2. possessio quæ est apud Reum conuentum sibi Actori restituatur. *Vult. eod. num. 23.* idque cum pertinentijs suis, item fructibus & reditibus inde perceptis & percipiendis, si extant; si non extant, eorum æstimatio. *Oldend. hic. §. practica. nu. 12. Ferrar. form. act. real.*

Quomodo ergò proponitur?

R. Actor dicit se ante annos aliquot fundum Tusculanum tot iugerum, in tali loco, talibus vicinis, emisse, eoque sibi tradito, dominium eius ab eo tempore habuisse, Titium verò eiusdem fundi possessionem de facto sibi arrogare, eumque iniquè possidere; & quamuis interpellatum, Actori possessionem cedere recusare: Petere igitur fundi petiti dominū se declarari, & Titium Reum ad eiusdem restitutionem damnari, & damnatum ad restitutionem realem vna cum fructibus omnique caussa compelli.

De Actione Confessoria.

Quid si res incorporalis petatur, an non etiam datur pro ea rei vendicatio?

R. Omnino quidem duplex pro ea datur actio, peculiare nomen vtraque sortita, puta confessoria & negatoria; directa quidem cum seruitus speciatim, vtilis cum alia iura vindicantur. *Vult. eod. num. 34.*

Cui datur Actio Confessoria?

R. Datur directè domino seruitutis, siue eius personæ debeatur seruitus, puta vsusfructus, *l. 5. pr. ff. si vsusfr.*

℟. Maritus agit de iniuria vxori illata, quatenus tãquam vxoris caput, defendere vxorem tenetur; & affectione maritali ipsum non minus, quàm vxorem iniuria tangit, §. 2. *hic. Non vxor ex iniuria illata marito; quia vxores à viris, non viros ab vxoribus defendi æquum est, nisi marito illata iniuria ipsam etiam tangat specialiter.* §. 2. *hic. & l. 2. ff. eod.* Sponsus pro iniuria illata sponsæ; quatenus pro vxore in hoc casu sponsa habetur, vt & in alijs; & id quidem ratione affectus mutui inter sponsum & sponsam. Pater pro iniuria filio illata; quia cum filio vita eademque persona habetur. *Quod ratione affectus, hic etiam ad omnes extenditur, qui affinitatis ratione, respectum parentum & liberorum habent: vt socer & nurus; cuius vir, qui in eius potestate est, iniuriarum agere potest.* Dominus pro iniuria seruo illata, quia reuera iure ciuili iniuria non fit ipsi seruo (*quia eo pro nullo habetur*) sed domino ipsi; *puta si iniuria sit atrox, & in contumeliam domini directa; idque si modo conuitium datum, vel pugno seruus percussus, nulla inde actio est, ex ea ipsa ratione quod seruus pro nullo & mortuo habeatur.* Seruus vero si communis sit, ex iniuria seruo illata actio competit quidem vtrique domino; sed pro dignitate singulorum, non pro ea parte qua quisque dominus est, æstimata. Si vsufructuarius, soli proprietario actio competit. Si libero homini, qui bona fide seruit iniuria facta, non ei cui seruit actio datur, sed suo nomine ipse exequitur, *Nisi & in eius cui seruit, contumeliam iniuria tendat.* §. 2. 3. 4. 5. 6. *hic, ibi Schneid. Perez. eod.*

Quid si veritatem quis dicat conuitio?

℟. Si animo contumeliæ inferendæ aliquod obijcitur crimen, veritas vt istum animum non tollit, sic nec iniuriarum actionem: si sine conuitio, sed iuris sui conseruandi aut vindicandæ reipublicæ causa, deficiente contumeliæ inferendæ intentione, *tanquam causa*, deficit etiam iniuriarum actio, *tanquam effectus. l. 5. C. h. t. l. 18. ff. eodem. Perez. hic.*

Iniuria cum protestatione honoris, puta si quis dicat, tu mentiris saluo honore: *vel per retorsionem illata*, puta si quis dicat, tu ipse mentiris, *an excusat?*

℟. Neutiquam in casu priori, quia cum in eo sit manifestus

festus iniuriandi animus, actui contraria protestatio, nihil operatur; Posteriori casu, si retorsio fiat incontinenti, excusatio quidem admittitur (1. *Quod tum iure censeatur defensio, & vis vi propulsata i quod omnia iura permittunt. l 3 ff d l. & l. 2. Item quod parta delicta mutua compensatione tollantur.*) Non si ex interuallo; *quod tum noua iniuria ex vindicta illata censeatur. Gayl. 2. obs. 100. & 101.*

Qua est iniuria pœna?

R. Circa eam valde variatum est iure; puta, 1. Ex lege xij. Tabl. olim ob membrum ruptum pœna erat talio, id est supplicij similitudo. 2. Prætores pœnam istam minus dignam æstimantes, actione talionis sublata, æstimationem iniuriarum introduxerunt; qua Iudex ex æquo & bono secundum gradum dignitatemque, vel etiam honestatem personæ læsæ, iniuriam æstimabat. 3. Ex lege etiam Cornelia de iniurijs criminalis actio iniuriarum introducta, ei competens, qui pulsatus verberatusve; vel cuius domus siue propria, siue conducta, siue qua hospitio receptus fuit, vi introita esset. §. 7. 8. *hic*. 4. Hodie de iniuria duobus modis agitur mixto iure, vel *ciuiliter*, vel *criminaliter*: *Ciuiliter*, cum actor iniuriam ad animum reuocatam iureiurando æstimat, & sibi pœnam saluo iudicis moderatione, applicari petit. *d §. 7. hic & l 37. ff. eod. Criminaliter*, cum pœna petitur, vel corpori iniuriantis infligenda; vel multa pecuniaria fisco applicanda, §. 10. *hic*. Quarum vna electa, altera, (*quod ad eundem finem tendat*) perimitur, *l. 7. §. vlt. hic. Perez. hic*.

Qua est differentia inter vtramque hanc actionem?

R. Quod actio iniuriarum ciuilis per procuratorem potest expediri, non criminalis, *Nisi persona illustris agat, vel conueniatur*, §. 10. *hic. l. vlt. C. hic.*

An non etiam aliter de iniurijs agi potest?

R. Imò etiam ad recantationem eius quod iniuriosè dictum est. Quæ actio, *cum criminalis non sit*, cum ciuili coniungi potest; nisi ex statuto cum recantatione pœna carceris, vel relegationis infligatur. *Vult. Iurisprud. cap. 19. Treutl. hic. thes. 7.*

An iniuriarum tantum tenetur is qui ipse iniuriam intulit?

R. Imò verò etiam qui procurauit eam, puta qui aliquem conduxit vt famosum libellum affigeret; vel satyram in alicuius contumeliam caneret, modo dolosè id effecerit, §. *non solum. hic. Quia per alium qui facit, id ipse fecisse intelligitur.*

Quibus modis tollitur iniuriarum actio?

R. 1. Morte siue actoris, siue rei: *Quia famosæ actiones & ad vindictam tendentes, in heredes non transeunt, nisi lis eum defuncto sit contestata, l. 13. princ. l. 8. a. 14. ff. hic.* 2. Dissimulatione; *puta si quis iniuriam passus eam statim ad animum non reuocauerit, §. vlt. hic.* 3. Remissione expressa, *l. 11. §. 1. hic.* 4. Lapsu temporis; puta anni continui, *princ. inf. de per. temp. actel. 5. C. hic. Vtpote quod per silentium tanti temporis tacitè remissa censeatur.*

TIT. V.

De Obligationibus quæ ex quasi Delicto nascuntur.

Quid dicitur improprium, vel quasi delictum?

R. Quod non est dolo seu intentione agentis, aliqua tamen eiusdem qui tenetur, vel alterius culpa commissum, *Vult. Iurisprud. lib. 1. cap. 51. Dicitur autem quasi delictum, quia isto casu propter dolum cessantem delicto proprio locus non est.*

Recense casus quasi delictorum ab Imperatore propositorum?

R. 1. Imperator recenset quasi delictum Iudicis litem suam facientis, 2. Eius cuius ex cænaculo quid deiectum aut effusum est. 3. Eius qui ea parte qua vulgò iter fieri solet quid positum vel suspensum habuerit, quod potest si ceciderit alicui nocere. *Text. hic.*

Quatenus teneatur iudex ex quasi delicto?

R. Malè iudicando, & per imperitiam quidem, *princ. hic.* Idque ita vt parti læsæ teneatur in quantum æquum iudici videatur; eius errore & imperitia consideratis. *Pac. epitome. hic. thes. 46. Quia imperitia, vt dictum, culpæ species est; hic specialiter, quatenus iudex officium acceptando peritum se asseruisse videtur. Vnde ex imperitia quid male iudicans litem suam facere,*

cere, & eiusdem periculum in se transferre intelligitur. Princ. hic.

Cur dicis ex imperitia iudicans?

R. Quia iudex dolo vel largitionibus inductus male iudicans, ex vero maleficio tenetur, & quidem præter extraordinariam coërcitionem & infamiam in veram litis æstimationem & expensas, si paterfamilias sit; si filiusfamilias, in tantam quantitatem quanta fuit in periculo litigantis cum sententiam diceret, *l. vlt. ff. de var. & ext. cogn. l. vlt. C. de pœna iud. male. iud.* & nouissimè si pecuniam vel promissionē à litigatore acceperit in causa quidem quondam pecuniaria, præter amissionem dignitatis in triplum. In causa criminali, bonis publicatis mittitur in exilium, *Nou. 124. C. 2. Pac. eod.*

Quod est Exemplum secundum quasi delicti?

R. Cum ex domo vel cænaculo, in quo tanquam dominus vel conductor quisquis habitat, etiam gratis, deiectum effusumque aliquid est præter inhabitantis culpam, in eum locum quo vulgò iter fit, per eos quos secum habet in cænaculo, per quod damnum datum, siue seruos, siue liberos, §. 1. *hic.*

Quod est tertium exemplum?

R. Cum ex ea parte qua vulgo iter fieri solet quid positum vel suspensum quis habet, quod potest, si ceciderit, alicui nocere, §. *eod.* Quæ duo ideò quasi delicta, dicuntur quod *(licet hic nullum sit maleficium)* cum publicè interfit sine metu & periculo in locis publicis iter facere, quasi ex delicto obligati intelligantur. *Treutl. hic.*

Qua ex his quasi delictis nascitur obligatio?

R. Si aliquid deiectum, vel effusum, quod liberum hominem occiderit, in eum pœna 50. aureorum est cōstituta. Si modò ei nocuit & viuat, quantum ob eam rem iudici æquum videbitur, actio datur, *d.* §. 1. *hic.* Nos deformitatis, sed mercedis Medicis præstitæ, & impendiorum in curatione factorum, Item operarum ob illud factū amissarum, vel amittendarum habita ratione, puta quod inutilis factus sit. De suspenso vel posito quod, si decidat, nocere possit, actio in factum 10. aureorum datur. §. *eod.*

Quid

Quid si ex filij seorsum habitantis cenaculo quid deiectum effusumve fuerit, vel in eo quid positum vel suspensum, cuius casus periculosus est?

R. Ex his causis non patrem, sed se ipsum filiusfam. obligat. §. 2. *hic. l. filiusfamil. ff. de Iudic.* Idem in filiosamil. imperite iudicante obseruatur, *quia hic nulla patris culpa subest.*

Cur non datur in patrem actio de peculio?

R. Ea non datur ex delicto filij vel quasi, sed ex contractu, *l.* 1. §. *filiusfamil. ff. eod. Schneid. hic, vide infra tit. proximo.*

An vero lata sententia contra filium non habentem peculium pater cogi non potest vt ei adsoluat legitimam?

R. Non, quia non debetur ea filio nisi patre mortuo, nec vllum in eam filius eo viuo ius habet. *gl. fin. & DD. in Auth. si qua C. de SS. Eccl.*

Quid si vero pater pro condemnatione filij quid. soluit, an imputari ei in legitimam potest?

R. Omnino, si id fecit necessariò, *puta virtute statuti*, non si ex liberalitate. *DD. communiter*, vt nec si quid causa pietatis pro eo soluit, *puta pro redemptione eius ab hostibus, l. 17. C. de postlim. reuerf. Schneid. hic.*

Quæ exempla quasi delictorum praterea ab Imperatore recensentur?

R. Exercitoris nauis, item cauponæ & stabularij, cum quid ex naui, caupona, aut stabulo furto ab alijs aufertur, puta malis hominibus quorum opera vtuntur: *Quia ne talium opera vterentur prouidere debuerunt, §. vlt. hic.*

Quatenus hi tenentur?

R. Actione in factum in duplum tenentur ad restitutionem eius, quod viator, vel vector de rebus suis in naui vel caupona, vel is qui iumentum stabulauit, in stabulo amisit. Quæ actio, *quia pœnalis est*, heredi quidem datur, *tanquam ex parte persecutoria*, non tamen aduersus heredem *tanquam ex delicto descendens. § vlt. hic.*

TIT.

TIT. VI.

De Actionibus.

Hactenus duo priora iuris obiecta, sequitur tertium, Actiones. Dic quid hic per actiones proprie intelligatur?

R. Actionis vox πολύσημος est. 1. Generalissimè accipitur, pro quouis hominis actu, *l. 21. §. fin. ff. Qui test. fac. poss.* Quo significatu testationes, & ipsi contractus, & conventiones, item delicta, &c. sunt (*facti puta*) actiones, siue ex naturali, siue ex artificioso hominum motu proficiscentes; sed in se citra iuris effectum consideratæ. 2. Secundum iuris effectum specialius, pro actionibus iuris siue ciuilibus, hoc est à iure ciuili informatis, & eatenus quidem consideratis, ipsque vel priuatis, hoc est qui priuatim expediuntur, *vt est testamenti factio*; vel publicis quæ fiunt authoritate publica, & vel voluntaria quidem iurisdictione, *vt sunt adoptiones*; vel contentiosa. 3. Restricta ad forum appellatione pro contentiosis actionibus, non voluntarijs, rei saltem respectu. 4. Adhuc specialius, pro actionibus ciuilibus, data criminalibus accusationum, inquisitionum, denunciationum appellatione. In qua ipsa specialis verbi actionis significatione, ipsum rursus est, vel generale, vel speciale, quatenus vel in rem, vel in personam actio est. De quibus actionibus ciuilibus in iudicio agitatis, & quidem siue in rem, siue in personam conceptis hic agitur.

Quomodo Imperator definit actionem?

R. Actio nihil aliud est quam ius persequendi in iudicio quod sibi debetur. *Princ. hic.*

Quotuplex est actio?

R. Variæ ab Imperatore proponuntur diuisiones. 1. Ex *materia*, aliæ sunt in rem, aliæ in personam. 2. Ex *causa efficiente*, aliæ sunt ciuiles, aliæ prætoriæ. 3. Ex *causa finali*, aliæ sunt rei persecutoriæ, aliæ pœnales, aliæ mixtæ. 4. Ex *quantitate rei in actionem deductæ*, aliæ in simplum (vt omnes rei persecutoriæ) aliæ in duplum, triplum, quadruplum. 5. Ex *qualitate*, aliæ sunt bonæ fidei, aliæ stricti iuris, aliæ arbitra-

riæ.

citur, vel *pretoria*, de quibus, §.34. id est actio Publiciana, vel quasi. *Vult. eod. & cap.23. princ.* 2. Rursus rei vindicatio est vel specialis, quando res aliqua specialis vindicatur: vel vniuersalis, cum vniuersitas, seu res vniuersales vindicantur, & res speciales tantum per consequentiam; quæ dicitur hereditatis petitio. *Vult. eodem. cap.22. princ.* Hic vero agit Imperator speciatim de rei vindicatione strictè accepta, eaq; speciali.

De rei Vendicatione.

Qua est ista rei vindicatio?

R. Rei vindicatio est actio realis, quæ datur domino directo, vel vtili contra detinentem, possessorem vel quasi, ad rem aliquam corporalem vindicandam, qua petitur ab Actore declaratio se dominum istius rei esse, eiusdemque restitutio vnà cum fructibus pendentibus, & extantibus. §.1. *hic & l.25. ff. de oblig. & act. Brederod. eod.*

Quotuplex est rei vindicatio specialis?

R. Duplex. 1. *Directa*, quæ datur soli & vero domino, qui iure gentium vel ciuili dominium sibi acquisiuit, & tempore oblati libelli non modo, sed & litis contestatæ dominus est, aut post eam dominium acquisiuit, *l.23. pr. hic. l.23. C. eod. etiam Treutl. hic thes.* 2. Vxori de re dotali aduersus extraneum, constante matrimonio, *l.3. & fin. C. hic.* 2. *Vtilis* quæ datur Emphiteutæ. *l.1.* §.1. *Si ag. vect. pet.* Vasallo *e. vn.* §. *rei à de inuest. de re al. fact.* Superficiario. *l.33.* §.1. *& seq. hic.* & similibus, vtile, vt vocant, dominium modò habentibus. Item vero domino aduersus eum qui dolo vel culpa lata desijt possidere, *l.69. ff. hic.* vel iudicialiter confessus quidem est se possidere, etsi non possideat, neque dolo possidere desijt, modo id actor ignoret. *l.7.25.2.6.27. hic Treutl. eod. thesi.6.*

Quæ ergo sunt substantialia requisita huius actionis?

R. Duo. Vnum ex parte Agentis, dominium rei quam vindicat: Alterum ex parte Rei, eiusdem possessio. *Perez. hic.* Vnde & vtrumque hoc requisitum ab Actore in libello ponendum & probandum copulatiuè, *l.2. de Prob. l.2. C. l.9. hic. Treutl.*

Con-

Contra quem hæc actio datur?

℟. Directa datur aduersus eum qui rem nostram possidet, §.1. *hic. l.9, ff. hic. Patius epimi disp. hic. thes.6.* siue naturaliter, siue ciuiliter, *Schneid.eod.* Siue suo, siue alieno nomine, *d.*§.1. vel solum eam detinet & restituendi habet facultatem *Pac.eod.* puta commodatarium, depositarium, colonum, & similes, *d.l.g.ff.hic.* Vtilis aduersus eum, qui eam quasi possidet, seu (quod hic est) qui pro possessore habetur; puta eum qui dolo desijt possidere. 2. vel licet non possideret, tamen, quasi possideret, liti se offert, *l.*27. §. *sed & is l.*52. *l.*63. *l.*25. *& seq ff.eod. Schneid. & Pac.eod.*

Quomodo probatur dominium?

℟. Expeditissima via petenda ex modis acquirendi dominij siue Iure Gentium, siue Ciuili, sup. (*lib.*2. *& lib.*3.) bona parte expositis. *Vult ad.* §.1. *num.*2.

Ostende modum?

℟. 1. Quando constat ante Actoris apprehensionem rem nullius fuisse, is dominium suum probabit per eam ipsam apprehensionem. *Quia quod nullius in bonis est occupanti cedit.* §.12. *supra. de Rer. diu.* 2. Quando constat fuisse quidem ante alicuius, sed & aliquandiu nullius; similiter, per apprehensionem, & solum quidem, probabit dominiū; modò prior dominus habuerit eam pro derelicto. *supra eod.* § 47. Vel si, post Iudicis proclamationem, vt is qui dominium alicuius rei adferere velit, compareat, nemine comparente eam apprenderit. *Quod & res talis pro derelicto habeatur. Iason. hic num.*72. 3. Tributaria re quæ biennio vacauit (*quod ipsa etiam tum pro derelicto habeatur*) apprehensa, præter apprehensionem biennalis possessio apprehendentis requiritur. *l. qui agros.* 8. *C de omn. agr. deser. lib.*11. 4. Quando non constat aliquando nullius rem fuisse, probatur dominium (*secundum ius ciuile*) per probatam rei immobilis decennalem inter præsentes, vicennalem inter absentes, mobilis per triennalem possessionem cum titulo, & bona fide, *supra tit. de vsucap.* per immemorialem sine titulo, *Iaf. post. Fabr. hic. num.*72. *& ex eo Mynsing. eodem numer.*9. 5. Quibus modis accedit probatio allegati tituli ad transferendum dominium habilis, puta donationis, emtionis; modò con-

concurrant. 1. rei ipsa traditio *(eiusque acceptatio)* 2. d[o]minium tradentis. *Iason & Mynſ. eod.* 3. & eorum quæ ex ſingulorum contractum natura debentur *(v. g. in emtione venditione vel pretij numerati, vel fidei de pretio habitæ)* probatio. *Et ſic in alijs Mynſ. eod. Per ipſius traditionis allegationem probato dominio, exigimus & eorum probationem qua vt per eam transferatur dominium ſupr. tit. de Rer. diuiſ. requiſiuimus. Succeſſionis allegato, titulo, per aditam hereditatem non probatur dominium niſi & ipſe defunctus fuerit dominus. Quia nemo plus iuris in alium poteſt transferre quam ipſe habet. Mynſ. eod. Dominij verò etiam directi & vtilis diſtinctionem in præcedd. probandi modos obſeruet lector apud Iaſonem & Mynſing. dictis locis.*

An non ſunt alij modi probandi dominium?

R. Omnino, e. g. 1. Teſtes & inſtrumenta. 2. Indicia. *l. indicia. 19. C. hic.* 3. Publica fama, quando agitur de longiſſimo tempore, *Bald. & Paul. ind. l. Indicia.* aliique modi plures, *vt Schneid. remiſſive hic. num. 71. 72. & Maſcard. pienè in ſuis concluſion.*

Quomodo probatur poſſeſſio?

R. Multis modis. 1. Per ſolam *(rei quidem immobilis)* detentionem, *l. 1. ff. de acq. poſſ. Maſcard. concl. 1185. num. 1.* 2. Per penſionis, ſeu canonis ſolutionem, *aduerſus ſolutem. Maſc. concl. 1186. num. 1. 3.* Locatoris poſſeſſio per locationem, Non ſolam quidem, ſed accedente ſolutæ mercedis perceptione. *Maſc. eod. concl. 1187. num. 3. Quod eius perceptio ſit perceptio fructuum. Maſc. eod. num. 6. per text. ibid. allegg.* 4. Sine fructuum perceptione ex cultura agrorum; ſi quidem eos ſeminari, arari, & coli me curaſſe probem, *gl. in l. 3. verb. finiatur. C. fin. regund. Non ſi eos me ipſum araſſe & coluiſſe probem, niſi ſimul fructuum probetur perceptio. ibid. num. 6.* 5. Ex fructuum perceptione; *ſed modo me iure proprio eos accepiſſe, nec rem ab alio poſſideri probem. Maſcard. concl. 1189. num. 7. 11. 6.* Ex clauium receptarum apud rem ab alio non poſſeſſam facta traditione. *l. claubus, verb. ſi claues ff. de contr. emt. Maſc. concl. 298. Quod poſſeſſarum ab alijs traditio cuſtodiæ cauſſa facta modo videatur. Maſc. eod. 7.* Ex traditione inſtrumentorum rei venditæ, *ſed concurrentibus ijs, de quibus Maſc. concl. 1191. remiſſive num. 3.* 8. Per confeſſionem eius

qui

qui ſe alterius nomine poſſidere fatetur, *ſed modò inter ipſas partes inter quas ea emanauit, Maſc. concl.* 1192. 9. Per cuſtodiam ad rem ipſam (*ſiue mobilem, ſiue immobilem*) adpoſitam. *l.* 3. §. *Nerua. l. ſi rem mobilem. l. pen. ff. de acq. poſſ. Maſc. concluſ.* 1193. Aliiſque modis, *de quibus, idem Maſcard. concluſ. ſeqq. Vide & Schneid. hic. num.* 96.

Quæ veniunt in hanc actionem?

R. Res omnes corporales, *d.* §. 1. *hic.* quæ ſunt in commercio, *l.* 23. §. 1. *hic.* immobiles, mobiles, mouentes, *l.* 1. §. 1. *hic.* ſingulæ ſeu vniuerſitatis factæ, vt grex. *d. l.* 23. §. 5. §. 23. *verſ. ſed nec. ſup. de rer. diuiſ.* §. 18. *ſup. de legat.* Non tamen tignum alienis ædibus iunctum. *Confer. l.* 23. §. 6. *hic. l.* 1. *pr. de tign. iunct.* §. 26. *ſupra, de rer. deuiſ.* non peculium, *l.* 56. *hic.* nec ager militibus adſignatus; *l.* 15. §. 2. *hic. Vtpote de quibus prodita peculiares actiones.* At bene præſcriptæ & vſucaptæ. *arg. l. vn. C. de vſuc. transfer. l.* 1. §. 1. *de Publ. Treutl. eod. th.* 8. Nec res vniuerſitatis iuris, vt hereditas. *d. l.* 1. *pr. Pac. epitom. hic. th.* 7.

Vbi inſtituenda eſt hæc actio, & apud quem?

R. 1. In eo loco vbi res controuerſa ſita eſt, *l.* 1. 2. 3. *C. vbi in rem act. exerc. deb. & ibi Vvef. Futa quia in actione reali, non tam perſona, quam res controuerſa, adeóque perſona non propter ſe, ſed propter rem ſpectatur. Obrecht. diſp. eod. cap.* 4. *th.* 102. 2. In loco domicilij, id eſt vbi poſſeſſor domicilium habet, *(quia actio in rem non aduerſus rem, ſed rei poſſeſſionem inſtituitur) l. actionum.* 25. *ff. de O. & A. Obrecht. eod. th.* 103. Idque ſi res ſit immobilis. *Dd. communiter. Obrecht. eod. th.* 108. *Si mobiles ſit diſſentiunt. ibid.* Affirmat Azo, *cuius ſententia à Canoniſtis in c. vlt. Ext. de for. compet. & totius Germaniæ conſuetudine recepta Obrecht. eod. th.* 115. Item ſiue ſuo, ſiue alieno nomine poſſeſſor conueniatur. *l.* 2. *C. vbi in rem. act. Obrecht. eod. theſ.* 149. *Quia actio in rem datur contra poſſeſſorem, ſiue ſuo, ſiue alieno nomine poſſideat. l.* 9. *ff. hic. Licet de poſſeſſore rei mobilis diſſentiant Dd. Obrecht. eod. theſ.* 173. *& ſeqq.*

Quæ hic vt cautè agat conſideranda Actori?

R. Rem quam petit certis circumſtantijs ita deſignabit, vt qualis, quantaque ſit appareat, *l.* 6. *hic. Treutl. th.* 9. *hic. Oldend. act. hic.* Interrogabit Reum ante an is rem quam

vult

vult vendicare possideat, vel dolo desierit possidere, *l. qui petitorio v. ff. hic.* Vt si fateatur Reus se possidere, obtineat probato dominio: Sin verò negat dolo se desijsse possidere, possessionem probet & ne rem alienaret se denunciasse, (*vtpote quibus probatum sit eum dolo eam desijsse possidere*) *Bart. in d. l. qui petitorio 36.* Si negat Reus ipsam possessionem, quatenus negat mittatur Actor in possessionem rei, tanquam vacantem, etiam nondum probato dominio. *l. fin. ff. hic. Kling. hic num. 5.*

Quid petit Actor?

R. 1. Vt ipse iudicis sententia declaretur dominus. 2. possessio quæ est apud Reum conuentum sibi Actori restituatur. *Vult. eod. num. 23.* idque cum pertinentijs suis, item fructibus & reditibus inde perceptis & percipiendis, si extant; si non extant, eorum æstimatio. *Oldend. hic. §. practica. nu. 12. Ferrar. form. act. real.*

Quomodo ergò proponitur?

R. Actor dicit se ante annos aliquot fundum Tusculanum tot iugerum, in tali loco, talibus vicinis, emisse, eoque sibi tradito, dominium eius ab eo tempore habuisse, Titium verò eiusdem fundi possessionem de facto sibi arrogare, eumque iniquè possidere; & quamuis interpellatum, Actori possessionem cedere recusare: Petere igitur fundi petiti dominū se declarari, & Titium Reum ad eiusdem restitutionem damnari, & damnatum ad restitutionem realem vna cum fructibus omnique caussa compelli.

De Actione Confessoria.

Quid si res incorporalis petatur, an non etiam datur pro ea rei vendicatio?

R. Omnino quidem duplex pro ea datur actio, peculiare nomen vtraque sortita, puta confessoria & negatoria; directa quidem cum seruitus speciatim, vtilis cum alia iura vindicantur. *Vult. eod. num. 34.*

Cui datur Actio Confessoria?

R. Datur directè domino seruitutis, siue eius personæ debeatur seruitus, puta vsusfructus, *l. 5. pr. ff. si vsusfr.*

pet. (quia propter vſumfructuarium primum fuit introducta, vt vſumfructum peteret. Oldend. claſſ. hic. num. 111.) ſiue eius prædio vrbano, vel ruſtico, *l. 1. & l. 2. §. 1. ff. ſi ſeru. vind.* Vtilis tamen etiam eſt quaſi domino, vt emphyteutæ, *l. 16. ff. de ſeruit.* Vaſallo, ſuperficiario, creditori ius in re habenti. *d. l. 16. l. in prouinciali. §. ſi ego ff. de oper. nou. nunt. l. 1. §. vlt. ff. de ſuperficieb. Oldend. hic. eodem,* etiam ei cui modo perſonale ius in re conceſſum, e.g. cui digitus, ſeu digitaria fiſtula aquæ conceſſa. *Oldend. eod.* Item prædium ſuperius habenti aduerſus prædij inferioris dominum recuſantem pati ſeruitutem, quam prædio ſuo natura dictat. *Quippe natura ager inferior ſeruit ſuperiori, etiam lege agro non dicta. l. 1. §. vlt. ff. de ag. pluu. arc. Old. eodem. Si prædium cui ſeruitus debetur plurium eſt, vnicuique in ſolidum: in æſtimatione tamen conſiderata perſona actoris, leg. loci corpus. §. ſi fundus. ff. ſi ſeru. vind. Old. eodem.*

Aduerſus quem datur & ad quid?

R. Aduerſus dominum, vel poſſeſſorem rei ſeruientis, vel eum qui dolo deſijt poſſidere, vel qui liti ſe obtulit, & quemcunque alium ſeruitutis vſum impedientem. *l. 1. § 1. l. vlt. ff. ſi vſusfr. pet. l. 6. §. hac. a. l. 10. §. 1. ſi ſeru. vend.* vel vt ſeruitutis inſtrumenta *(puta ne riuus per quem ex fundo alicuius aquam ducere ius mihi eſt)* reficiantur non patientem *d. l. loci corpus §. ſi fundus ff. eod. Si prædium ſeruiens plurium eſt, aduerſus vnumquemque dominorum in ſolidum. d. leg. loci corpus §. ſi fundus. Ob indiuiſibilem vſum ſeruitutis, l. via itineris. ff. de ſeruit. Old. eod.* Et quidem vt liber vſus ſeruitutis, ſiue nobis *(vt in perſonalibus)* ſiue prædio noſtro *(vt in realibus)* debitæ concedatur, *Vult. eod. num. 37. Ita vt certo modo reſtringendi in conſtituta ſeruitute comprehenſo, & iſte in actionem deduci poſſit, l. & ſi forte. §. etiam de ſeruitute & §. modus a. ff. ſi ſeru. vend. & fructuum nomine peti id quod ſeruitutem non fuiſſe impeditam Actoris intereſt. d. l. ſi forte §. vlt. d. l. loci corpus. ff. eod. Old. eod.*

Quæ ſunt requiſita huius Actionis?

R. *Quoad ſeruitutem perſonalem.* 1. Vt Actor ſit dominus peritæ ſeruitutis, & quidem iuſto modo conſtitutæ. 2. Vt à Reo vſus ſeruitutis impediatur. *Quoad realem.* 1. Vt

præ-

prædium Rei seruitutem debeat prædio Actoris, II. Vt Reus vel omnino, vel non vt oportet seruitute vti Actorem impediat. *Vult. eod. num.* 37.

Quomodo proponitur actio confessoria?

R. Actor dicit se in fundo vicini ius seruitutis (*puta stillicidij*) iusto titulo acquisiuisse, eiusque possessionem, vel quasi habuisse (*nempe etiam constituta seruitutis quasi possessio requiritur. Oldend. eod. practica. num.* 111.) vicinum verò, cuius fundus seruitutem debet, eiusdem vsum obiecto obstaculo varie impedire. Itaque petere se Iudicis sententia declarari id Reo non licuisse, ideoque ipsum condemnari, vt, post præstationem eius quod interest, impeditum seruitutis vsum, sublato eodem obstaculo quęsito iure Actorem vti permittat, deque eadem permissione in posterum idonee pro se & heredibus caueat. *Old. eod. nempè class.* 4 *act.* 3.

Quæ probanda Actori in actione confessoria?

R. Requisita; puta Seruitutis dominium, & impeditum eius à Reo vsum, idque siue ipsi, siue prędio debeatur seruitus. *Schneid. eod. num.* 17.

De Actione negatoria.

Quæ est actio negatoria?

R. Est actio realis, ciuilis, qua quis vendicat, seu asserit, libertatem fundi sui, negans Reo seruitutem aliquam in eo deberi. §. 2. *hic. d. l.* 2 *ff. si seru. vind. Vvest. par. eod. num.* 1. *etiam negatiua* (*sed vno loco*) *dicta. Vult. eod. num.* 38.

Cui datur actio hæc, & aduersus quem?

R. Rei alicuius in qua aduersarius ius vel seruitutem prętendit directo, hoc est pleno iure, domino; Vtiliter etiam quasi domino, emphyteutæ, vasallo, superficiario, creditori, aliisque ius in re habentibus. *d. l.* 2. *si seru. vind. Oldend. hic. class.* 4. *act.* 5. *num.* 5. Aduersus tentantem aliquid in re aliena, aut etiam in propria quod alienæ noceat. §. *contra quoque hic. d. l.* 2. *ff. si seru. vind.* Item seruitute non vti oportet vtentem. *l.* 9. *l.* 14. *ff. eod Vult. hic num.* 40.

Ad quid datur?

R. Ad vindicandam rei nostræ libertatem, idque vel

ſimpliciter & omni modo, vel reſpectu aduerſarij cum quo agitur, ipſiuſque prædij, *l.4.§.competit.ff.ſi ſer.vind. e.g.vt ſi forte ei vel prædio eius ſeruitus debeatur, non vtatur ea aliter quam illius ſit.d.l.9. & 19.ff.eod.* Veniunt & fructus, vt in confeſſoria, puta quanti intereſt Actoris aduerſarium non vti re ſua. *l.4.ff.eod. Old.eod. num.* VII.

Qua ſunt requiſita huius actionis?

℟. Duo ſimiliter. 1. Vt Actor ſit dominus rei cuius libertatem aſſerit, vel ſaltem in ea ius aliquod habeat. 2. Vt Reus in eadem vel ſeruitutem ſe habere prætendat, eiuſque obtentu liberum eiuſdem vſum impediat. *Vult. eod.* Vel ſi quam habeat, ea non vt oportet vtatur. *ſec. ante dicta.*

Quomodo proponitur actio negatoria?

℟. Actor dicit ſe habere & poſſidere pro ſuo fundum quendam in tali loco, & liberum quidem à tali ſeruitute, Reum verò eam vt obtrudat iniquè hiſce diebus tentaſſe, & non obſtante Actoris admonitione in cœpto grauamine perſeuerare. Petere itaque ſe iudicis ſententia declarari, id Reo non licuiſſe, nec licere, ſed fundum liberum eſſe, & proinde Reum condemnari vt à tali grauamine abſtineat, deq; eo in poſterum pro ſe & heredibus idoneè caueat. Si non in mero tentamine grauamen conſiſtit, ſed quid factum vel ablatum à Reo contra libertatem, petit Actor vt id reponatur, vel redintegretur, vel tollatur. *Old.eod. præxi. num.111.& ſeqq.* Idque cum redintegratione illatorum damnorum. *Oldend.eod. num.* VI.

Quæ ergo probanda in negatoriâ actione?

℟. Licet in omnibus actionibus regulariter Actori incumbat onus probandi, tamen in hac actione diuerſum ſeruatur: ſed ita quidem vt an ſit dominus prædij, *(quia in eo non eſt magna vis Oldend. eod.num.1.)* item an ſit illud liberum à tali onere *(cum ob præſumtionem iuris, quod res quaſlibet liberas eſſe præſumit, tũ quod eam aſſerendo reuera tantum ſeruitutẽ neget)* Actor minimè quidem, ſed modò grauamen prætenſum probare teneatur; Reus verò, ſi obtinere velit, prætenſam ſeruitutem, *Vtpote qua non præſumitur. Old.eod. Kling.hic. nu.5.*

An ergo confeſſoria & negatoria actio tales non ſemper ſunt figuræ verborum?

℟. Mi-

R. Minimè; quia confessoria aliquando negatiuè, negatoria affirmatiuè proponitur; Puta si quis dicat sibi ius esse altius tollendi iure naturali, figura verborum confessoria, reipsa negatoria est actio: siquidem agat in vicinum ipsum ædificare prohibentem. Ex diuerso, si quis dicat sibi competere ius altius non tollendi iure seruitutis, & agat in vicinum altius ædes tollere iubentem; verbis negatoria, reipsa confessoria est actio. *Propriè tamen actiones confessoria & negatoria sunt quæ vtroque modo tales sunt. sec. Vult. eod. num.* 42.

Diuisio Actionum in ciuiles & prætorias.

Dixisti actiones alias esse ciuiles, alias prætorias, propone vtrarumque definitionem?

R. *Ciuiles*, actiones dicuntur, quæ oriuntur ex ciuilibus caussis; id est obligationibus, vel dominijs, vel iuribus, iure ciuili ad producendam actionem comprobatis. *Prætoriæ* dicuntur à Prætore ex sua Iurisdictione comprobatæ. §. 3. *hic. Perez. eodem.*

Quotuplices proponuntur prætoriæ?

R. Sunt illæ rursus vel in rem, vt Publiciana, Rescissoria, Pauliana, Seruiana & Quasi: vel in personam, vt de constituta pecunia, peculio, actio in factum ex iureiurando; Denique pœnales, & præiudiciales.

Actio Publiciana.

Quæ est actio publiciana?

R. A Publicio prætore, eiusdem authore, sic, alias vtilis rei vẽdicatio dicta, est actio prętoria quę datur amissa possessione ei qui à non domino rem traditam, ex iusta caussa dominij acquirendi, bona fide accepit, & necdum vsucepit. §. 4. *hic. l. 1. ff. de public. Vult. eod. cap. 23. lit. a. Data â Prætore, quod deficiente, ob nondum acquisitum dominium, directâ rei vindicatione, ne inutilis esset continuata possessio, ex æquo & bono succurrendum Actori iudicauerit. Vvesp. par. eod. num.* 2.

Cui ergo datur hæc actio?

℟. 1. Vt in definitione dictum, ei qui bona fide iusto titulo *(oneroso an lucrativo, nihil interest)* acceptæ rei possessionem ante dominium per completam vsucapionem acquisitum amisit. §. *eod. hic. Nempe quòd etsi iure ciuili dominus non sit, à Prætore (sed tantum aliorum hominum, non veri domini respectu) pro domino habeatur, Vult. eod.* Adeoque talibus qui sunt in iure vsucapiendi & conditione *(non alijs) l. sed & si res. l. siue autem. l. si ego. ff. eod.* Nisi in seruitutibus discontinuis, & alijs exercitium hominum exigentibus, *(vt quæ licet vsucapionem non admittant, Publiciana vendicantur. d. l. si ego. §. 1.)* & prædijs vectigalibus *(quæ per vsucapionem quidem non auferri Reip. per Publicianam peti tamen possunt. l. cum sponsus. §. in vectigal. ff. eod. Old. class. 3. act. 3. num. 4. 2.* Missio in possessionem ex secundo decreto ob non præstitam cautionem damni infecti. *l. damni infecti. §. non solum. ff. de damn. infect. 3.* Ei qui emit a procuratore bonæ fidei possessoris, etiam contra eius reuocationem. *l. Papinianus. ff. eodem.*

Aduersus quem datur?

℟. Aduersus quemcunque possessorem, vel detentatorem rei, sed titulum non habentem *(quia possessoris titulum habentis conditio, quod ipse à non domino bona fide emerit, melior habetur quam petentis. l. siue autem §. si duobus. ff. eod.)* Etiam eum qui quasi possidet; is est hic qui dolo desijt possidere; *Oldend. hic. num. 4.* Non aduersus verum dominum; regulariter quidem, *(vtpote quod hac actio non vt vero domino res auferatur inuenta, sed vt qui rem bona fide accepit eam potius habeat quam extraneus. Vult. eod.)* exceptis certis casibus, *notatis post Accursium & Cuiac. 1. obs. 10. ab Oldend. eod.*

Ad quid datur?

℟. Ad rei, *(sed modò quæ vsucapi potest)* cum omni causa persecutionem, vt rei vindicatio, cui similis est. *Old. eod. num. 6.*

An ab ea in nullo distat?

℟. Imò in duobus. 1. Quod porrigitur ad res incorporales, *l. si ego. l. 1. ff. hic.* quæ in rei vindicatione non petuntur, nisi accessorie, *hoc est quia rebus corporalibus adhærent; puta castrum cum accessorijs & iuribus l. vindicatio. ff. de R. V. 2.* Rei vindica-

vindicatio exercetur aduersus omnes possessores, siue cũ, siue sine titulo, modò restituendi habeant facultatem, *l. officium in fin. ff. de R. V.* Publiciana minimè aduersus iusto titulo etiam pro herede *(quod is optimus sit titulus) Oldend. eod. licet varient Dd.* possidentem, *sec. ante dicta. Quorum respectu differentiam vtriusque actionis secundum originem prætereo.*

Quæ sunt requisita huius actionis?

Rz. 1. Rei ex iusta causa, hoc est ad dominium transferendum habili, Actori traditæ possessio. *l. 19. ff. eod.* 2. Et quidem traditæ a non domino, id est ius tradendi non habente. *l. 1. pr. ff. eod.* 3. Item bona fide acceptæ. *l. 7. §. ait Prætor, ff. eod.* 4. Denique cœptæ vsucapi, & si vel momento possessa sit. *l. 12. in fin. ff eod. Vult. eod. num. 4.*

Quomodo proponitur?

Rz. Actor dicit domum quam Titius possidet sibi ab eo, quem credidit dominum, esse ex iusta causa traditam, & aliquamdiu possessam, ita vt in præscribendi fuerit conditione, se absente à Reo apprehensam & occupatam; Reum verò, quamuis interpellatum, restitutionem eiusdem cuius facultatem habet recusare. Petere itaque se sententia Iudicis declarari istius domus quasi dominum; Titium Reum autem ad eiusdem domus cum fructibus & omni causa restitutionem cõdemnari & legitimè cõpelli. *Old. & Kling. eod.*

Actio Rescissoria.

Quæ est actio rescissoria?

Rz. Hæc, *(quæ & quasi Publiciana dicitur, superiori è diametro contraria)* est actio in rem prætoria; quæ rescissa vsucapione (quam factam esse negatur) inter absentes, datur pristino rei domino ad recuperandam rem suam à possessore vsucaptam; quasi nunquam vsucapta esset. §. 5. *hic. Perez. hic.*

Cur dicis priori esse contrariam?

Rz. Quia Publiciana vsucapionem necdum completam adiuuat: Hæc completam rescindit, & eum qui reuera vsucepit, fingit non vsucepisse.

Ostende ergò differentias vtriusque?

℞. 1. Publiciana erat de possessione amissa; hæc de amisso dominio. 2. Publiciana agit bonæ fidei possessor, non tamen dominus; Hac rei amissæ dominus. 3. In illa actor agit pro vsucapionis suæ confirmatione; In hac actor agit pro factæ ab aduersario vsucapionis rescissione. 4. In illa actor rem vsucaptam affirmat; In hac negat. *Vult. ibid.*

Cui competit & aduersus quem?

℞. Datur tribus. 1. Præsenti contra absentem in ciuitate eius rem *(puta bona fide emtam & traditam)* vsucapientem. *d. §. 5. hic. modò præsens non habuerit quem absente vsucapiente potuerit conuenire, l. 21. §. fin. ff. ex quib. causs. &c. vel absens non sit breui reuersurus. Kling. hic.* 2. Absenti cuius res ita est vsucapta, contra præsentem eam vsucapientem. *gl. in d. §. 5. sup. verb. in ciuitate.* 3. Absenti contra absentem, puta cum vterque abest, & vsucapiens, & cuius res vsucapta est, post vtriusque reditum. *d. gl. & l. fin. ff. ex quib. causs. mas. &c. Nec tantum læso, sed & eis quorum interest l. 27. ff. de minor. Item non tantum aduersus eum qui ex vsucapione immediatè lucrum sentit, sed & aduersus eum ad quem res peruenit. l. cum miles ff. ex quib. causs. &c.*

An in omni genere absentia æqualiter?

℞. Quando præsens agit cõtra absentem omnino; Duobus reliquis casibus, *puta quando absens contra præsentem, vel absentem agit*, in absentia tantum necessaria & probabili, non in voluntaria siue cum, siue sine contumacia, *nisi absens sibi ius competere ignorauerit. Iason. hic. num.* 58.

Quomodo definiuntur hæc absentiarum genera?

℞. *Necessaria*; eaque fauorabilis, dicitur cum quis abest Reip. *(siue militiæ, siue legationis non affectatæ, l. 4. l. 36. ff. ex quib. causs. mai. &c.)* caussa: non fauorabilis, quæ est ex caussa relegationis. 2. Ob valetudinis impedimentum. *l. quæsitum ff. de re iudic. 3.* cum ab hostibus captus, *l. ab hostibus ff. eod.* aut à prædonibus & potentioribus vi, seruitute, aut vinculis detinetur, *l. succurritur. ff. eod. Probabilis* quando est caussa studiorum, ob priuilegia talibus concessa. *Voluntaria*, & quidem vel sine contumacia, quæ caussam habet modò commodum, puta negotiationis, &c. vel cum contumacia, cum quis à iudice citatus abest. *Schneid. hic.*

Ad

Ad quid datur hæc actio?

Rz. Non tantum ad rem amissam siue mobilem, siue immobilem, puta quæ vsucapi potuit rescissa vsucapione recuperandam, sed & ad lucrum interim perceptum *l.* 27. *ff. d. t.* atq; ita ad plenissimam (*citra damnum alterius & pœnam*) indemnitatem. *l.* 18. *ff. eod. Perez. eod.*

Quomodo procedit hæc actio?

Rz. Primò vsucapio, licet completa (*qua actionis huius est obstaculum*) rescinditur iudicis officio, *per impetratam ab eo restitutionem in integrum (à quo effectu hæc actio restitutoria dicitur)* Deinde post vsucapionem rescissam, agitur ad rei ipsius quæ vsucapta erat restitutionem. *Atque eatenus est restitutoria. Kling. eod. Vult. eod.* Adeò vt præcedente officio iudicis rescissione, iure actionis sequatur restitutio.

Intra quod tempus petenda restitutio in integrum, ita vt vsucapio per id remedium rescindens petatur?

Rz. Intra quadriennium continuum. *Kling. hic. Schneid. hic. num.* 74.

Intra quod tempus intentanda rescissoria actio?

Rz. Intra annum vtilem post impetratam restitutionem, currentem a die imploratæ restitutionis, §. *eod. hic. Dd. commun. Schneid.*

Quæ sunt huius actionis requisita?

Rz. 1. Rem ab aduersario esse vsucaptam. 2. vsucapionem officio iudicis rescissam. 3. Actorem esse rei dominum. 4. Reum rem possidere. *Vult. eod.*

An hæc actio semper est realis?

Rz. Omnino quidem, si Actori ante completam vsucapionem actio realis, id est rei vindicatio competebat; quæ sub nomine actionis rescissoriæ post rescissam vsucapionem intentetur, non si competebat personalis; vt quæ rescissa vsucapione iterum competat, *Kling. eod.*

Quomodo proponitur?

Rz. Variant hic Dd. Aliquorum sententia est, duos requiri hic libellos, quorũ in primo officio iudicis rescindente petatur restitutio in integrũ & vsucapionis rescissio; Istis verò impetratis altero ipsius rei restitutio. Coniunctim vtrumq; proponi posse tenente *Iaf. in* §. *5. hic.* Quod quomodo fieri

possit,

possit, facilè ex separatis libellis colligi potest. *Kling. hic.* Itaq; *in officio rescindente*, dicit Actor cum *Reipub. causſa* abesset nullo domi relicto ad negotia sua expedienda, venditam rem suam à Titio & traditam Sempronio, & ab eo vsu captam, non potuisse à se ob iustum impedimentum interrumpere vsucapionem. Petere itaque, cum iura absentibus, vel aliàs iusta causſa impeditis subueniant, in integrum restitui, & rescindi vsucapionem, & ad agendum pro dicta re, ac si nunquam esset vsucapta admitti.

Impetrata restitutione, & rescissa vsucapione, actio rescissoria hoc modo proponitur; Dicit Actor in reali actione rem suam quidem cum abesset *Reip. causſa*, & dominium eius vindicare impediretur emtam & vsucaptam a Reo, sed vsucapionem istam officio iudicis rescissam, & sic obstaculum quo agere ad eius restitutionem non poterat remotum esse: Petere itaq; se eiusdem dominū vel quasi declarari, eamque sibi quasi nunquam esset vsucapta, restitui. In personali, præmissa causſa obligationis, ad dandum vel faciendum formatur petitio. *Kling. eod.*

Actiones reuocatoriæ.

Actiones dictæ reuocatoriæ quotuplices sunt?

℟. Duplices; aliæ, *propriè sic dictæ*, quibus (*vt in rescissorijs vsucapio. Kling. de act. reuoc. hic.*) traditio rei in fraudem alicuius alienatæ, quasi facta non esset, principaliter reuocatur. Aliæ *auocatoriæ*, quibus res nobis tacitè vel expressè obligatæ a quocunque possessore auocantur. *Kling. eodem hic.*

Quas reuocatorias recenset Imperator?

℟. Pauliannam. (*quæ aliquibus locis in factum actio, item rescissoria, item restitutoria dicta. Vult. eod. num. 12.*) Cui affinis Fauiana, quasi Fauiana, & Caluisiana.

Quid est actio Pauliana?

℟. Est in rem prætoria, qua creditores res in fraudem suam alienatas rescissa traditione repetūt, quasi nunquam traditæ fuissent. §. 6. *hic. Vult. eod. lit. 6.*

Cui datur?

℟. Cre-

R. Creditoribus & eorum ſucceſſoribus, item curatori bonorum eorum quorum in fraudem aliquid geſtum, vel alienatum eſt quocunque contractu, vel acceptilatione, vel pacto. *l.* 1. §. *ait ergo. l.* 2. *l.* 3. *ff. quæ in fraud. cred.*

Aduerſus quos?

R. 1. Aduerſus eos qui, ſcientes debitorem non eſſe ſoluendo, aliquid cum eo gerunt, vel paciſcuntur, vt habere deſinat id quod habet; tanquam aduerſus fraudis participem, *l.* 1. *l.* 2. *ff. d. t. Non contra ignarum fraudis, niſi quatenus locupletior eſt l. qui autem ff. eod. non contra tertium bonæfidei poſſeſſorem. l.* 9. *ff. hic.* 2. Aduerſus ipſos debitores in fraudem creditorum bona ſua alienantes. *l. vlt. ff. eod.* 3. In heredes datur quatenus ad eos peruenit. *l. ait prætor. ff. hic. Vveſ. eod. num.* 10.

Ad quid?

R. Vt omnia in fraudem geſta & alienata reſtituantur in priſtinum ſtatum, in quo fuere ante alienationem. *l. vlt.* §. *ſi à ſocero. ff. hic.*

Quid ergò venit omnino in hanc actionem?

R. 1. Reſtitutio dominiorum rerum corporalium. 2. reſtauratio actionum & iurium. 3. fructuum perceptorum & qui percipi potuerunt perſecutio. *d. l. ait prætor.* §. *per hanc* §. *partium quoque. l. hac in factum. ff. eod.* 4. Habet & pœnæ aliqu id, puta carceris, intentata aduerſus ipſum fraudatorem, ſi quidem res ita alienauit, vt recuperari non poſſint. *Oldend. eod. per l. vlt.* §. *vlt. ff. hic. Nec recipit Reus ſi quid fraudatori ſoluit, ſiue totum, ſiue eius partem, niſi extet in bonis fraudatoris. l.* 7. *l. ſeq ff. eod.*

Quid ſi res non reſtituatur?

R. Tanti condemnabitur, quanti Actor in litem iurauerit. *Oldend. eod.*

Quando & quamdiu competit hæc actio?

R. Competit ſtatim ex die alienationis fraudulentæ. *l. quod autem* §. *fin. l. ait prætor.* 10. *pr.* §. *annuã.* 18. *ff. hic.* intra annum vtilem. Poſtea non niſi de eo quod ad fraudulentum debitorem, vel ad contrahentem cum eo peruenerit, aut ad alterius heredes. *d. l. ait prætor.* §. *hac actio.* 24. *Old. eod.*

Quæ ſunt huius actionis requiſita?

R. Qua-

R. Quatuor. 1. vt Reus alienans sit creditori ex quacunque caussa obligatus. 2. vt res alienata in bonis debitoris fuerit. 3. vt alienata sit in fraudem. 4. vt creditor impetrauerit possessionem bonorum debitoris non alienatorum, nec possit illi ex istis satisfieri. *d.* §.6.

An in ipsa alienatione non sunt quædam consideranda?

R. Duo. 1. Vt actus alienationis (*& quidem verè, non imaginariè*) idque fraudationis caussa sit celebratus, siue tacitè, *vt in vsucapione*, siue expresè titulo ad transferendum rei dominium, vel ad ius aliquod in re acquirendi habili. 2. Vt actum alienationis sequatur traditio. *Nec enim alienatum, licet venditum, quid censetur, nisi secuta traditione. Vult. hic num.* 16. *& seq.*

Quæ hic proponi & probari debent?

R. Omnia ista requisita; Vtpote quibus demum probatis factæ alienationis rescissio, & omnium in pristinum statum restitutio ita fit, vt iudex pronunciet rem traditam non esse, ideoque in bonis debitoris mansisse. *Vult. eod.*

Quæ est actio Fauiana?

R. Est actio quæ datur patrono in reuocandis bonis liberti inter viuos, vel vltima voluntate fraudulenter alienatis, vt minus tertia parte patronus habeat. *l.* 1. §. 1. *ff. si quid in fraud. patroni.* §. *sed constitutio nostra, sup. de succeff. libert. Brederod hic.*

Cui, aduersus quem datur & ad quid?

R. Patrono (qui si plures fuerint, omnes vnam partem habent) *l. si patronus.* §. *si plus. l. quocunque. ff. eod.* eiusque heredibus & successoribus; Aduersus rerum à liberto in fraudem alienatarum possessores, siue fraudis conscij fuerint, siue non (*Quia hic non persona, sed rei fraus magis attenditur.*) *l.* 1. §. *dolum.* §. *si libertus ff. eodem.* Item aduersus eorum successores. *Oldend. eod.* Datur vt res ablata (vna cum fructibus non tam ante, quam post litem contestatam perceptis. *l.* 15. *vlt. ff. eod.*) si diuidi non potest, *vt seruitus*, in solidum restituatur, *d. l.* 1. §. *quamuis antea ff. eod.*

Quamdiu datur?

R. In perpetuũ; *Quia rei habet persecutionẽ. l. si patronus ff. eod.*

Quid differt à Paulianâ?

R. 1. In

R. 1. In Pauliana creditor conuenit quemlibet è poſſeſſoribus in ſolidum quatenus ad eum peruenit; hæc, ſi in plures res ſuas libertus alienauit, pro rato in eos datur. *l.1. §. ſi pluribus. ff. hic.* 2. In illa creditor reuocans res ſuas non reſtituit pretium, hic omnino illud reſtituit patronus. *Puta quia creditor agit de damno vitando, patronus de lucro captando.* Datur tamen emtori electio vtrum malit rem, an pretiũ reſtituere. *d.l.1.§. ſi quis in fraudem. ff hic. Kling. hic.*

Quæ ſunt huius actionis requiſita?

R. Ea ipſa quæ actionis Paulianæ. *Nempe fraus alienantis in alienatione quidem inter viuos, in ea quæ eſt per vltimam voluntatem à neutra parte dolus requiritur. l.1. §. dolum. §. ſi alienatio. ff. hic.* 2. miſſio in bonorum liberti poſſeſſionem. 3. Vt ijs excuſſis patronus non potuerit partem tertiam ſuam conſequi, *Kling. eodem.*

An non ceſſat aliquando hæc actio?

R. Omnino ex his cauſſis. 1. ſi poſt excuſſionem patronus poteſt tertiam partem ſuam conſequi. *ſec. ante dicta.* 2. aut ſi non poteſt eam habere inde, quod libertus bona quædam amicis ob bene merita alienauit. *l. vinus. ff. eod.*

Quæ eſt actio quaſi Fauiana?

R. Quæ filio arrogato datur ad id quod à patre adoptiuo in fraudem eius alienatum eſt. *l. fin. ff. eod.* puta ita vt poſt emancipationem vel exheredationem quarta (ei iure iſtis caſibus debita, §. *cum impubes. ſup. de adopt.*) extare non poſſit, vſque ad iſtam quartam reuocandum. *d. l. fin.*

Quæ eſt Caluiſiana?

R. Ea (*& ipſa perpetua*) indifferenter competit tam creditoribus, quam patronis ad reuocandas alienationes in fraudem eorum factas. *l. in Fauiana. ff. ſi quid in fraud. patr.* Ideoque ad formam iſtarum actionum ita exigẽda, vt cum à creditoribus exercetur, ſit ſimilis Paulianæ, cum à patronis Faulanæ. *Oldend. de act. Caluiſiana.*

Quomodo proponi debent hæ actiones Fauiana, quaſi Fauiana, & Caluiſiana?

R. Cum harum differentiæ a Pauliana modo ſint ſecundum circumſtantias, ijs mutatis & probatis, eodem modo proponi debent quo Pauliana, eodemque probari.

Actio-

Actiones Auocatoriæ.

Quæ est actio Seruiana?

℟. Actio Seruiana (sic à Seruio Prætore autore, aliquando etiam pignoratitia, dicta) est actio prætoria realis, quæ datur locatori ad res, in prædium conductum vt perpetuo illic essent illatas vel inuectas, scienter alienatas à conductore, reuocandas; tanquam ipsi pro pensione & rei locatæ deterioratione tacitè obligatas, donec ei satisfiat. §. 7. *hic. Schneid. eod.*

Cui datur hæc actio & aduersus quem & ad quid?

℟. Datur domino fundi, seu locatori, eorumque heredibus; aduersus colonum, siue inquilinum, ad persequenda ea, quæ à colono inuecta & illata sunt; & quidem iure pignoris, tanquàm ei pro mercede aut deterioratione obligata vt dictum, §. *eod. l. 5. C. locati. Perez. hic.*

Quæ sunt requisita huius actionis?

℟. Tria. 1. Vt actor dominus rem colono vel inquilino locauerit. 2. res alienata sit locatori pignori obligata, & eiusmodi quæ obligari potuerit. 3. Vt sit in bonis coloni vel inquilini. *Vult. hic. eod.*

An hic nulla est diuersitas inter prædium vrbanũ & rusticũ?

℟. Omnino; (vt ante dictum cum de pignoribus ageremus) puta quod inuecta in prædium rusticum non obligentur nisi per expressam conuentionem. Illata in prædium vrbanum citra vllam conuentionem tacitè: *Idq; ob rationem ibi expressam. Old. hic. num. 5.*

An non hæc actio aduersus extraneos possessores competit?

℟. Omnino; sed postquam bona conductoris & fideiussoris fuerint excussa. *l. certi iuris. l. ne. no. C. de locat. condict. Bred. hic.*

Quæ est actio quasi Seruiana?

℟. Actio quasi Seruiana (*quæ & hypothecaria dicitur, & ad exemplum Seruiana est introducta*) est actio in rem prætoria; quæ datur creditori, contra rem, ipsi vel tacitè vel expressè obligatam, possidentem; Ad eiusdem rei possessionem consequendam; Eamque, nisi à debitore fuerit redempta,

vel

vel retinendam, vel alienandam. *Vers. quasi Seruiana. §. eod. hic. Perez hic. In eo à priori differens, quod cum priore sit specialis locatoribus, hæc generalis, qualibuscunque creditoribus competens.*

Quæ sunt requisita huius actionis?

Rſ. Tria. 1. vt Actor sit creditor, & ius pignoris habeat in rem quam persequitur. 2. vt pignus reuera fuerit constitutum; & ita vt eo tempore quo id constituebatur, fuerit in bonis debitoris. *Vult. eod.*

Cui datur hæc actio, aduersus quem & ad quid?

Rſ. Datur. 1. specialiter cuilibet creditori, cui bona debitoris sunt expressè obligata. *l. si debitor l. si fundus. §. si duo pariter ff. de pignor. & hypothec.* eiusque heredibus, & quidem omnibus in solidum. *l. 1. C si vnus ex pluribus appell. l. solutum. §. si creditori. ff. de pignor. act.* 2. legatario, cui res legata est oppignorata. 3. cessionario vel pignoris emtori, 4. secundo creditori cui à priore nomen debitoris sui obligarum vel pignori datum. *prius tamen principali debitore excussò. Auth. hoc si debitor. C. de pignor. & hypothec.* Aduersus debitorem principalem cuius res pignori obligata est. *d. Auth. hoc si debitor.* eiusque hæredes, vel tertium eiusdem possessorem. *l pignoris C. de pignorib. & hypothec.* vel eum qui dolo desijt possidere. *l. fundus. §. in vindicatione ff. de pignor.* Ad rei oppignoratæ persecutionem, *l. rem alienam. ff de pignor. act.*

Quæ itaque Actor in hac actione debet proponere & probare?

Rſ. Proponere debet singula requisita: Quo facto petet rei oppignoratæ donec sibi satisfiat, auersæ possessionis restitutionem; vel ipsam nondum auersam possessionem. Probabit deinde, *si quidem agat aduersus principalem debitorem:* cum pignoris obligationem à debitore factam, tum ipsam debitoris rei oppignoratæ possessionem: Et quidem eam rem tempore factæ obligationis fuisse in bonis debitoris: *Si agat contra tertium possessorem, causam à debitore principali habentem*, speciatim debitoris in bonis tempore obligationis, rem obligatam fuisse adeò probare debet, vt quâuis hypothecam habeat, probata debitoris possessio nõ sufficiat; Quod si possessor tertius à principale debitore causam non habeat, Actor tantum probare tenetur debitorem

rem fuiſſe dominum, vel ſaltem quaſi dominum rei oppignoratæ. *Kling. hic.*

Actiones prætoriæ perſonales.

Quæ ſunt actiones prætoriæ rei quidem perſecutoriæ?

R. Proponuntur ab Imperatore tres. 1. de conſtituta pecunia. 2. de peculio. 3. actio in factum ex iureiurando, §. 8. *hic. Qui plures eſſe fatetur ad finem huius §.*

De Conſtituta pecunia.

Quid hic vocas conſtitutum?

R. Eſt conuentio, qua quis citra ſtipulationem ſoluturum ſe, quod vel ipſe vel alius debet, reſpondet, *Cuiac. D. & C. de conſt. pec. Vult. Inſt. hic. num. 1.*

Quid conſtituere?

R. Conuenire & conueniendo ſe obligare ad id quod iam debitum eſt. *Oldend. claſ. 4. art. 8. princ.*

An ergo conſtituere idem eſt, quod fideiubere?

R. Imò verò latius patet. 1. Conſtituit quis etiam pro ſe ipſo, §. 8. *hic.* fideiubet tantum pro alio *ſupra de fideiuſſ. princ.* 2. Aliud pro debito conſtituere permiſſum, *l. 1. §. an poteſt. ff. de conſt. pecun.* minimè in fideiuſſione, *l. ſi ita. ff. de fideiuſſ.* 3. Conſtitutum fit nudo pacto nulla interpoſita ſtipulatione. §. *hic. eod.* non fideiuſſio. *ſec. ante dicta.*

Quæ poſſunt conſtitui?

R. Res omnes quæ in ſtipulationem veniunt, *l. 1. §. 6. l. 21. 23. ff. hic.* Etſi Edictum de pecunia tantum loquatur, cum ea appellatione omnes res ſignificentur quæ ſunt in commercio. *l. 2. C. de conſt pecun. l. 5. princ. de verb. ſignific.*

Qui poſſunt conſtituere?

R. Omnes qui poſſunt, ſiue proſe, ſiue pro alio obligari, *d. §. 9. l. 1. C. hic. l. 5. §. 2. ff. eodem.* Ita vt qui pro alio conſtituit ordinis vtatur beneficio. *Gayl. 2. obſ. 28. princ.* & ſi conſtitutum ſoluit, à principali debitore ſolutum repetat vel mandati, *l. 10. §. 11. ff. mand.* vel negotiorum geſtorum actione. *l. 20. §. 1. eod.*

Quo-

Quomodo constituitur?

R. Quibuscunque verbis citra stipulationem, vt satisfaciam tibi, & similibus. *Auth. si quando. C. eodem.* etiam ex interuallo per nuncium & epistolam, *l eum qui. 5. §. Iulianus l. 14. §. fin. cum. l seq. ff. eod.* 2. Certo loco & tempore. *Vves. eod.* etiam alio, *quod quouis loco constitutum idoneè petatur. l. 16. §. 1. ff. hic. Solui tamen ex constituto tantum ei debet cui constitutum, nisi adiectus sit, l. 7. §. 1. l. seq. hic. Treut. thes. 10. & 11.*

Cur ex nudo pacto hic datur actio, cum aliàs ex eo tantum iure ciuili detur exceptio?

R. Non tam ob generationem pacti, (*cuius tamen in iure magna vis*) quàm quod deliberatè id quod ante debebatur se soluturum constituat, & ideò non tam nouum debitum contrahat, quam contractum agnoscat, atque ita orta ex constituto obligatio priori accedat, *Perez. hic.*

Quid est actio de constitutâ pecuniâ, alias constitutoria dicta?

R. Est actio prætoria personalis rei persecutoria, quæ datur aduersus eum qui constituit se soluturum, quod prius ipse vel alius ex quacunque causa etiam ex nudo pacto & naturali tantum obligatione debebat. §. 9. *hic. l. 2. C. de const. pec. Perez. hic. Eam receptitiæ similem visam ait Imp. quod licet vtrimque manifesta esset non vna differentia, vtrimque tamen quis, quod ipse vel alius deberet, constituebat vel recipiebat. Differentias vide apud Vult. ad Instit. hic. num. 4. Iurisprud. lib. 2. cap. 15. num. 30. Schneid. hic. Hodie sublatâ receptitiâ locus est actioni huic.*

Cui datur hæc actio?

R. 1. Creditori. 2. hæredibus eius cui constitutum est factum, *l. 2. princ. vers. sed & hæred. C. eod.* 3. Procuratori loco domini, *l. 5. §. 6. ff. eod.* 4. Pupillo. 5. municipibus, furioso, prodigo, ex constituto facto tutori vel curatori. 6. illi cui restituta est hæreditas, *l. 22. ff. eod.* 7. domino ex constituto quod seruo factum. *d. l. 5. ff. eod.*

Aduersus quem?

R. Aduersus. 1. ipsum constituentem, *siue pro se, siue pro alio se soluturum constituat. text. hic.* eiusque hæredes.

l.1.C. eod. 2. contra filiumfam. constituentem, *ita vt pater eius de peculio teneatur, d. l.1. §.3. ff. eod.* 3. Contra fœminas, pro se, non pro alio constituentes, propter, SC. Velleianum, quo pro alijs intercedendo non obligantur efficaciter, *t.t. ad SC. vell.*

Ad quid competit?

R. Vt reus conuentus det vel faciat quod constituit, si quidem certum fuerit; si incertum, vt tanti condemnetur quanti iuratum fuerit. *l. qui iniuria. num. 29. ff. de const. pec.* Item vt pignus det constituens, vel fideiussores vel instrumentum, *l. qui autem. §.1. ff. eod. nec enim debitum tantum, sed & eius accessoria in constitutum deduci possunt. d.l. qui autem §.1. ff. eod. Old. hic. num.* IV.

Quæ sunt requisita huius Actionis?

R. Tria. 1. vt res constituta sit debita; siue naturaliter tantum; siue simul etiam ciuiliter 2. vt constitutum sit factum citra stipulationem. 3. vt quod constitutum est nondum sit solutum. *Vult. Iurispr. lib. 2. cap. 15. num. 36.*

Quomodo proponitur?

R. Actor dicit, cum ipse & Titius in eadem essent negotiatione, Titium pecuniæ indigum rogasse vt mutuo sibi ab actore darentur; dedisse se, atque eos ita Titium accepisse; vt Kal. Maijs se eos redditurum promitteret: Quod cum præstare non posset, Seium eosdem aureos se soluturum promisisse siue constituisse; quo constituto cum Actori efficaciter sit obligatus, petere se ad dictos aureos soluendum Reum condemnari. *Kling. act. de constituta pec. hic.*

Actio de Peculio.

Quid vocas peculium?

R. Peculium *(quasi pusilla pecunia, seu pusillum patrimonium)* est quod domini seruis, vel patres suis liberis, separatim à rationibus suis deducto eo quod ipsis debetur, habere permittunt. *Treutl. vol.1. disp.24. th.* 10. Adeò vt sit eorum qui sunt alieni iuris, cum patrimonium propriè dicatur eorum qui sunt sui iuris. *l. paterf.* 182. *in fin. ff. de V.S.*

Quotuplex est seruo vel filiofam. peculium?

R. Ter-

R. Seruo vnum tantum, *puta profectitium*. Nempe quod serui frugalitate de demenſo comparcentes ſuo parabant, vel ſibi donari officio ſuo meruerant, permiſſuque domini ſeparatim à rationibus dominicis habebant. *l.4. l.40. ff. de peculio.* Filio quadruplex. 1. Itidem *profectitium* hoc eſt de bonis paternis profectum, quod concedi ſolebat à patre filiofam. vt eius induſtriam in bonorum adminiſtratione & negotiatione exerceret. 2. *Aduentitium* quod ei aliunde, puta à matre, auo vel ex cognatorum teſtamentis obuenit. 3. *Caſtrenſe*, quod vel in militia acquirit, vel ex militari pecunia comparauit. 4. *Quaſi caſtrenſe*, quod ex publico officio, vel profeſſione bonarum literarum, vel ex patrociniis cauſſarum acquirit in poteſtate adhuc. *Old act. claſſ.4. act.7.* Quæ duo poſteriora peculij genera filius non tam ex permiſſu patris habet quam legis, vt & hodie aduentitium. *Vult.comm. Inſt.hic. num.5.*

De quo peculio datur hæc actio?

R. Olim reſpectu filij, etiam de aduentitio *(ſed pagano tantum, non caſtrenſi vel quaſi viuo filio, quia ipſe filius de eo quaſi paterfam.in ſolidum poteſt conueniri.l.4 ff.de caſtr.pecul. l.2. ff.ad. SC. Maced.)* hodie de profectitio tantum *(quia in eo pater habet tantum vſumfructum)* niſi eius adminiſtrationem filiofam. permiſiſſet, *l.cum oportet.§.2. ff.de bon.qua lib. Poteſt tamen pater tanquam eius peculij legitimus adminiſtrator conueniri. Schneid. hic. num.14.*

Quid eſt actio de peculio?

R. Eſt actio in perſonam prætoria, qua pater vel dominus tenetur ex contractu ſeu negotio geſto à filiofam. vel ſeruo merce peculiari ipſis ignorantibus, vel ſcientibus, vel extra illam ipſis ſcientibus in quantum peculij vires pati poſſunt. *Vult.eod.num.14.*

Ad quid datur hæc actio?

R. Ad tradendam rem quæ eſt in peculio pro ſolutione debiti à ſeruo vel filio contracti, ſed quatenus ſe peculij quantitas extēdit, deducto eo quod patri vel domino competit. *l.9.§.1. & ff.eod. Schneid. hic.num.36.*

Quæ ſunt requiſita huius actionis?

R. Duo. 1. Negotium aliquod cum filiofam. vel ſeruo

geſtum eſſe non tamen eiuſmodi quo ſerui ſe dominis auferunt. *l. cum ſeruus. ff. mandati.* 2. Actorem dirigere actionem ſuam in peculium & quidem in profectitium vel dominicum. *Vult. Inſt. eod. num.* 16.

Quomodo proponitur hæc actio?

R. Actor dicit Sempronium reum habere Titium filiũ vel Lucium ſeruum in poteſtate, Eo Titium filiumfam. vel Lucium ſeruum ſciente, & patiente patre vel domino habere peculium ſeparatum à rebus paternis, vel dominicis. Titium vel Lucium emiſſe à ſe merces pro centum florenis, Eas verò Reum, quamuis multoties interpellatum, ſoluere recuſaſſe. Petere itaque ſeeundem reum Iudicis ſententia condemnari, & compelli vt de peculio ſerui vel filij iſtos centum florenos ſoluat vna cum damno & expenſis. *Oldend. eod.*

Cur dicis in definitione dari hanc actionem ex contractu filij-fam. vel ſerui?

R. Quia in delictis differentia eſt inter patrem & dominum; puta ſi ſeruus deliquit vel noxam reſarcire dominus poteſt, vel ſeruum noxæ dedere. *tit. de noxalib. act.* quod in filio, hodie quidem, non habet locum: *Vt infra dicetur.*

Cur hæc actio introducta eſt à prætore?

R. Quod, cum de iure ciuili quiſque tantum ex proprio contractu, atque ita, nec filij pro patre, aut pater pro filio; multo minus dominus pro ſeruo teneatur, *t. t. C. ne fil. pro patre.* tamen cum pater & dominus ex contractu filij vel ſerui lucrum ſentiant, peculium concedendo permiſiſſe negotiationem videantur, Prætor æquum iudicauit vt onus obligationis & actionis ſuſtinerent. *Perez. hic.*

Actio ex Iureiurando.

Qua eſt actio ex iureiurando?

R. Actio ex iureiurando *(in factum dicta non tam quod in factum ſit concepta, quam quod de facto, hoc eſt an iuratum ſit non an iure ſit iuratum in eâ quæratur. Vult. Inſt. hic.)* eſt actio prætoria perſonalis ei competens qui accommodante Prætore & petente aduerſario iurauit aliquid ſibi deberi, vel

rem

rem aliquam ſuam eſſe. §.11. *hic. Vult. Iuriſpr. eod. num.* 40. *A Prætore introducta non dabatur actio ex iuramento nudo citra cauſſam præcedentem.*

Cui datur?

R. Datur ei qui iurauit *(vt in definitione dictum)* deferente aduerſario eiuſque heredibus, *l. ait Prator eius rei ff. de iureiur.* Principali ex procuratoris vel defenſoris iuramento. *l. nam poſteaquam. §. 6 ff. eod.* Patri vel domino ex iuramento filiſam. vel ſerui. *l. ſeruus l. multo magis. 24 ff. eod.* Fideiuſſori ex iuramento rei. *l. in duobus.* 28. §. *quod reus.* 1. *ff. eod.*

Aduerſus quem datur?

R. 1. Aduerſus iurantum deferentem eiuſque ſucceſſores ſiue ſingulares ſiue vniuerſales, reſpecta tamen qualitate cauſſarum ex quibus iuratum. *d. l. nam poſteaquam. l. 3. §. quacunque act. ff. eod.* ſiue in reali ſiue in perſonali actione. *d. l. iuſiurandum.* 34. §. *ait Prator ff. eod. (habet enim locum in vtroque actionum genere licet ipſa ſit perſonalis)* 2. Aduerſus ſocium deferentis licet ipſe non detulerit. *d. l. in duobus in princ.* 3. Ex iuramento ſeruo, vel filiofam. delato contra patrem vel dominum quatenus in peculio. *l. quidam. ff. eod. Breder. hic.*

Ad quid datur?

R. Ad id in quod iuratum eſt obtinendum ab Actore, hoc eſt in actione reali ad rei cum omni cauſſa reſtitutionem. In actione perſonali ad contractus, eorumque quæ contractum ſequuntur obſeruationes. *Bred. eod.*

Quid hic quæritur?

R. Tantum an iuratum ſit, non an id quod petitur debeatur. *Text. hic.*

An in quouis iuramento præſtito locum habet hac actio?

R. Imò verò. 1. in iuramento parti a parte delato ſeu relato. 2. & quidem in iudicio delato vel relato. *Vult. Iuriſpr. hic. num.* 10.

Quæ ergò ſunt requiſita huius actionis?

R. Tria. 1. Vt iuramentum in iure vel iudicio delatum, vel relatum ſit. 2. reuera iuratum, vel (quod idem) iurare parato remiſſum. *l. 6 ff. eod.* 3. res ex obligatione vel iure dominij aliove debita non ſoluta. §. *eod. hic. Vult. eod.*

Quomodo proponitur?

℟. Actor dicit se ante hac Reum in ius vocasse propter summam ducentorum florenorum sibi ex contractu tali debitam, Reum negato debito sibi actori iuramento detulisse, sed id in modo præstitisse, Reum verò debiti petiti solutionem hactenus differre, licet interpellatum. Itaque petere se vt ad dictę summæ solutionem condēnetur ac compellatur. *Schneid. hic. Quia verò ex diuersis caussis iuratur, secundum causæ varietatem narrauit Actor qualiter iurauerit, & petet cum ita iurauerit, realiter agendo, rem sibi restitui, agendo personaliter, rem sibi dari.*

Qua in hac actione principaliter probanda?

℟. 1. Iuramentum à Reo Actori delatum. 2. Ab ipso præstitum esse. 3. Et quidem in continenti vel iuratum esse vel saltem acceptatum esse. *Schneid. eod. num.* 113.

De Iuramento.

Hæc actio cum iuramento nitatur dic quid est iuramentum?

℟. Est affirmatio religiosa, *Cic. 3. off.* Vel inuocatio Dei qua petimus vt testis sit nostræ asseuerationis, & puniat fallentes. *Vvesp. par. hic. num.* 2.

Quot eius sunt ſpecies?

℟. Duæ, vna de caussa non controuersa, altera de caussa controuersa interponi solita. *Treutl. disp. de iureiur. th.* 1. *lit.* 6.

Qua iuramenta solent adhiberi in caussis controuersis, & quare?

℟. Adhibentur, 1. aut solum religionis inijciendæ caussa, vt iuramentum calumniæ & iuramentum malitiæ ei affine, 2. testimonij. 3. purgationis. 4. Aut caussæ decidendæ, vt I. voluntarium, II. necessarium, III. iudiciale, IV. iuramentum in litem.

Quod vocas iuramentum calumniæ, seu propter calumniam?

℟. Quo affirmamus nos nō calumnię, id est alterius vexandi caussa, sed bona fide aliquid facere. *Pac. epit. disp.* 24. §. *de iuram. propt. calum. th.* 5.

Quotuplex est?

℟. 1. Vel iudiciale, quod præstatur in actibus iudicialibus,

de

de quo C. tit. de iureiur. propt. calum. dand. Vel extraiudiciale, quod præstatur in actibus extraiudicialibus. *Vvesenb. par. eod. num. 5. in variis cautis.*

Quotuplex est Iudiciale?

R. *Generale* quo in exordio facta litis contestatione iuratur nihil in tota causa calumniæ causa factitatum iri. *Nou. 49. §. pen. de his qui ingred. & appell. Speciale alijs & ipsum dictum cum specialiter præstetur debita contestatione. Cuiac. ad Nou. 39. in fin. Pac. eod. th. 7. c. 1. & pen. extr. de iur. cal. Quod hodie sufficit. Vvesenb. eodem.* Et Speciale quod olim in singulis iudicij partibus exigebatur, *l. 1. C. eod.* hodie exigente aduersario vsque ad conclusionem in causa, & post eam ex mero iudicis officio præstari solet, *d. l. 1. vbi Bal. num. 8. C. eod. Maran. de iuram. calum. num. 3. part. 6. de iur. spec. Rosb. prax. ciuili. hic. num. 4.*

Qui iurant de calumnia?

R. 1. Personæ principales tam Actor, quam Reus, eorumque heredes. *Auth. principales C. eod.* nisi ob iustam causam (puta ætatis vel furoris aut aliam,) excusentur. 2. qui pro alijs intercedunt, vt aduocati, §. 2. *C. eod.* tutores, curatores, *d. l. 2. §. quod obseruari. C. eod. 3.* item procuratores ad id speciale mandatum habentes. *c. 3. §. pen. & vlt. ext. eod. Procurator tamen ex officio datus ad hoc iuramentum præstand. im cogendus non est, nisi forte quoad processum. Gayl. d. obs. 88. num. 3. & 9. Parentibus autem & patronis omnino remittendum l. licet ff. de obs. parent. & patron. præst. l. si patronus 16. ff. de iure, iur. Cuiac. lib. 9. obs. 37. Rosbach. praxi hic. num. 6. Nec clericus inuitus in vllâ causa iurare tenetur. c. 1. vbi Cuiac. extr. de iur. cal. Ilico Vmmius, disp. de litis con. thes. 8. num. 34.*

In quibus causis ita iuratur?

R. In omnibus causis ciuilibus in quibus incumbit necessitas probationis si exigatur. *l. 12. C. eod. (quod omnes præstant qui suo, vel alieno nomine in iudicio comparent. Obrecht. tract. de iur. calum. c. 4. exceptis paucis)* etiam compromissarijs, ordinarijs, delegatis, *l. 12. pr. & §. patroni C. de iudic. l. 2. §. sed quia vers. licet. ex compromisso. C. eod. Vvesenb. par. eod. num. 7. (An in criminalibus & spiritualibus vide Vvesenb. eod. Gayl. d. obs. 88.)* Item tam insecunda quam prima instantia. *c. 1. in pr. eod. in 6. Vvesenb. eod. num. 7.*

Qua ſunt huius iuramenti capita?

℟. 1. Quod iurans credat ſe iuſtè, non malitiosè agere. 2. veritatem ſuper omnibus reſponſurum. 3. non vſurum falſa probatione. 4. non corrupturum iudicem, nec tabellionem. 5. non petiturum calumnioſam dilationem. *Specul. de iur. cal. §. nunc dicamus. Vveſ. par. eod.*

Quando & quomodo iuratur?

℟. Statim in exordio, *l. 1. C. eod.* vel ſaltem poſt litem conteſtatam, *l. 2. §. 1. C. eod.* intra terminum à iudice ſtatutum, *d. l. 2. §. hoc etiam. Poteſt tamen in qualibet parte iudicij præſtari hoc iuramentum, d. l. 2. §. 1.* Et quidem olim tactis SS. Scripturis, hodiè apud acta publicè *(ſed extra verecundiam ſexus)* præſente aduerſario, *(ſiquidem id perſonæ dignitas vel ſexus, puta mulieris honeſtæ vita ferat. Vveſ. eod. num. 8.)* aut eius procuratore, aut ſaltem citato in præſentia iudicis, aut ſi eo venire nequeunt, coram officijs ad hoc à iudice delegatis, vel apud iudicem prouinciæ, aut defenſorem vbi degunt. Interdum & in domo litigatoris coram miſſis ad hoc ex officio, commiſſarijs, *Vveſ. par. eod. num. 8.*

Quis eſt effectus exacti huius iuramenti?

℟. Non præſtitum vitiat proceſſum, *Gayl. 1. obſ. 84. pr. Marant. eod. num. 2.) non tamen in Camera. Gayl. eod. num. 2.)* Quia ita de ſubſtantia iudicij eſſe putatur. *Rosb. eod. per alleg. Bart. 2.* Actor recuſans hoc præſtare cauſſa cadit, Reus pro confeſſo habetur. *Puta accedente iudicis ſententia declaratoria, d. l. 2. §. quod ſi actor. Gayl. lib. 1. obſ. 86. num. 5. d. Auth. principales. C. Vveſ. eod. num. 11.* In criminalibus inde exſurgit iudicium ad torturam. *Aretin. in tract. de malef. verb. iuramentum Rosb. eod. n. 16.* Præſtitum arcet à calumnijs, præſumtis quidem non tamen expreſſis iurantes. *Marant. eod. num. 12. Vveſ. eodem.* Si peieratum, pœnæ iurantem manent. *De quibus. Vveſ. eod. num. 11.*

Quod eſt iuramentum malitiæ, & qua pœna recuſantis ita iurare?

℟. Quod locum habet, quando aliquid malitiosè propoſitum putatur, vel præſumitur. Et præſtatur quidem tam ante, quam poſt litem conteſtatam in quacunque parte iudicij ex officio iudicis delatum. Pœna non iurantis de malitia

litia eſt quod habeatur pro confeſſo ratione eius articuli ſuper quo pars hoc iuramentum exigit. *Gayl. 1. obſ. 186.*

Quod eſt iuramentum teſtimonij?

℟. Quod teſtibus iniungitur priu quam ad dicendum teſtimonium admittantur. *l. 9. C. de teſtib.* Quod teſti iniurato in præiudicium alterius, præſertim in criminalibus non credatur. *d. l. iureiurandi 9. C. de teſt. t. quoties c. licet c. nuper. eod.*

Quomodo procedit hoc teſtimonium?

℟. Obſeruãda hæc ſunt. 1. Teſtes omnes iurare debent, licet honore aliquo fulgeant. *l. iurisiurandi. C. de teſtib.* 2. De conſenſu partium iuramentum teſtium expreſsè remitti poteſt in ciuilibus. *c. cum tuis Ext. de teſt.* non in criminalibus, & alia ardua cauſſa. *Iac. Ægid. tract. de teſt. num.* 11. 3. Remiſſum a iudice nihilominus deferri poteſt, niſi ante eius auctoritatem ſit remiſſum, *Gayl. 1. obſ. 101. num. 5.* 4. Debet præcedere teſtium depoſitionem. *d. l. iurisiurandi.* non ſubſequi: niſi fortè dicto vel depoſitioni ſtatim connectatur *l. iurisgentium, § quin imò vbi gl. & Dd. ff. de pact.* quod in Camera obtinet. *Gayl. d. obſ. 101. num. 9. 5.* Teſtis citatus ad iurandum & teſtandũ non vltro procedere debet. *Lanfr. præct. tit. de teſt. depoſ. num. 9. 6.* Pars aduerſa, vt iuramento teſtium interſit, citari debet. *Lanfr. eod. num. 4. 7.* Congruo loco & tempore, *(nempe non die feriatâ)* iurare, poſtea tamen die feriata examinari, non recipi poſſunt *Specul. tit. de fer. §. 2. puta quia eſt actus iudicialis teſtium receptio, cap. quoniam Ext. de probat.* 8. In modo & ſolennitate iuramenti ordinationes & conſuetudines iudiciorum obſeruari poſſunt. *Rosb. hic per totum.*

Quid iurat teſtis?

℟. 1. Se veritatem eius rei ſuper qua in teſtem vocatur, quatenus ei liqueat dicturum. 2. nullam falſitatem cõmiſturum vel immixturum. 3. pro vtraque parte & tam ad interrogatoria, quam ad articulos productos quam nouerit dicturum. 4. non prece vel pretio, timore, odio, commodi proprij cauſſa quid intermiſturum ad veritatis ſpectans teſtimonium. *Rosb. eod. per cc. allegg. num. 15.*

Quod eſt iuramentum purgationis?

℟. Quod pro quarundam cauſſarum conditione præſtat reus alioqui ab actore non conuictus, qui purgandi ſui cauſ-

ſa

ſa iurat rem ſe ita habere vt dicit. *Nou.72. c.3. & 124.c.2. Auth. nouo iure C. de pœn. iud. mal. iud.*

In quibus cauſſis defertur?

R. In cauſſis arduis & criminalibus, quando aliquis de crimine eſt diffamatus *(& quæ ijs comparantur matrimonialibus)* etiam ciuilibus quando contra reum ſunt aliqua indicia vel ſemiplena probatio, quibus caſibus iurat tale delictum non commiſiſſe, nec ad tale debitum teneri. *Marant. eod. num.28. vbi etiam de tali iuramento loqui l. admonendi, 32. ff. de iureiur. & t.t. ext. de purgat. cauc. dicit.* Non in actione iniuriarum ſtricto iure quidem, omnino ex æquitate. *Gayl.2. obſ.16.*

An ſemper hoc iuramento quis ſe purgare poteſt?

R. Omnino, ſiquidem nec periurus ſit, nec infamis, nec poſſit conuinci ſeu non ſit compertus in flagranti crimine. *Reyger. Theſaur. verb. iniuria. num.17.*

Iuramentum litis decidendæ cauſſa adhiberi ſolitum quotuplex eſt?

R. Duplex. 1. aut interponitur ob ſolam litis deciſionem, eſtque vel voluntarium vel iudiciale vel neceſſarium. 2. aut ſimul etiam ad coercendum debitorem, & dicitur iuramentum in litem.

Quomodo definiuntur tria prioris generis iuramenta?

R. Variant hic Interpretes à communi *(quam & nos ſequimur)* noſtrorum ſchola. *Vveſ. par. hic. num.7.* Communiter verò dicitur Voluntarium in ſpecie dictum quod extra iudicium à parte parti ex conuentione defertur & ſponte ſuſcipitur, *l.17. princ. l.28. §.10. hic.* Iudiciale dicitur quod in iudicio ex conuentione pars parti defert iudice approbante, *l.12. §.1. C. de reb. cred. l.25. & 26. §. fin. ff. de iureiur.* Inde Iudiciale dictum licet *& ipſum ſit voluntarium.* Neceſſarium eſt, quod Iudex ob defectum probationis cauſſa cognita, cum neutra pars ipſi ſatisfaciat, defert ad veritatem explorandam, vt ad ſententiam poſſit procedere. *l.31. ff. eod. l.3. C. eod. Rosh. prax. cap.67. num.1.*

Qui poſſunt deferre iuramentum?

R. Non modò qui rerum ſuarum ſed & qui litis ſunt domini; puta 1. Procurator vniuerſorum bonorum. 2. Item

rem ſuam datus. 3. Cui iusiurandi delatio mandata eſt (quod delatum ratum habendum.) *l.17. §. fin. l. ſeq. l.34. ff. eod. (Non alicuius certi negotij, nec cui actio tantum non iurisiurandi delatio, vel receptio mandata, d.l.17. §. fin. d.l.18.)* 4. Tutor & curator (*ſed deſtituti alijs probationibus. Vmmius de iur. lit. deciſ. th.2. num.10.*) vel ipſi deferre, vel ijs quod in poteſtate habent deferentibus, autoritatem ſuam accommodare poſſunt, *d.l.17. §.1. & 2.l.35. pr. & §.1. ff. eod.* 5. Seruus & filiusfam. in re peculiari, *modo liberam peculij habeant adminiſtrationem, l.20.21.22.23. ff. eod.* non in re patris & dòmini ſine ſpeciali mandato. *d. l.20. & ſeqq. l.7. C. eod.* Non infantes, vel pupilli. *l.32. l.26. pr. ff. eod.* non minores, *l.e. C. eod.* furioſus & mente captus ſine tutore & curatore. §. *pupillus Inſt. de inutil. ſtipul. d.l.17. §.1. & 2. l.3. C. de in integr. reſtit.*

Quibus deferri poteſt & in quibus cauſſis?

R. Deferri poteſt omnibus cuiuſcunque ætatis, ſexus, conditionis, qui conuenire & conueniri poſſunt. *l. tutor. §.1. 2. ff. eod. Ita vt ſeruo vel pupillo delatum aduerſus eum qui eum deferret eo contentus fuit, cuſtodiri debeat. l. ſed etſi ſeruus cum l. ſeq. ff. eod.* Non tamen cogitur pupillus iurare. Nec alius de facto alieno. *Vt heredi non rectè deferatur. d.l.34. §. pupilli.* Nec actor plenè probare volens. Defertur in omnibus cauſſis & controuerſijs ſiue in rem ſiue in perſonam ſiue interdicto, ſiue pœnali, ſiue alia quauis actione agatur, *l.3. §.1. ff. eod.* etiam in popularibus actionibus modò bona fide & non per colluſionem ſit exactum, *l.3. §.3. eod.* non in criminalibus. *l. ſciant. C. de probat. Duar. cap.10. ad tit. de iureiur. Rosb. hic. num.16.*

Quis eſt effectus iuramenti voluntarij?

R. 1. Delatum quod liberè ſuſcipiatur. 2. ſemel ſuſceptũ omnino, & quidem ea conditione qua delatum, item intra tempus ad quod delatum, ſi pure delatum ſtatim præſtari debeat. *l.5. §. vlt. hic.* 3. neque periurio poſtea detecto retractari. *l.31. in fin. hic. l.1. C. eod.* 4. omnino verò à deferente, (*ſed nondum ſuſceptum*) reuocari poſſit. *l.5. hic. l.11. C. eod.* 5. ſuſceptum ſi reuocetur, pro remiſſo, & ac ſi iuratum eſſet habeatur. *Iaſon. hic. num.31. 6.* præſtitum ab

Actore

Actore actionem parit in factum, *de qua modo egimus*. A Reo præstitum actionem quidem Actori non aufert, exceptionem tamen Reo parit, *l.6.9. hic.* etiam successoribus tam in rem. *l.8. hic.* quam in personam. *l.7. hic.* Vt & successoribus rei competentem, *l.28 §.2. eod. Treutl. disp. eod. th.8.*

Quis est effectus iuramenti iudicialis?

R. Delati hoc proprium quod sine iusta caussa recusari non possit. *l.34. §.6. & 7. l.18. l.9. hic.* sed etsi nihil sit probatum *Vvesenb. par. hic. num.9.* & eo quidem rursus modo quo delatum coram iudice coram quo caussa ventilatur, seu in eius præsentia, præstari debet. *d.l.3. §. vlt. ff. hic.* Nisi remissum vel reuocatum sit. *l.5 §. vlt. l.6. hic. l.11. C. eod.* vel cui delatum id referre malit, aut ad solutionem compelli. *d. l.33. §.6. l.38. eod. Ita tamen vt virum malit deliberandi ei detur spatium. d. l.34. pr. & ibi Dd. & deferens requisitus prius de calumnia iurauerit. d. l. iurisiur. §.4. l.37. ff. hic.* Præstiti idem effectus cum iuramento voluntario (*cum ex conuentione quodammodo descendat*) vt puta eodem modo exceptio & actio Actori & Reo acquiratur. *Vvesenb. par. eod. num.9. Dd. comiter. An sententia post eiusmodi iuramentum requiratur Iure Ciuili variant Dd. moribus id omnino obseruatur. Vvesenb. eod. num.9.* Appellare verò nec iuramentum deferens, *l.12. §. C. hic.* nec delatum referens, *Fachin.1. contr.23.* nec is cui refertur, si illo iurare volente referens victoriam reportet, *d. l.12. §. 1.* Sed omnino is qui siue delatum siue relatum iuramentum præstare iustè recusans, quasi contumaciter recusasset, condemnatur. *d.l.12. §.2. Dd. com. Vmmius. eod. num.66.*

Qua sunt caussæ legitimæ recusationis?

R. *Ex parte deferentis*, 1. si prius de calumnia nolit iurare, *l.3.4. §.4. hic.* 2. si iuramentum delatum semel reuocauerit. *l.11. & ibi Dd. C. hic. Ex parte eius cui delatum.* I. si vt dictum, referre iuramentum malit, II. si aliunde intentionem suam probare velit. *Iason. hic. num.86.* III. si ignoret id de quo iurandum, *sec. ante dicta* IV. si ex iureiurando aliquod damnum, siue existimationis, siue rei familiaris incidere poterit. *Bart. in d.l.38 hic. num.4. Vmmius eod. thes.8.*

An semper coram Iudice caussæ hoc iuramentum præstandum?

R. Om-

R. Omnino regulariter, *(vt dictum)* Nisi iuraturus sit absens, vel valetudinarius, *l.14. & vbi Dd. hic.* Vel senex. *Accurs. ibid.* Vel persona egregia. *d. l.15.* Vel denique mulier *(Quæ tamen moribus nostris in iudicio comparere tenetur, nisi prægnans, & periculum sit vt in itinere pariat. Pacian. 2. de probat. 4. num. 6. vers. tertio) Obrecht. de iuram. calum. c. 9. num. 23.* Qui omnes si ipsius iudicis iurisdictioni subiecti, vel coram ipso vel coram eius Commissario. *arg. Auth. iudex. C. de Episc. & Cler. & Dd. com.* Alterius territorij si sint, coram Iudice loci. *d. l. 4. § 4. C. de iureiur.* implorato à iudice causæ eius auxilio, iuramentum præstant. *Text. d. l. 15. ibi oportet. Vmmius. eod. thes. 10.*

Quæ in delatione iuramenti necessarij consideranda?

R. 1. Hoc deferri à solo Iudice. *d. l. admonendi. l. 12. §. fin. a. 2.* potissimum petente litigante *(an non petente, variant Dd.)* 3. idque causa cognita. *Menoch. cas. 464. num. 27. 4.* Et quidem illi litiganti qui intentionem suam, ad minimum semiplenè, probauit, *(de quo probationis genere infra)* & quidem ita, vt semiplena probatio verè & necessariò concludat, nec aliqua præsumtione eleuari possit. *Mynsi. 1. obs. 68.* Idque in supplementum legitimæ probationis. *Dd. in d. l. admonendi (quod plenè probante Actore, condemnari, nihil probante, absolui Reus debeat, etsi ipse nihil præstiterit. l. qui accusare C. de edend. l. cum reus. C. de pæn.) 5.* Et quidem regulariter in causis & controuersijs ciuilibus, tam bonæ f. quam stricti iuris. *l. in bonæf. C. de reb. cred. & iureiur. l. 3. §. quacunque actione & ibi Gl. & l. admonendi. ff. eod.*

An Iudex hoc iuramentum omni semiplenè probanti & in omni causa indistincte deferre possit?

R. Minimè; *quod enim ad personas attinet.* 1. Tantum admittuntur honestæ & bonæ famæ & vitæ, non viles & infames; *vt quæ nec in aliena causa exceptione omni maiores habeãtur. Mynsi. 1. obs. 68.* 2. Qui veritatem sciunt per sensum corporeum. *Mynsi. eod.* 3. In pari vtriusque Actoris & Rei conditione, paribusque probationibus, Reo potius deferendum, *Menoch. de arb. cas. 190. num. 9. Vtpote cuius causa fauorabilior. Quod ad causam;* debet esse ciuilis *vt dictum* sed parua, & modica, non magna, nec ardua, vel grauis,

Dd.comm. vt ex. gr. matrimonialis, *ſi ad matrimonium diſſoluendum agatur. Mynſ.eod.num.4.* non criminalis (*ſiue ad pœnam corporis ſiue pecuniariam agatur. l.vlt. C.de probat. quæ generaliter loquitur*) *cui matrimonialis comparatur. Zaſ.vol.2. conſ.3. num.27. Plures vide apud Bald. in l.3.num.9.C.hic & Iaſon.in d. l.admonendi.num.103. cum ſeqq. Vmmius eòd.num.83.84.45.*

Quando peti & deferri poteſt?

R. Conſtat. 1. In prima & ſecunda inſtantia vtrumque rectè fieri. *Pet.Foller. ad Marant. part.6. de iuramento. num.20.* 2. Vſque ad concluſionem in cauſſa eius haberi rationem. *Gayl.1.obſ.108.num.1.Dd.commun.* Poſt eam an peti & deferri poſſit, variant Dd. Et tum à litigantibus quidem non rectè peti (*quod concluſum in cauſſa & iudicatum eſſe paria ſint*) communiter ſentiunt, nec à Iudice quidem deferri poſſe, *Tamen cum id ex officio poſſe concludit. Gayl.d.obſ.num.4.*

Quomodo petendum & præſtandum?

R. Sibi deferri litigantes petere debent. *Vmm.eod.th.18. num.93.* Præſtandum parte altera ad hoc citata, *Iaſ. ad d.l. admonendi.num.272. quod nec ſine cognitione cauſſa deferri poſſit. Gayl.eod.num.8.*

Quis effectus delati & præſtiti huius iuramenti?

R. *Delati* quidem, quod neceſſariò ſubeundum *l.3. ibi oportet.hic.2.* Alias tanquam confeſſus is qui iurare nolit condemnandus. *argum.l.38.de iureiur. Vmmius eod. Præſtiti*, quod Actore iurante Reus condemnetur: iurante Reo is ipſe abſoluatur, & Actor condemnetur. *l.74.ff. de iudic.* 2. Actio & exceptio rei iudicatæ competit. *t.t.ff.de re iud. & de except.rei iud.* Ob reperta tamen noua inſtrumenta (*quibus tantum, non teſtibus quis vti velit*) denuò agere licet. *d.l.admonendi* (*Ad quod an reſtitutio in integrum neceſſaria, ſecundum communiorem ſententiam. Vmmius eod.num.99.*)

Quid eſt iuramentum in litem?

R. Eſt quo actor iurat quanti litem, id eſt rem de qua litigatur, æſtimet. *t.t.ff. & C.de in lit.iur.*

Quotuplex eſt?

R. Duplex. 1. *Affectionis*, (quod in ſpecie iuramentum in litem vocatur. *Rosb.hic.num.4.*) quo permittitur Actori rem æſtimare pro arbitrio, 2. *Veritatis*, quo iuratur quanti res

reuera

reuera est seu quanti interest. *Treult. eod. thes. 11. lit. b.*

A quo, cui & contra quem, defertur iuramentum affectionis?

R. A Iudice ordinario, delegato. *Vmm. hic th. 2. num. 4.* & solo quidem. *l. 4. §. deferre ff. eod.* non à parte. Et illi modo, qui litis sit dominus, & eam suo nomine sit contestatus, *l. vulgo, hic.* Proinde non procuratori, *quia litem suo nomine non contestatur*: non pupillo, *Quia licet litis sit dominus, contestari tamen litem non potest.* Omnino minori, *Quia suo nomine consentiente saltem curatore iudicium intendere & excipere potest.* Tutori, & curatori, *d. l. 4. & §. deferre.* Contra reum, *sed Laicum, quod contra Clericum non præstari siue in foro Ecclesiastico, siue ciuili conuenitur, receptum. Vmmius eod. num. 11.* qui ob dolum rem restituere vel exhibere non vult vel non potest, *l. 1. 2. 3. 4. 5. ff. hic. l. 68. ff. de rei vend.* Non contra eius heredem, nisi & ipse sit in dolo. *l. 2. l. 4. C. eod.* vel lis cum defuncto contestata, *vt opinatur Cuiac. par. C. d. t.* Culpa si modo sit; in litem non iuratur, sed iudex id quod interest æstimat. *d. l. 2. §. 1. d. l. 5. hic. Rosb. eod. num. 7.*

In qualibus caussis locum habet hoc iuramentum?

R. In quibus ad rei restitutionem vel exhibitionem agitur. *d. l. 2. & §. 2. l. 5. §. 2 ff. ad exhib.* siue in rem, *d. l. 5.* siue in personam, *§. 31. hic.* siue bonæfidei, *l. 1 §. 26. ff. depos. l. 48. ff. locat.* siue arbitria sit actio. *l. 18. ff. de dolo, d. §. 31.* Idque in rebus æstimationem non habentibus. *l. 1. hic. & ibi Don. Treutl. hic. thes. 11.* Non itidem in actionibus stricti iuris. *l. 5 ff. ad exhib. l. 5. §. vlt. cum l. seq. l. 9. ff. hic.*

In quantum actor potest iurare?

R. Non est certa quantitas in iure expressa ad quam vsque in singulis caussis iuret; vnde quanti rem æstimet iurare potest. *l. 18. princ. ff. de dolo. l. 68. ff. de R. V.* Vt tamen intra certam quantitatem iuret iudex statuere. *d. l. 18. ff. de dolo, d. l. 5. ff. ad exhib.* Imò etiam præstito iuramento æstimationem iurantis emendare potest, & minoris reum condemnare. *Dd. comm.*

Quis ergò est effectus huius iuramenti?

R. Vt nisi ex iusta caussa recedat Iudex à iuramento, tanti Reum condemnet quanti Actor in litem iurauerit. *d. l. 68. de R. V.*

A quo

A quo & in quibus actionibus defertur iuramentum veritatis & ex qua cauſſa, & ad quid?

R. Defertur etiam a iudice. *d.l.4.§.deferre & ibi Bart. l.tutor.8.ff.de in lit.iur.§.31.hic. (offerri tamen etiam à reo poteſt.d.l.2.§.1.l.tutor.ff.hic. Vmm.eod.th.7.)* In omnibus etiam ſtricti iuris, in quibus non ex arbitrio Actoris in litem iuratur; Idque ſiue dolo ſiue culpa res in iudicium deducta nõ extet, vel deteriorata ſit. *l.5.§.vlt.ff.eod Quod in quantum deterior eſt, nec extare dicatur. Don.26.com.10.p.300.num.10. Vmm.diſp.hic. theſ.8.* Ad hoc vtrum iuratus æſtimet quanti verè ſit, ſiue amiſſa, ſiue deteriorata. *Et quidem modo ipſa æſtimatio aliunde non conſtet. d.l.5.§.vlt.*

Quid venit hic in æſtimationem?

R. Non tantum res principalis, verum & id quod intereſt, puta ſi actoris interſit res ſuo die non eſſe præſtitas vel pignora eius diſtracta, &c. *l.3.ff.hic.l.2.§.vlt ff.de eo quod cert.loc.Rosb.praxi.hic. num.8.*

Quis affectus huius iuramenti?

R. Condemnatio Rei iuxta Actoris iuramentum, vt non abſoluere vel minoris Reum condemnare quàm iuratum poſſit, nec ſi ſecus faceret, periurij Actor arguatur. *text. Auth. poſt iuſiurandum.C.de iudic. Nou.82.§.c.10.* Sed ne id incurrat & præcedere hoc iuramentum iudicis taxationem volunt. *Rosbach.eod. num.8.*

Actiones prætoriæ pœnales.

Quæ ſunt actiones prætoriæ pœnales, hoc eſt quæ pœnæ, non etiã rei perſequendæ cauſa competunt, ab Imperatore propoſitæ?

R. Tres. 1. Albi corrupti, ſeu de albo corrupto, 2. Ex edicto de in ius vocando, 3. Ex edicto ne quis eum qui in ius vocatus eſt vi exemerit, §.12.*hic*.

Quæ eſt actio albi corrupti?

R. Eſt actio popularis, quæ datur contra eum qui quid ex albo Prætoris quod iuriſdictionis perpetuæ cauſa propoſitum erat, vel per ſe, vel per alium dolo malo corrupit vel ſuſtulit, idque ad pœnam 50. aureorum; *Textus hic. Schneid. eod.*

Quod

Quid Imperator hic vocat album Prætoris?

R. Album Prætoris erat murus, siue paries dealbatus in eminenti loco, & quidem triplex. Vnum quo descripta erant nomina Decurionum & Magistratuum: Alterum in quo ponebantur edicta temporalia & specialia: Tertium in quo proponebatur edicta generalia, publicam & generalem æquitatem continentia, *Schneid. eod. num.* 14. Quale album hic propriè intelligitur: extendi tamen vtiliter ad alios casus potest. *Schneid. eod.*

Quid si duo vel plures album corruperint?

R. Singuli in solidum tenentur; nec præstatio vnius liberat alium, *Perez. hic. Nisi tamen dolosè alter per imperitiam album corrupit; quod (vt dictum est hic in definitione) dolus, non imperitia aut rusticitas punitur. l. si quis id ff. de iurisdiction. omn. iud.*

Quæ sunt huius actionis requisita?

R. 1. Vt album perpetuæ iurisdictionis causa propositum, id est in loco publico vt de plano legi possit, & quidem ab eo qui habet iurisdictionem affixum, sit corruptum, 2. idque ab eo qui conuenitur, vel eius mandato, *l. 7. ff. de iurisdict.* 3. vt corruptio facta sit dolo malo, *d. l. 7.*

Cui, aduersus quem datur?

R. Cum popularis sit, datur cuilibet de populo & iudicio agere non prohibito, *l. 4. ff. de popul. act.* & quidem, 1. aduersus dolo malo id quod edictionis perpetuæ causa propositum in albo, corrumpentem, *sec dicta.* 2. vel tollentem, licet non corrumpat. *d. l. si quis id. §. seruos.* 3. Item aduersus delentes imagines eorum qui perpetuæ infamiæ causa in foro sunt depicti, *dd. in d. l. si quis,* 4. contra furripientes acta in scrinijs publicis deposita, *Iason hic num.* 12. 5. contra corrumpentis mandatores, *d l. si quis,* ad pœnam mox exprimendam. Aduersus singulos in solidum, *secundum dicta, l. 8. ff. de iurisdict. omn. iudic.* non contra corrumpentis heredes. *Quod contra eos actiones populares non dentur, l. fin. ff. de popul. Action.*

Ad quid & quamdiu datur?

R. Ad pœnam 50. vt plerique Interpretes legunt, seu vt Græci, 500. aureorum. *Vvesenbec. hic in verb. ex albo, & pacat.*

ff. de iurisd. num. 13. hodie arbitraria est. *Vult. hic. num.* 15. applicandum Actori, vt communiter volunt, seu potius, ex natura actionis popularis, (qua non priuatum sed publicum interesse quis persequitur) fisco, *Vult. eod. num.* 16. estque annalis, *l. fin. ff. depos. actio Kling. hic.*

Quomodo proponitur?

℟. 1. Narratur corruptio albi, vel similis, ad quam hæc actio extenditur, facti species, 2. & quidem ita, vt dolus allegetur (licet eum probare hic non sit necesse,) *Vult. eod. nu.* 13. Deinde petitur pœna.

Qua est secunda actio pratoria pœnalis?

℟. Quæ datur in 50. aureos aduersus eum qui contra edictum prætoris venia non impetrata patrem vel patronum in ius vocauit, idque ob læsam reuerentiam eiusmodi personis debitam. *l. penult. 24. ff. de in ius vocando.*

Quæ omnino personæ prohibentur in ius vocari?

℟. Multæ; quædam ratione impedimenti, *vt magistratus & persona religiosa*: Quædam ratione publicæ lætitiæ, aut mœroris, *vt qui vxorem duxit, aut in luctu est*: Quædam ratione reuerentiæ, de quibus hoc Edictum intelligendum, *l. 2. & tt. ff. de in ius voc. Schneid. hic num.* 32.

Cui datur hæc actio, aduersus quem, & ad quid?

℟. Datur patrono contra libertum, *l.* 4. §. *prator ff. eodem*, parentibus contra liberos, *d. l.* 4. § *parentibus*, & quidem parentibus vtriusque sexus, siue naturalibus & legitimis simul, siue naturalibus, siue legitimis tantum, *Iason. hic. num.* 32. & quidem contra liberos vtriusque sexus ipsos in ius vocantes, *l. sed si hac*, 10. §. *liberos ff. eod.* siue emancipatos, *l. fin. C. eod.* siue in patris potestate existentes; *nisi pro castrensi peculio, vel quasi l. lis nulla ff. de iud.* 2. Contra libertum, patronum, vel patronam eorum eiusdemque liberos, vel parentes in ius vocantes, *d. l.* 4. Et quidem in infinitum, idque siue dolosè, siue per ignorantiam, aut rusticitatem ipsos in ius vocauerint. (*Quia huiusmodi personis debetur reuerentia naturali iure, Cuius ignorantia neminem excusat, l. 9. de iur. & fact. ignor.*) & quidem ad pœnam Edicto propositam, patri, non fisco applicandam, *Iason. hic. num.* 41.

Quæ sunt huius actionis requisita?

℟. 1. Vt

R. 1. Vt persona, cui reuerentia debetur sit in ius ab eo vocata, 2. Et ab eo quidem qui reuerentiam debet, 3. Vel saltem ad eius instantiam à iudice citatus. *Schneid. hic, num.* 51. idque vel non petita, vel saltem non impetrata venia. *Iason. num.* 17.

An hæc pœna nunquam cessat?

R. Imò verò. 1. Quando parentes non citati sunt, sed volentes sine venia passi sunt se conueniri, 2. Quando vocantes in ius ante litis contestationem pœnituit citationis, 3. Quando vocatus in ius non comparuit, vel non inuitus comparuit, *Schneid. eod. num.* 65.

Quomodo proponitur?

R. Narrandum parentem, vel quemuis alium qui loco parentis sit, ad instantiam filij sine venia impetrata in ius vocatum, pœnaque distincte petenda.

Qua est tertia pœnalis actio Pretoria & quomodo definitur?

R. Ea quę datur aduersus eum qui citatum in ius vel per se, vel per alium dolo malo exemerit. *Vult. hic per l. 3. §. vlt. ne quis eum*, vel impedierit quo minus vocatus ad iudicem competentem iret. *l. 5. ff. ne quis eum. Perez. hic.*

Cui competit hac actio, aduersus quem, & ad quid?

R. Datur citanti aliquem legitimè ad iudicem *l. 4. ff. eod.* & eius hæredibus, *si eorum interfit. l. 5. §. fin. ff. eod.* 1. Contra quemcunque vi citatum eximentem, siue per se siue per alium: item siue verbaliter siue realiter id fecerit, *l. 1. ibi Iason. ff. eod.* Si plures exemerunt, contra singulos datur in solidum. *l. penult. §. hoc iudic. ff. eod.* 2. Contra dominum cuius seruus eo sciente vi aliquem exemerit in solidum; si ignorauerit dominus factum, noxaliter, *l. 1. §. 1. ff. eod.* 3. Contra eos qui debitores alicuius occultant ne capiantur, aut soluant, vtiliter, *Iason. hic. num.* 103. Datur autem ad id quanti res, quæ in controuersiam deducta est, valet, affectione in litem æstimanda, *l. si per alium §. in eum ff. eod. nec certa pœna à pretore hic definita, Vult. ad Inst. eod. num.* 31.

Qua sunt requisita huius actionis?

R. 1. Vt præcedat citatio iudicis competentis ad forum competens, *l. 2. ff. eod.* 2. vt citatus violenter sit exemtus, *l. 3. §. fin. ff. eod.* nec impedimentum sit ex voluntate detenti

& officiosa detinentis impeditione. *Iason. hic.* 3. vt citatus non comparuerit. *l. penult. §. docere ff. eod.* 4. vt dies actionis præterierit & res fluxu temporis sit amissa, *l. eximendi, ff. eod. Schneid. hic.*

Quomodo proponitur?

R. 1. Narrantur requisita, *(qua omnino probanda)* 2. additur narratio eius quod interest citantis citatum non comparuisse. 3. petitur totius interesse adiudicatio. *Oldend. class. 1. act. 5.*

Actiones Præiudiciales.

Qua dicuntur hic actiones præiudiciales, & cur?

R. 1. Actiones præiudiciales, cum aliàs diuersa ratione dicantur, puta Contingentiæ, *quando causa ita se inuicem contingunt, vt sententia lata in vnâ faciat præiudicium, & pariat exceptionem rei iudicatæ in alia.* 2. Præeminentiæ, siue ordinis; *quando in causis etiam se inuicem non contingentibus graues controuersiæ censentur præiudiciales respectu minorum, vt ijs supersedeat Iudex donec maiorem prius expediat. (vt criminalibus ciuiles, l. fin. C. de ord. iud. vniuersalibus particulares. leg. vlt. C. de petit. hered. cedunt.)* Hic præiudiciales in specie dicuntur actiones, in quibus quæstio status vertitur. *Schneid. hic. ibi. Gothofr.*

Cur & hæ dicuntur præiudiciales?

R. Cum præiudicium dicatur quod ante iudicatum sequentibus sententijs, vel negotijs dijudicandis viam sternit & limites præbet. *Cicer. pro Cluentio* actiones hæ præiudiciales dicuntur, quia viam sternunt, ac formam præscribunt cæteris controuersijs cum quibus concurrunt, aut concurrere possunt, & quibus propositis aliæ interim silent. *Oldend. class. 3. act. 4. Quo sensu etiam exceptiones & replicationes præiudiciales dicuntur eiusdem status ratione, prout vel principaliter agendo, vel incidenter excipiendo, aut replicando quæstio status vertitur. Oldend. eod. num. 1. & 2.*

Qua recensentur ab Imperatore actiones præiudiciales secundum statum?

R. Tres, à Prætore puta introductæ. 1. Per quam quæri-

tur

tur an quis liber sit, an seruus *(quam ferè legitimam causſam habere dicit textus hic.)* 2. Vtrum ingenuus sit, an libertus. 3. Vtrum filius sit, an non *(quam de partu agnoscendo textus.)* Quæ duæ posteriores ex iurisdictione Prætoris subſtantiam capiunt; *cum ad priorem quidem Prætor multa adiecerit, reuera tamen ex SC. sit, l. cognitio. ff. de liber. causſa. Oldend. eod.*

An non sunt plures?

Rz. Cum ſtatus hominis vel sit publicus, vel priuatus, Et ille vel Eccleſiaſticus, ex Eccleſiaſtica; vel politicus, ex politica poteſtate deductus; & priuatum quidem ius Imperator hic explicare inſtituerit: omnino iudicamus nihil hic præiudicatum ijs quæſtionibus quibus de iure perſonarum, ſiue Eccleſiaſticarum, ſiue Magiſtratuum, ſubditorum, ciuitatis, peregrinitatis, gentis nobilitate & obſcuritate quæritur: Et ratione quidem ſtatus ex poteſtate priuata, tot eſſe poſſe actiones præiudiciales, quot modis de ſtatu alicuius conditioneve quæri poteſt. *Vult. Iuriſpr. lib. 2. cap. 5. per tot.* Conſiderandæ verò nobis hic modò ſunt actiones ab Imperatore propoſitæ.

Cum hæ actiones quæſtionem ſtatus, adeoque ius perſonarum concernant ex quo perſonales actiones ſunt, cur dicit Imperator eas in rem eſſe?

Rz. Nòn eſſe, ſed videri eas eſſe in rem dicit, *text. hic.* In quo cum variè ſe torqueant Doctores, placet, videri in rem eſſe, *quia ſtatus petitur quaſi ſuus, & quidem aduerſus quemcunque ratione poſſeſſionis contraria, & ſicut in actione reali petitur pronuntiari rem vel ius ſuum eſſe; ita hic petitur pronuntiari ſtatum illum ſuum eſſe: Vt ita ratione tertij videantur eſſe in rem;* Perſonales tamen non immeritò cenſentur; *quia iuri perſonarum adhærent, & inde. hoc eſt ex poteſtate deſcendunt. Vult. ad Inſt. hic. num. 12. vbi de eâ re latius.*

Prima præiudicialis actio hic recenſita, liberalis causſa dicta, quæ eſt?

Rz. Quando dominus agit contra ſeruum, qui eſt in quaſi poſſeſſione libertatis, & contendit ſeruum ſuum eſſe: Ex diuerſo cum ſeruus, qui eſt in quaſi poſſeſſione ſeruitutis, agit contra dominum, & contendit ſe libertum eſſe. *tot. tit. ff. & C. de liber. causſ.*

Cui & aduersus quem competunt hæ actiones?

℟. *Prima* competit domino aduersus seruum pro libero homine se gerentem; & ex diuerso, seruo aduersus dominum prætendentem seruitutem, (*de quibus duabus speciebus tractat tit. ff. & C. de liberali causſa*) *Quibus vtiliter secundum ordinariam Germaniæ consuetudinem competat. vid. Old. eodem num. 5. Extendi tamen vtilis interpretatio ad alia quomodo possit, latius differendi; pro hoc compendio, non est occasio. Secunda* cõpetit patronis qui libertatis beneficium seruo ex iusta seruitute contulerũt aduersus libertos, post istud beneficiũ, obsequiorum ius patronis denegantes, & ex diuerso libèrtis ingenuos se profitẽtes aduersus patronos se tales falsa opinione asserentes. *tit. si libert. se ingen. esse dic. Tertia* parentibus aduersus liberos debitum honorem non exhibentes, & liberis aduersus parentes partum matris, hoc est sanguinem suum, & quibus ex se procreatis pietatem debent agnoscere recusántes, *l. pen. ff. eod.* Quæ actio ad totam cognationis controuersiam porrigitur, *vt si quis adseratur frater, cognatus, vel negetur, aduersus fratrem vel cognatum. Oldend. eod. num. 5.*

Quid hic iuris circa heredes?

℟. Prima & secunda actio datur heredibus dominorum & patronorum, *vtpote ad quos vt proprietas seruorum, ita ius patronatus transit. l liberti C. de libert. & eor. lib. l si. quis à liberis. §. silent. ff. de liber. agnosc.* non tertia heredibus parentum; Quia patria potestas morte finitur. *sup. quib. mod. pat. pot. solu.* In heredes vero nulla actio præiudicialis porrigitur. *per. rat. apud Oldend. eod. num. 7.* nisi incidenter & per consequentiam, quatenus de statu defuncti controuertitur. Contra heredes in ius & bona ipsius succedentes, *ex. gr. quatenus filij petuntur in seruitutem, quia pater seruus fuerit, &c. Olden. eod. quẽ vide.*

Quid persequimur his actionibus?

℟. Ius subiectionis quod in alicuius persona habemus, vel libertatem à subiectione, quæ aduersus aliũ defenditur: *Et primâ* quidem actione ita, vt dominus petat declarari seruum suum quem prætendit. Qui liberum se prætendit, se talem declarari, & ius seruitutis in ipsum Reo non competere. *In secunda*, vt Actor patronus petat reum declarari suum libertum, sibique ius patronatus in eum competere,

Liber-

Libertus actor ex diuerso petat, se ingenuum declarari, & Reo ius patronatus in ipsum non competere. *In tertia*, vt iudex pronuntiet actorem esse legitimum & verum parentem Rei conuenti. *Quomodo verò hoc genere actionum alia vtiliter persequamur, liquet ex antedictis.*

Quomodo ergò proponenda hæ actiones?

R. In *Prima* ad asserendum seruitutis ius ponit Actor, se in bello tali Reum conuentum cepisse, Ipsum verò vocatum ad certum tempus, & locum, non venisse, nec captiuitatis iuri satisfeciisse: Petere itaq; se Reum sententia, Actoris captiuum declarari, & vt iuis captiuitatis obseruet, condemnari, *Oldend. eodem.* Ad asserendum ius libertatis ponit Actor, se talibus parentibus legitimè progenitum, ac tali loco domicilium semper habuisse, nec vlli seruitia præstitisse; Reum verò contra ius suæ libertatis seruitia exigere: Petere itaque se, liberum sententia pronuntiari, eoque nomine Reum condemnari ac legitimè compelli, ne posthac ad præstandum obsequium Actorem cogat. In *secunda* actione facilis est narrationis & petitionis variato, exemplo præcedentis formulæ. In *tertia*, si quidem Actor se filium Rei se patrem esse negantis, soluto quidem per diuortium matrimonio, secundum ius Romanum dicit; ponit matrem suam intra dies continuos triginta, post diuortium numerandos, ipsi marito, vel eius patri, in cuius potestate erat Reus, se ex eo prægnantem esse, denuntiasse, nec ex aduerso à marito, vel ipsi mulieri, vel eius parenti ipsam ex eo non esse grauidam quicquam denuntiatum, nec custodes qui eam custodirent missos: Petere itaque se, Reum iudiciali sententia compelli partum suum agnoscere, &c. *Kling. hic.* Alias ponit pater Actor, Reum contraxisse matrimonium cum matre sua, ipsumque vnà cum ea cohabitasse; constante matrimonio; vel eo soluto, se Actorem intra nouem vel decem menses ex ea natum, Item reputatum & nominatum & pro filio, ac à Reo ipso vt filium tractatum. *(quippe quibus probatis probetur filiatio. Schneid. Kling. h.)* Petere itaq; se sententia iudicis condemnari ipsum pro filio Reum agnoscat, eumque tanquam talem tractet, *Kling. hic.*

Quibus in casibus ex identitate rationis hæ actiones præiudiciales locum habent, vt inter fratres & sorores, item cognatos & consanguineos, adde virum & vxorem mutari libellus & formari secundum circumstantias variè potest. Kling. eodem.

Tertia Actionum Diuisio.

Qua est tertia principalis actionum diuisio?

R. Qua à causa finali diuiduntur in actiones rei persecutorias, pœnæ persecutorias, & mixtas. §.16.*hic.*

Qua sunt actiones rei persecutoriæ?

R. Rei persecutoriæ sunt, quibus persequimur rem quæ nobis abest, & adest Reo, Vt sunt omnes actiones reales, quarum decem enumerantur à Glossa; Item actiones ferè omnes personales, ex contractu originem trahentes; puta quibus simplum persequimur, id est rem solam, §. 17. *hic.*

Cur dicis actiones quibus simplũ, id est rem solam persequimur?

R. Quia tales actiones quibus, licet ex contractu ortis, ex accidenti agitur in duplum, mixtæ sunt; puta actio depositi quando ex causa tumultus, incendij, ruinæ, naufragij, aduersus negantem in duplum rei depositę agitur, *d.* §.17.*hic. Quia id duplum pœna nomine venit.*

Qua sunt actiones pœnæ persecutoriæ?

R. Pœnæ persecutoriæ actiones sunt, quibus agitur non ad id quod Actori abest, vel Reo adest; sed simpliciter ad pœnam: *Perez. hic.* Puta in actionibus ex maleficio orientibus, principaliter comparatis puniendi delinquentis, exemplique statuendi causa. §.18. *hic.*

Qua dicuntur actiones mixtæ?

R. Quibus partim rem; id est, quod nobis abest: partim pœnam persequimur. §.19.*hic. Perez. eod.*

Qua ponit Imperator exempla actionum rei persecutoriarum?

R. Mutui, commodati, depositi, mandati, pro socio, ex emto, vendito, locato, conducto; Monens simul *(quod dixi)* quatenus ex depositio in duplum agitur mixtam esse actionem. §. 17. *hic.*

Quotuplex actio est ex mutuo?

R. Di-

R. Diximus de eo cum de mutuo ageremus, *pag.* 282. Hic, quibus, contra quem, & ad quid detur, videndum ſpecialius.

Dic ergò, quibus, aduerſus quos datur actio ex mutuo?

R. 1. Datur ei qui rem in mutuum cadentem ipſe mutuũ dederit. §. *mutui autem, ſupra hic.* & quidem ei qui communem pecuniam credidit pro ſua parte. *l. nam etſi fur. §. vult. ff. ſi cer. pet.* furioſo vtiliter, ſi accipiens eum à quo accepit compotem mentis eſſe crediderit. *l. ſi à furioſo. ff. eod.* 2. Abſenti, cuius nomine mutuum contrahitur, ſiue ſcienti ſiue ignoranti, ſiue pecunia abſentis ſit, ſiue numerantis. *l. certi condicto. §. ſi nummos. ff. d. t.* 3. Pluribus numerantibus datur ſingulis pro parte, *niſi aliter conuentum l. cum te. C eod.* Aduerſus 1. mutuo accipientem ſuo nomine, ſiue in ſuam, ſiue in alterius vtilitatem verterit. *l. cum qui mutuum. C. eod.* 2. Adminiſtratorem ciuitatis, *ita vt ciuitas teneatur, ſiquidem pecunia in ciuitatis vtilitatem ſint verſa: alioqui aduerſus ipſum, vt ipſe modo teneatur, l. ciuitas. ff. eod.* 3. Eum qui pecuniam creditam accepturus ſpopondit creditori: *Oldend. claſſ.* 4. *act.* 17. *num.* 4. *& ibi.* 4. Non 1. aduerſus filiumfam. *l.* 4. §. *is autem ff. ad SC. Maced.* 2. Iudicem & eius officialem. *Quinimò cum corrumpendi gratiâ dari videatur, & creditor dans & iudex accipiens puniuntur. l. principalibus. ff. l. ſi quis Iudici. C. ſi cert. pet.* Et datur quidem heredibus, & in heredes.

Ad quid, quando & quamdiu datur?

R. 1. Vt Reus ſoluat tantundem, hoc eſt rem eiuſdem generis & qualitatis; *vt ſupra dictum l.* 1. §. 2. *hic.* 2. Debitore interpellato extra iudicium, ſolutionem differente; ſi interim valor rei mutuatæ decreſcat, etiam vt condemnetur ad id quod intereſt Actoris debito tempore non fuiſſe ſolutum; facta æſtimatione quanti plurimi fuerit à tempore moræ, quamuis nulla interpellatione facta *(ſi ſit veriſimile futurum vt pretium variet)* & quidem quanti plurimi fuerit toto iudicij tempore, *l. Ædiles. §. ſciendum. ff. de Ædil. edict.* Competit autem ſtatim ex obligatione mutui pura: in mutui obligatione ſub conditione & in diem facta, non ante diem & conditionem peti poteſt. *l. proinde ff. ſi cert. pet.* Eſt perpetua. *Oldend. claſſ.* 4. *act.* 17. *num.* 4.

Qua

Quæ ſunt requiſita huius actionis?

R. 1. Rem, & mutuò quidem, reuera datam: *(quæ eſt Natura omnium contractuum qui re fiunt, t. t. de oblig. g. re hic.)* 2. Et quidem ab eiuſdem domino *(quòd alienam pecuniam nomine ſuo mutuo dans non ex numeratione, ſed exconſumtione modò & vſucapione condictionem habeat. l. 19. in fin. ff. de reb. cred.* 3. Vt Actor ipſe, vel cui actio ceſſa, vel qui agendi habet mandatum mutuum dederit. 4. Vt gratis mutuò ſit data. *Vult. Iuriſpr. lib. 2. cap. 8. num. 3.*

Quomodo proponitur?

R. Actor dicit ſe Reo mutuo dediſſe certũ aureos Rhenenſes: Eidemque iſtos ex eadem cauſa accipienti numeraſſe: Reum tot & tales aureos ſe redditurum Actori promiſiſſe, vel ſimpliciter, vel tali loco & tempore *(circumſtantia enim contractus proponenda)* Quibus vt eos ſolueret, ſe Reũ interpellaſſe: Se verò quod non fuerint ſoluti, damnum viginti aureorum paſſum: Petere itaque Reum condemnari, ac legitimè compelli, vt centum aureos, eiuſdem monetæ & valoris ſoluat, & nihilominus viginti aureos, nomine damnorum. *Oldend. eod. Practica.*

Ex contractu commodati dixiſti ſupra oriri duplicem actionem, directam, & contrariam: dic cui, aduerſus quem, & ad quid datur directa?

R. Dari commodanti rem ſuam vel alienam, etiam furi ſeu prædoni, aduerſus commodatarium, ſupra iam diximus. Si plures commodatum acceperunt, in ſolidum aduerſus eos dabatur olim, hodiè tantum ſi quidem ſe in ſolidum nominatim obligauerint. *Nou. de duob. reis. 99.* Quomodo ad id detur vt res commodata cum acceſſorijs reſtituatur vſu finito; deteriorata ea præſtetur id quod intereſt, & perempta æſtimatio, ſimiliter dictum. Addo, 1. Si conuenium vt certo loco & tempore detur dari vt in æſtimando damno non redditi, & eius ratio habeatur. *l. ſi vt certo pr. ff. eod.* 2. Si commodata res vt pignori detur, nec luitur culpa commodatarij, ad id vt luatur. Si à commodatario abſit culpa repignorandi, puta quòd pecuniam vel ſoluerit vel ſoluere paratus ſit, pignus reddere recuſante creditore, ad id vt credatur pignoratitia aduerſus creditorem, ſumptu

commo-

commodatarij exercenda. *d. l. si vt certo. §. idem Labeo. ff. eodem. Oldend. eod.*

Cui, aduersus quem, & ad quid datur contraria?

32. Similiter dictum dari commodatario aduersus commodantem, (etsi non agat) & quibus casibus detur expressum. Datur vero ad id 1. vt soluatur quod interest commodatarij rem commodatam ante expletum vsum non fuisse ablatam vel subtractam, aut nõ fuisse vitiosam, *puta cum id commodator non ignoraret. l. in rebus. §. item quiescenti. l. rem mihi. ff. commod.* 2. Restituantur impensæ maiores necessario in rem commodatam factæ. *d. l. in rebus. §. possunt.* 3. Si re commodata perdita, aut ab ipso commodatario surrepta commodatarius pretium pro ea dederit, & deinde eadem in potestatem commodantis venerit, rectè agitur vt aut rem, aut pretium restituat. *l. in commodato. §. fin. l. sine certo. §. 1. ff. eod. l. rem mihi commodasti pr. ff. eodem.*

Exercentur verò hæ actiones, vel post diem in contractu expressum, vel post vsum rei, l. in commodato. § sicut autem ff. eodem.

Quæ sunt requisita actionum ex commodato descendentium?

32. Directæ requisita tria sunt. 1. Rem quæ petitur, aut cuius nomine ad interesse agitur, commodatam esse ab Actore, aut eo in cuius locum successit, & quidem ad definitum vsum. 2. Eum finitum esse, aut certè commodatariũ aliter quam conuenit re commodata vsum esse. 3. Rem nondum redditam, aut redditam deteriorem idque culpa commodatarij. Contrariæ duo, 1. Rem esse commodatam. 2. Actori aliquid abesse vel rei commodatæ occasione vel commodantis culpa. *Vult. eod. num. 21. & seqq.*

Quomodo proponitur vtraque?

32. In vtraque narrantur requisita iam in singulis exposita, idque secundum facti speciem (vel abusus, vel non redditæ, vel deterioratæ rei commodatæ) In directa quidem petitur vel eius restitutio tãtum, vel simul cum ea quod interest, & damni reparatio, vel si reddi non possit, æstimatio. *Oldend. classi. 4. act. 15. Practica vbi exemplum latius.* In contraria, petitur (secundum facti speciem) damni perpessi reparatio, vel rei commodatæ intempestivè reuocatæ ad vsum restitutio: aliquando æstimatione rei commodatæ fortè amis-

amissæ soluta (*puta si quidem deinde in potestatem commendantis venerit*) eiusdem pretij, vel rei ipsius commodatæ restitutio. *sec. ante dicta. Schneid. hic.*

Actiones ex depositio supra expositæ dic plenius quibus dentur?

R. Diximus supra in definitione huius actionis directam dari deponenti, etiam furi & latroni; hic addimus, 1. ei omninò etiam dari qui rem non quidem suam, sed alienam suo nomine custodiendam dedit, *l.1. pr. §. si te roga vero. ff. depos.* 2. furibus & prædonibus ita hanc actionem quidem dari (*quod ad eorum restitutionem cum domino teneantur, l.15. si prædo 39. ff. eod. sed ita vt si fur, & dominus in petitione concurrant, hic præferatur, l.31. circa med. ff. eod.* 2. dari domino ex depositione serui, siue proprij, siue bona fide seruientis, *l.1. §. non solum,27. ff. eod.* 3. heredibus, bonorum possessoribus, *d. l.1. §. hac actio,29. Qui si plures sunt & diuidi depositum commodè potest, cuilibet pro parte hereditariâ, d. l.1. §. si pecunia* 36. Contraria datur, vt dictum, depositario.

Contra quem datur vtraque?

R. Et hoc supra explicatum; nempe directam 1. contra depositarium dari; hic addimus, dari contra eum, vel habentem, vel dolo malo desinentem habere restituendi facultatem, *d.l.1.§.21.* 2. contra filium vel seruum in solidum; contra patrem vel dominum peculio tenus, *d. l.1. §. filiusf.* Quod filius mancipatus, & seruus manumissus rem depositam si possideant, ipsi soli, non, pater, nec dominus teneantur, *l.21. ff. eod.* 3. heredem depositarij ex dolo proprio in duplum, ex dolo defuncti in simplum teneri, si plures sunt, pro parte hereditaria, *l.7. §.1. ff. eod. Schneid. hic.* Contraria quomodo detur contra deponentem, iam constat ex ante dictis.

Ad quid datur vtraque?

R. Et hoc supra explicatum, ita quidem vt quomodo non modò in simplum, sed certis casibus in duplum detur; *quo lectorem remittimus.*

Quæ sunt requisita vtriusque actionis ex depositio descendentis?

R. *Directa* hæc duo. 1. Rem quæ petitur esse depositam, vel simpliciter, quando agitur in simplum, vel, si in duplum

agatur.

agatur, tumultus, ruinæ, incendij, & naufragij cauſſa, vel depoſitam negari, *ſec. ante dicta.* 2. Rei depoſitæ negari reſtitutionem à Reo, vel à Reo factam eſſe deteriorem. *Contrariæ totidem*, 1. Rem apud Actorem à Reo eſſe depoſitam, 2. Ob eam aliquid bona fide impenſum Actori abeſſe, *Vult. Iurispr. 2. cap. 8.*

Quomodo proponitur actio directa?

R. Actor dicit ſe, cum ob res & negotia ſua foris expedienda aliquandiu ſe abfuturum ſciret, periculi euitādi gratia duo vaſcula plena ſuppellectilis *(iuxta tenorem inuentarij ſuper eo confecti)* apud Titium amicum depoſuiſſe: Ipſum verò Reum iſtius vaſculi curam & cuſtodiam liberè & gratis ſuſcepiſſe: Se vero Actorem reuerſum pro reſtitutione depoſiti vaſculi cum ſupellectile incluſa Reum interpellaſſe, Eam verò à Reo ſine iuſta cauſſa recuſatam: Petere itaque ſe Titium reum conuentum ad reſtitutionem depoſiti vaſculi vnà cum iucluſa ſupellectile condemnari & legitimè compelli: Aut, ſi eam præſtare non poſſit, in æſtimationem non modò detentionis, ſed & totius rei, *Ad quam etiam iuramentum offerri poteſt ab Actore, Bred. hic.*

Quomodo proponitur contraria?

R. Actor dicit ſe, ante aliquot menſes peregrè profecturum, duos equos quibus in itinere opus non habebat, Seium apud ſe depoſuiſſe: Eorum ſe curam atq; cuſtodiam pro Seio amicè ſuſcepiſſe & habuiſſe; Pro pabulo verò ad eorundem equorum curam & ſuſtentationem vtiliter & neceſſario bona fide impendiſſe decem aureos: Iſtorum ſe Reo reuerſo fruſtra petijſſe reſtitutionem, Eam contra amici officium temerè hactenus negatam: Petere itaque ſe cum iniquum ſit alicui officium eſſe damnoſum, Seium ad prædictorum impendiorum decem aureos reſtituendos condemnari & legitimè compelli, *Oldend. Claff. 4. act. 23. de vtraque act. Bred. ex re ibid.*

An non ſunt quadam actionum depoſiti cognatæ actiones?

R. Omnino, de recepto, & actio ſequeſtraria, *Vult. eod.*

Quæ eſt actio ex recepto?

R. Eſt actio depoſiti Prætoria competens vectori vel peregrinati aduerſus nautam, cauponem, vel ſtabularium,

in

in cuius nauim, cauponam, vel ſtabulum, cum diuertiſſet aliquid intulit, ſi ſit ibi deperditum, & non reddatur, *Vult. eodem.*

Quæ requirentur vt hæc actio detur?

R. Sufficit res illatas: *(quod cum nauta, caupo, vel ſtabularius id patitur, eo ipſo exiſtimetur profiteri, nauim, cauponam, ſtabulum ſuum ſatis eſſe tutum in quod res eiuſmodi inferantur. l. 3. §. 1. ff. naut. caup. ſtab.)* Nec neceſſe eſt curæ ipſorum commiſſas eſſe, *Vult. eod. num. 30.*

Quæ eſt actio ſequeſtraria?

R. Actio depoſiti *(cuius ſpeciem ſequeſtrem diximus)* data eſt aduerſus ſequeſtrem; *l. & apud quem ff. eod.* in hoc vt quæ res apud ipſum eſt ſequeſtrata ad voluntatem litigantium, vel ipſis inuitis ei qui ſuperior inter ipſos fuerit reſtituatur, *Vult. eod. num. 30.*

Ad quam quæ requirantur, quomodo itidem proponenda cum ex ijs quæ de ſequeſtratione ſupra, tum ex ijs quæ de actione depoſiti modò dicta conſiderata ſequeſtri naturâ, facile eſt obſeruare.

Actionem ex mandato geminam; directam vnam, contrariam alteram ſimiliter dari ſupra dixiſti, dic plenius cui vtraque detur?

R. *Directa*, datur 1. Mandanti & ei cuius intereſt negotium rectè geri, *(quod, ſi nihil intereſt, actio mandati ceſſet, l. ſi procuratorem §. mandati actio. ff. mandati.* 2. ſubſtituenti contra ſubſtitutorem ſuum, *d. l. ſi procuratorem.* 3. Fideiuſſori qui conuentus à creditore pro debitore ex ignorantia ſimplici, nec admonitus de ſolutione, ſoluit, *l. fideiuſſor. ff. h. t.* Contraria datur 1. mandatario, *l. ſi non remuneranda. §. contrario ff. h. t.* 2. Procuratoribus ad ſumtus probabiles litis, *etſi cauſſa ſinè culpa ceciderint, l. 4. C. h. t.* 3. Fideiuſſoribus & mandatoribus ante iudicium ſoluentibus, *l. idemque. §. idem Labeo Lucius Titius ff. eod.*

Aduerſus quem datur vtraque?

R. Directa quidem 1. aduerſus negotia alterius ex mandato adminiſtrantem. 2. mandatarium excedentem, vel non implentem mandatum, vel id intempeſtiue renunciãtem. 3. Non prorſus quidem deferentem, ſed in expediendo mandantem damno afficientem. 4. Curatorem bonorum ex bonis venditis nõ ſatisfacientem creditoribus venditionem

ditionem mandantibus, *l. si mandauero § si curator. ff. eodem. Contraria* datur aduersus mandantem, vt dictum supra, eiusque heredem, addo, siue expresse mandauerit, siue tacitè, puta si præsens, non inuitus passus est negotia sua geri, *ex. gr. pro se fideiubere alium, vel alias non donandi animo interuenire, si remunerandi, §. si passus*, vel etiam pro se præsente ab aliquo gestum ea tum habeat, *c. ratihabitionem de reg. iur. in 6. & ibi Dynus. Quia ratihabitio retrotrahitur, & mandato ita comparatur, vt ex eâ non minus, quam si mandasset obligetur, vt ibidem. Dynus iuxta capitulum.*

Ad quid datur vtraque actio?

R. *Directa* datur. 1. ad id quod interest mandantis mandatum non fuisse expletum. 2. vel non eo modo quo mandatum erat, *l. 8. §. mandati actio ff. l. ad comparandas. C. h. t.* 3. ad id quod occasione mandati ad mandatarium peruenit, vt id ipse restituat, si possit, alioqui cedat actioni, quam habet ad rem consequendam. *Quia non plus cogendus restituere quam bona fide sit consecutus. d. l. 8. §. dolo autem. ff. d. tit. Oldend. eod. num. 7. Vult. com. ad inst. hic. num. 87.* 4. si pecuniam mandantis sub vsuras credidit, & ad has restituendas. *l. idemque §. 1 ff. eod. Old. eodem.*

Contraria datur mandatario. 1. vt pecuniam det mandans ad explendum mandatum, maximè si iam quædam ad executionem parauit, *d. l. si verò non remunerandi. C. l. vlt. & l. seq. ff. hic.* 2. vt sumptus in exequendo mandato factos bona fide restituat, *etiamsi negotium conficere sine culpâ suâ non potuerit. l. qui mutuam. §. vlt. ff. l. etiam si contrariam. C. hic.* 3. item vsuras consequendas sub quibus oportuit mutuari pecuniam ad exequendum mandatum necessariam, *d. l. si non remunerandi. §. si mihi.* Denique ad omne id quod ex mandato abest; nisi absit fortuito, *l. 12. § contrario. l. 10. §. item. l. ab eo. l. 26. §. non omnia. l. 56. §. fin. ff. hic. Oldend. & Vult. eod.*

Quæ sunt requisita actionum mandati?

R. In Actione *directa* tria. 1. vt mandatum sit datum ab Actore. 2. à Reo susceptum. 3. Ipse verò Reus id, vel omninò non, vel non vt oportet sit executus, vel occasione mandati ad Reum quid peruenerit, ad mandantem pertinens. In *contraria* totidem. 1. datum. 2. ad exequendum

susce-

ſuſceptum eſſe mandatum, 3. eius occaſione aliquid Actori abeſſe, *Vult. eod.*

Quomodo proponitur actio mandati directa?

R. Actor dicit ſe nuper Reo vt ei domum tali pecunia emeret, mandaſſe (*variari debet narratio ſecundum ſpeciem mandati.*) 2. Reum talem domum emiſſe. 3. eique talem domum ex emtione traditam (*puta ſi tradita fuit*) 4. ipſumque ex eadem domo emta mercedem decem aureorum percepiſſe. 5. Se actorem verò, vel ad emendam domum pecuniam Reo numeraſſe, vel (*pro facti ſpecie*) pretium pro emta ex mandato domo ſoluendum obtuliſſe. 6. Reum verò emtam mandato domum tradere, ſeu reſtituere nolle: Petere itaque ſe Reum condemnari vt domum emtam, ſimul cum mercede decem aureorum, ei reſtituat, & vt euictionis cautioni quam à venditore accepit cedat, itemque caueat talem fundum facto ſuo non eſſe oppigneratum, vel quouis modo deteriorem redditum, quam tempore traditionis fuerit. *Oldend. eod. & ex eo Brederod. Analyſi. eodem.*

Quomodo proponitur actio mandati contraria?

R. Actor dicit quod Reus nuper ei commiſit adminiſtrationem fundi Tuſculani; ſe verò eandem gratis ſuscepiſſe; ad fundum verò ipſum benè excolendum quinquaginta aureos bona fide neceſſariò & vtiliter impendiſſe; iſtorum verò quinquaginta aureorum Reum (quamuis admonitum) ſolutionem recuſaſſe: Petere itaque ſe Reum condemnari & legitimè ad eandem ſolutionem, vnà cum vſuris & eo quod intereſt, compelli. *Oldend. eod. & ex eo Brederod. eod.*

Notandum verò eſt hic & in reliquis actionum generibus ritè ſecundum requiſita & circumſtantias facti ſpeciem narrandam, & inde ex actionum natura ſemper petitionem formandam; vnde etiam nos breuitati, vt conſulamus, deinceps in genere id repetere contenti, quomodo petitiones ſecundum actionum naturam & ſpeciem facti formandæ, modò monebimus.

Actio pro ſocio qua dicitur, & qua eiuſdem natura?

R. Eam ex contractu ſocietatis natam, vtrimque eſſe

directam, non, vt ſuperiores, ex vna parte directam, ex altera contrariam, (*puta quod res omnium æquo iure eſt communis ſociorum*) ſupra iam diximus. Natura verò eius eſt quod ſit generalis, *l. 38. ff. to. t.* quia totius ſocietatis, quamdiu ea conſiſtit, rationes exigit; licet quandoque etiam detur in rem, ſiue certam aliquam ſpeciem (*puta vt aliquid ſocietate communicetur quod vnus è ſocijs repetit.*)

Cui datur, aduerſus quem, & ad quid?

℟. Datur ſocijs inuicem, quoties alterum alteri ex bono & æquo aliquid præſtare oportet; item quoties iuſſu alicuius cum filio eius, vel extraneo ſocietas coitur, & aduerſus eum cuius perſona in contrahenda ſocietate ſpectata, *l. vlt. ff. pro Soc. Vult. eod.* 1. Ad ſocietatem contractam complendam, *ſcil. vt fiat nominum ceſſio, & rerum in communi ſecundum ſocietatis conuentionem collatio. l. 3. pr. ff. to. t.* 2. Ad præſtationes perſonales, *puta ad impenſas, fructus & cætera damna in ſocietate communicanda. l. pro ſocio arbiter. l. cum duob. §. damna ff. eod.* 3. Ad pacta ſeruanda, *l. penult. C. eod.* 4. ad recognoſcendas ſingulis annis rationes, *ſec. Bald. Rubr. C. eodem.* 5. ad vſuras, & id quod intereſt poſt moram, veram, vel fictam, *l. Socium princ. ff. eodem.* 6. ad dirimendam ſocietatem, habendamque rationem damni & lucri, eaque inter ſocios diuidenda, *l. 63. §. ſi cum cauſa ff. eod.*

Quæ ſunt huius actionis requiſita?

℟. *Cum ſit vltrò citròque directa, & demum inſtituatur finita ſocietate,* tria notamus. 1. ſocietatem fuiſſe contractam. 2. finitam eſſe. 3. quæ ex ſocietate ſunt communia, vel omnino non, vel non vt oportet eſſe communicata & diuiſa. *Quia verò interdum ad implendam & perficiendam ſocietatem proponitur, puta vt fiat ceſſio nominum & collatio rerum in commune, ſecundum conuentionem & præſtationes perſonales, puta ad impenſas, fructus, damna, &c. item pro ſocietate dirimenda.* 4. ſecundum iſtas circumſtantias, requiruntur defectus impletarum conditionum, perſonalium præſtationum, earumque quæ ad dirimendum contractum ſocietatis ſufficiunt, *Vult. Iurisprud. eod. num. 36.*

Quomodo proponitur, & qua petitio?

℟. Narrantur requiſita ad formandam petitionem pro

circumstantiarum diuersitate, & petitur vel finitæ societatis declaratio, & ex ea rationum redditio, & secundum eam, oblata damni præstatione, lucri adiudicatio: vel nondum contractu impleto, impletionis & præstandorum adiudicatio.

Dixisti supra ex contractu emtionis venditionis duplicem dari actionem inter emtorem, & venditorem, & vtramque quidem ab eo qui competit seu ab Auctore, nominatione distinxisti, dic porrò qualis vtraque, & an vtraque ita semper distinguatur?

R. Vtraque est directa, *tanquam vtrumque contrahentium æque principaliter obligans ad initi contractus conseruationem:* At verò non tantum ex persona & iure Actoris, vna emti seu ex emto, altera venditi seu ex vendito, vel plenius & perfectius vna emti venditi, seu ex emto vendito, altera venditi emti, seu ex vendito emto *(quod vnus sit contractus emtionis venditionis)* dicitur, licet regulariter: Sed & aliquando viceuersa, quæ venditori datur actio non à venditore, sed ab emtore, emti. *l. vn. § si itaque C. si seruus extero se emi. mand. l. Iulianus.* 13. *§. si procuratorem. ff. de act. emt. vend.* & quæ datur emtori à venditore actio ex vendito, dicitur. *l. 26. l. 66. §. si secundus. ff. de Euict. l. ex conuentione. C. de pactis.*

Cui datur actio emti, seu ex emto, & aduersus quem?

R. Datur 1. Emtori *(sed quatenus requisita docebunt) l. 1. ff. hic. tit. & quidem siue præsens siue absens, siue per nuncium, vel epistolam emerit. l. 1. in fin. ff. de contr. emt.* 2. Vtiliter domino cuius procurator emit rem ipsius nomine. *d. l. Iulianus. §. si procurator. leg. cum per eos. C. si quis alteri vel sibi, &c.* 3. Etiam patri, vel fratri à filiofam. *(sed bona tantum castrensia vel quasi)* ementi. *l. si frater à fratre. ff. de cond. indeb. leg. 2. ff. de contr. emt.* Aduersus eum qui rem suo nomine vendidit. *l. 11. ff. hic.* eiusque successores; *sed vniuersales, non singulares; vt cum quibus non contractum, Schneid. hic. num.* 3. 4. Item aduersus procuratorem venditoris directò, aduersus dominum mandantem vtiliter. *d. l. Iulianus. §. si procurator. ff. d. tit.*

Ad quid datur?

R. 1. Et imprimis quidem, ad id vt rei vacuæ possessio tradatur emtori, *l. 2. ff. hic. l. si pater tuus. C. eod.* qua emtori liceat

liceat rem habere, *d.l.*11. §. *si exemto. l.37. ff. de euiction. & ita quidem vt si tradens sit dominus, rei dominium, si non dominus, possessio & per eam vsucapiendi conditio in accipientem transferatur. Vult. com. ad Inst. hic. num.*108. 2. Vel ad interesse quod emtio non sit completa. *l. si traditio. l. cum venditor. C. hic. Vtrum enim ad rem, an ad interesse agere velit, in ipsius est arbitrio.* 3. Ad rei venditæ partus, fructus & accessiones, & ad generaliter omne commodum quod rei venditę post perfectam venditionem accessit. *d.l. Iulianus. §. si fructibus, cum duob. seq.* 4. Ad interesse, quod res debito tempore non sit tradita. (*Puta quia emtor omne periculum post perfectam emtionem sustinet,*) 5. Vt caueatur de euictione. *l. emtor. C. hic. d.l. ex emto. §. vlt.* 6. Ad interesse qualitatis rei celatæ, item euictionis. *l.*15. §. *si venditor. l. si sterilis. §. quamuis. ff. eod. l. non dubitatum. C. de euict. non violenta deiectionis, quia non violentiam, sed euictionem præstat venditor.* 7. Ad præstanda iura realia & personalia, etsi de ea nihil conuenit. *leg. si aqua ductus. pr. ff. de contr. emt.* 8. Ad exhibenda instrumenta rei venditæ, & fines ostendendos. *l. Titius heres. ff. de act. emt. vend.* 9. Ad arrharum dissoluta mutuo consensu emtione repetitionem. *d. l. ex emto. §. is qui vnum. ff. eod.* 10. Ad præstandum periculum quatenus ei se venditor subiecit, *t. t. C. de peric. & com. rei vend.* Denique quicquid alterum ex bona fide præstare æquum est, id hac actione rectè petitur. *Vult. eod. Breder. hic. vid. Oldend. latius. Class.* 4. *act.* 1. *Nempe hac actio & alias tres sub se complectitur.* 1. *Redhibitoriam & quanti minoris.* 2. *de euictione.* 3. *Præscriptis verbis, qua venditor compellatur, ad implenda pacta contractui adiecta, Bred. ex Mynsing. hic. de quibus vt supra egimus, ita ne mole laboret hoc enchiridium, non agemus speciatim.*

Quæ sunt requisita huius actionis?

R. 1. Rem esse emtam. *d.l. exemto.* 2. Pretium esse solutum integrum, vel saltem oblatum, modo debito, & consignato depositum, vel alias fidem de pretio habitam. *text. cum not. Bart. & Paul. de Castro. in d.l. Iulianus.* 3. Rem non esse traditam: aut si quidem sit tradita, abesse aliquid emtori, dolo vel culpa venditoris, aut certe ex conuentione. *Vult. Iurisprud. lib.*2. *cap.*9. *num.*23.

Quomodo proponitur ?

℟. Actor dicit se à Titio Reo, idoneo rerum suarum administratore, emisse domum tali loco sitam centum aureis; Reum in talem contractum consensisse, & vacuam talis domus possessionem se traditurum promisisse: Se Actorem pretium prædictum soluisse, vel Reo eo nomine satisfecisse, vel Reum de pretio fidem habuisse, vel realiter obtulisse, & cum accipere id recusaret, apud talem deposuisse, *puta pro facti ratione, &c.* Interpellatum verò semel iterumque Reum possessionem vacuam prædictæ domus non tradidisse, nec iuri suo quod vendidit cessisse: Quinimò post solutionem pretij venditę domus mercedem accepisse: Se verò Actorem, quod emta domus ei non fuit tradita, viginti aureorum damnum passum: Petere itaque se Titium reum condemnari, ac legitimè compelli, vt prædictam domum venditam eiusque vacuam & liberam possessionem emtori tradat, pensionem 20. aureorum cum decem aureis damni nomine soluat. Quod si talem traditionem facere non possit, ad id quod rem non traditam interest æstimato concludit, &c. *Oldend. & Bred. eod.*

Cui datur actio venditi, seu ex vendito, aduersus quem ?

℟. Datur. 1. Venditori. *d. l. Iulianus. §. ex vendito ff. eod.* eiusque heredibus. 2. Domino ex venditione sui procuratoris. *d. l. Iulianus. §. si procurator,* vtiliter. 3. Etiam pupillo absque tutoris autoritate vendenti. (*quia licet ipsi vendens non obligetur efficaciter, emtorem tamen obligat. d. l. Iulianus. §. si quis à pupillo.*) Contra emtorem (*eiusque heredes & successores vniuersales, non vt supra in actione emti dictum, singulares*) pretium, vel eius vsuras, *d. l. Iulianus. §. ex vendito, l. si & emtorem. ff. eod.* 2. vel sumtus per venditorem ante traditionem in re vendita factos. *l. pendentes §. penult. de vsufructu,* non soluentem. 3. aut pacta venditione apposita non implentem. *l. 2. C. de pact. int. vend. & emt.*

Ad quid datur ?

℟. Ad consequenda ea quæ ei ab emtore præstari oportet, *d. l. Iulianus. §. ex vendito.* principaliter; seu, *vt in d. §. dicitur,* imprimis ad pretium. 2. Ad vsuras pretij non soluti post traditionem. *d. l. §. ex vendito.* 3. Restituendos sumtus in re ven-

vendita ante traditionem à venditore factos. *d. §. ex vendito. §. præterea.* 4. Item id quod plus debito à venditore est præstitum. *l. si tibi liberum. ff. de act. emt. vend.* 5. Item ea, siue fructus, siue alias res, quæ, excepta in contractu, emtor occupauit. *l. 2. C. de action. emt.* 6. Vt tollat res cum incommodo venditoris vltra tempus consuetum, vel in contractu definitum, apud venditorem relictas, cum eo quanti interest venditoris aliò delatas non esse. *l. 1. §. licet. ff. de per. & com. rei vend. l. si is qui lapides. ff. de act. emt.* 7. Ad præstanda pacta in contractu comprehensa, siue inter contrahendum, siue post ex eodem contractu conuentum sit. *l. qui fundum. ff. de contr. emt. l. tenetur. §. 1. l. Iulianus. §. si venditor. ff. de act. emt. l. pacta conuenta. ff. de contr. emt. Old. Bred. eod.*

An re iam tradita vindicatio amplius non competit venditori, puta vel pretium emtore non soluente vel leges contractus alioqui non præstante?

R. 1. Minimè, *quod eius dominium si quod habuit & omne ius suum in emtorem transtulit. l. in ciuile. C. de rei vind.* 2. Multò minus datur ei condictio ob causam dati, vel condictio sine causa. *Quoniam in illis actionibus receditur à contractu non impleto, in contractu verò nominato impleto alteri parti amplius panitere non licet. l. 1. C. de act. emt.* Sed ad actionem personalem ad præstandum de quo conuenit necessariò deueniendum. Sed & agi potest ad rescindendam venditionem, & restituendum fundum cum fructibus perceptis & accessorijs ex fundo vendito sub pacto legis commissoriæ. *l. si fundus. ff. de leg. commiss.* vel ad reuendendum ex pacto de retrouendendo in contractu venditionis appositio. *l. 2. C. de pact. int. emt. & vend. Oldend. Breder. eod.*

Decepto emtore vltra dimidium iusti pretij, agitur vt vel restituatur res, vel iustum pretium soluatur. l. 2. C. de rescind. vend. Oldend. eodem.

Quæ sunt requisita huius actionis?

R. 1. Rem venditam esse. 2. Eamque traditam. vel saltem ei portunè oblatam. 3. Liberam, *l. 1. §. vendita. l. si tibi. ff. de act. emt.* non vitiosam. *l. 4. pr. l. 6. §. si vas. l. 11. §. redhibitionem. ff. eodem.* sed in eo statu quo erat cum venderetur, *dd. ll.* 4. Pretium totum, vel eius partem nondum

esse solutam, aut contractus iniri occasione venditori aliquid abesse. 5. Quod si ad rescissionem agitur, causam subesse ex qua ad eam agi possit. *Vult. iurisp. r. eod.*

Quomodo proponitur?

R. Cum actio ex vendito ijsdem modis cõcedatur venditori aduersus emtorem, quibus actio emti conceditur emtori aduersus venditorem, eademque inter eos sit ratio, *Oldend. eod.* ita habe; requisitis & hic secundum rationem contractus, secundum facti speciem narratis, secundum ea peti, vel pretij, item vsurarum ex mora solutionem, eius quod venditori abest, pactorum item conuentorum præstationem, vel aliquando, & expressa quidem caussa tali ex qua admittitur, contractus rescissionem. *Vult. eod. Practicam specialiter apud. Oldend. eod. vide.*

Cum ex contractu locationis etiam geminam dari actionem dixeris, vnam locati, conducti alteram; dic cui, aduersus quem datur actio locati?

R. Locati actio datur. 1. Prædij, siue vrbani siue rustici, rei mobilis etiam, locatori. *l. si ades. § fin. l. qui operas. ff. locati. si quis conductionis. C. eod.* 2. Ei qui opus paciscitur, constituta siue in dies, siue in vniuersum mercede. *l. eâ lege. §. locaui opus. l. si merces. §. qui columnam. ff. eod.* 3. Ei quid quod faciendum conduxerat locauit alteri. *l. si cui. ff. eod.* Etiam vsufructuario locanti, quoad vsusfructus durat. *l. si quis domum. §. hic subiungit. ff. eod.* Si plures locauerint, olim quidem in solidum: quod hodie mutatum, vt & de pluribus conductoribus. *l. item quæritur. §. si duo. ff. eod. l. si diuisa. §. si C. eod. Nou. de duob. reis. c. 1. const. 99.* Aduersus 1. Eum qui rem, operam, vel opus faciendum conduxit. 2. Etiam emtorem qui rem à se emtam tantisper donec solueret pretium conduxit. *l. sicut emtio. l. seq. l. item. si pretio. pr ff. eod.* 3. Fideiussorem in omnem caussam. *l. quæro. ff. eod. Oldend. class. 4. act. 9.*

Ad quid datur?

R. 1. Ad soluendam mercedem de qua conuenit, & vsuras post moram. *l. 54. ff. hic.* 2. Ad damna culpa conductoris contracta. *l. 45. ff. eod. l. præses. C. eod.* si quid factum contra legem conductionis. *l. 11. §. vlt. ff. eod.* 3. Vt conductor faciat id quod ex lege conductionis in se recepit. *l. si merces.*

§. conduct.

§. *conduct. ff. eod.* 4. Ad id quod interest, si forte conductor ante tempus locationis finitum rem deserat. *l.* 24. §. *si dominus l.* 55. §. *vlt. ff. eod.* 5. & vt possessionem rei conductæ post expletum conductionis tempus restituat. *l. videamus.* §. *qui vinum. ff. eod. l. si quis conductionis. C. eod.* 6. Nonnunquam vt ante tempus consuetum, vel contractu definitum migret. *Quod quibus casibus fiat, supra dictum. tit. de locat. cond. Oldend. hic. Vult. Com. Inst. hic.*

Qua sunt requisita huius actionis?

℟. 1. Rem fuisse locatam. 2. eius vsum reuera concessum conductori. 3. mercedem non fuisse solutam; idque vel omnino non, vel non ita vt oportet, aut certè aliam aliquam esse causam ex qua repetendæ rei locatæ, vel resiliendi à contractu locationis ius habeat. *Vult. iurispr. eod. & Inst. hic.*

Quomodo proponitur actio locati?

℟. Actor dicit se Sempronio Reo domum quandam suam tali loco sitam, consentienti in contractum, locasse: Et quidem decem aureis Rhenensibus: Idque in annũ: Reo se claues prædictæ domus tradidisse, & vt ea ad commodum suum vteretur se passum: Eiusdemq; conuentionis vi Reum ædes incoluisse, aliquot fornacibus & fenestris perfractis (*vel in locatione operarum dicit se locasse Reo domum tali modo extruendam, (hoc est, narratio fit pro facti specie) structuram verò domus esse vitiosam, ac contra conuentionem factam: varianda enim pro facti specie narratio*) Pro solutione à mercedis & damni reparatione frustra ab Actore esse interpellatum: Petere itaq. se Reum cõdemnari, ac iuris vijs ad mercedis plenam solutionem, & eius quod Actoris interest non solutam, & damnorum illatorum reparationem compelli. (*Qua petitio siue in materia tacita reconductionis variari potest pro eiusdem ratione*) Vel pro altera facti specie nunc expressa, dicit Actor petere se vt vitium in ædificanda domo commissum Reus emendet, ac opus absolutum probatumque ei præstet. *Bred. Old. eod.*

Cui, & aduersus quem datur actio conducti.

℟. Conductori, si re, aut opera conducta frui ei non liceat. *l. ex conducto.* §. 1. *l. si quis domum ff. hic.* eiusque heredi.

2. Etiam pupillo ad id quod interest ex colluſione tutoris. *d. l. ex conducto. §. fin.* Aduerſus locatorem, vel eius ſucceſſorem vniuerſalem, non ſingularem, vt emtorem. *l. emtorem. C. eod. Niſi vel in venditione interceſſerit pactum de non expellendo conductore. d. l. emtorem. §. niſi eâ lege. l. 25. §. qui fundum. ff. eod. 2. Vel conductor habeat bona locatoris pro conductione ſeruanda obligata: cum res tranſeat cum ſuo onere. Schneid. hic.* Quando verò ſucceſſor teneatur de locatione per prædeceſſorem facta, vide *Ferrar. in for. lib. ad facti præſtat ſup. verb ſolut. num. 5. & 6. Schneid. ibid.*

Ad quid datur?

Bz. 1. Vt conductor vti frui poſſit re conducta. *l. ex conducto. 15. ff. eod.* 2. vt locator ad id domum, vel aliam rem locatam reficiat. 3. ad expenſas à conductore in re conducta neceſſario & vtiliter factas (*etiamſi non ſit de ijs repetendis conuentum*) repetendas, *l. domus horreorum. ff. eod.* 4. ad repetendam penſionem ante tempus ſolutam, ſi quidem re conducta non poteſt frui conductor. *d. l. ſi fundus. l. ſed addes. §. ſi quis in annum. ff. eod.* 5. ad remiſſionem mercedis propter ſterilitatem & caſum citra conductoris cauſſam contingentem. *d. l. ex conducto. §. ſi vis tempeſtatis. l. ſi merces. §. vis maior. ff. eod.* 6. ad intereſſe damni accepti ex rei locatæ vitio. *d. l. ſed addes. §. ſi quis dolia. ff. eod. & ibi Dd.* non ex effractis & compilatis horreis, niſi eorum cuſtodia recepta. *d. l. domus horreorum.* 7. Vt præſtetur id quod ex lege conductionis conuenit. *l. 16. C. eod.* 8. ad tollenda & auferenda vtiliter rei conductæ inædificata & adiecta. *d. l. ſi addes. §. inquilinus. ff. eod. Schneid. hic.*

Quæ ſunt requiſita huius actionis?

Bz. 1. Rem vel operas conductas eſſe. 2. Actori vſum rei, vel operæ conductæ, vel omnino non, vel non vti conuentum conceſſum, *l. ſi addes. §. rotum ff. hic. Vult. iuriſprud. & Inſt. eod.* 3. Vel etiam locatorem exire conductorem, & res ſuas exportare finito locationis tempore non pati. *d. l. ſi addes. § ſi inquilinus.* 4. Conductorem à locatore ante finitum tempus conductionis ſine iuſta cauſſa expulſum, *d. l. ex conducto. ff. h. t. l. edes. C. eod.*

Quomodo proponitur?

Bz. Re

R. Re conducta dicit Actor, se talem domum, vel fundum tali loco situm conduxisse, ita quidem vt inter ipsum & Reum de mercede & pensione cõuenerit: Reum, quãuis admonitum, domum vel fundum conductum vti vt eo possit prout conuentum, non tradidisse: Ob traditionis autem defectum tale vel talia damna *(puta quod aliam domum ad aliquot dies conducere, vel merces suas inde deteriores factas minoris vendere debuerit.)* passum. *Operibus conductis & in quod tempus, & quibus conditionibus conducta sint narrat*: Petit ergo re conducta Reum condemnari ac legitimè compelli, vt domum conductam ad inhabitandum, vel fundum vt eo vtatur more consueto liberè tradat, damna ob moram in tradendo reparet, aut aliter pro facti specie. In operis, vt Reus condemnetur ad eas secundum leges conductionis præstandas. *Oldend. eod.*

Cum supra dixeris speciem locationis, conductionis emphyteusin fuisse, nunc proprium contractum esse, dic obiter qua actio datur & ex isto contractu?

R. Quidam dari volunt actionem præscriptis verbis. Alij, *(quia hic est nominatus & certus contractus, cum actio præscriptis verbis detur tantum in contractibus innominatis, vel cum debitum est, qua actione sit experiundum)* malunt dari condictionem ex lege Zenonis, qua contractus hic nomen quidem accepit & formam, non tamen cautum quo actionis genere experiundum. *Quo casu condictio ex lege datur. l. vn. ff. de condict. ex lege.*

Cui datur hac condictio in contractu emphyteuseos, & aduersus quem?

R. Datur Domino rei, *qui rem in emphyteusin dedit*, eiusque heredibus, aduersus Emphyteutam eiusque heredes. Item & Emphyteutæ eiusque heredibus aduersus dominũ eiusque heredem pactioni non stantem. Quinimò & vtilis in rem actio datur aduersus quemcunque rei possessorem. *Vult. Inst. eod. num. 119.*

Quid hic condicitur?

R. I. Res ipsa in Emphyteusin data, ex variis caussis, puta; 1. Si emphyteuta eam deteriorem reddat, non meliorem. 2. canonem legitimo tempore non soluat, 3. veniat cõtra pactiones;

ctiones; alijſque ſupra expoſitis *(ob quas etiam aliquando habet rei vindicationem. tit. ff. ſi ager vectig. 1. emphyt. pet.)* I I. Ad intereſſe agitur quod interfuit domini rem non fuiſſe deterioratam, vel dolo & culpa emphyteuticarij nihil ei abeſſe. *Vult. ad Inſt. eod. num. 119.*

Quæ hic vtrimque requiſita?

Rſ. 1. Rem datam eſſe in emphyteuſin. 2. Aduerſarium non ſtare pactionibus. *Vult. cod.*

Quæ actiones pœnæ merè perſecutoriæ ab Imperatore recenſentur?

Rſ. Furti. §. 18. *hic.* Reliquæ putà quæ præterea in delicto furti dantur rei ſunt perſecutoriæ, *vt ſupra. tit. 1. hic. quæſt. vlt. prout & quibus dentur explicatum.*

Cui, aduerſus quem datur actio furti, & ad quid?

Rſ. Iam ante dictum. 1. Ipſi domino; hic addo & eius heredibus, dari. 2. Etiam non domino, modò eius interſit rem furto non ablatam; vbi & exempla, *tit. 1. hoc. lib.* Datur verò 1. contra ipſum furem. §. *recte ſupra. eod.* 2. abutentem re cuius poſſeſſionem, vel vſum accepit. *ex. gr. commodatarium, depoſitarium. ſec. ibid. expoſita.* 3. præſtantem opem & conſilium ad committendum furtum. §. *interdum ſupra. eod.* 4. ſcienter ſuſcipientes & celantes res furtiuas. §. *conceptum ſupra. eod.* 5. dominum furripientem rem in quam alius habet vſumfructum. *l. creditores.* §. 1. *ff. eod.* 6. creditorem pignore dato vtentem, vel illud ſoluta pecunia non reſtituentem. *l. in actione.* §. *fur. l. ſi quis vxori.* §. *eum creditorem. l. ſi pignore. ff. d. tit.* 7. procuratorem falſo res alienas citra domini voluntatem exigentem. *l. falſus procurator. C. de furt. & ſeru. corrupt. l. falſus.* §. 1. *ff. eod.* Non contra heredes, niſi de eo quod ad ipſos ſcientes & contrectantes peruenit, vel lis cum principali fuerit conteſtata. §. *non autem.* §. *pœnales. infr. de perp. & temp. act. vbi latius quomodo & quatenus actiones in heredes tranſeant, ſpeciatim agendum. Vnde factum quod hactenus aliquando quidem, non ſemper in actionum explicatione heredum fecerimus mentionem* Datur verò ad legitimæ pœnæ perſecutionem. *Circa quam quatenus variatum iure. ſupra eod. explicatum.*

Quæ ſunt requiſita huius Actionis?

Rſ. Pro-

℟. Prout furtum eſt duplex, manifeſtum, & nec manifeſtum; ſic in vtroque requiritur. 1. furtum eſſe commiſſum ab eo qui conuenitur, vel eius ope & conſilio factum eſſe; *Quòd aduerſus tertium poſſeſſorem hæc actio pœnalis non detur, ſed alia ad rem furtiuam vindicandam. §. non autem, Infra de perp. & temp. act.* 2. Vt Actor vel ſit dominus rei furtiuæ; vel eius interſit rem furto ablatam non eſſe. *Secundiam dicta.* Quibus probatis pœna ſequitur. *Vult. eod. & Schneid. hic.*

Quomodo proponitur?

℟. Narratur 1. rem Actori furto ablatam. 2. eam ad Actorem dominij iure pertinere, vel ſaltem poſſeſſionis. 3. Qualitas furti, an occultum, ſeu nec manifeſtũ ſit, an manifeſtum exprimitur; loci etiam & tẽporis, item anni & mẽſis non neglectis circumſtantijs. Petitur autem pœna, ſecundum delicti qualitatem, ſiue dupli ſiue quadrupi, vel alia pro ratione variati in hac actione iuris, *De quo vide ſupra lib. hoc. Tit.* 1.

Quas actiones mixtas, hoc eſt, hic partim rei, partim pœnæ perſecutorias recenſet imperator?

℟. Tres. 1. Vi bonorum raptorum; 2. legis Aquiliæ, 3. & eam quæ datur contra eos qui relicta ſacroſanctis Eccleſijs, aitiſque locis venerabilibus, ſiue legati, ſiue fideicommiſſi nomine ſoluere differunt.

Cum quæ ſit actio vi bonorum raptorum, quibus, aduerſus quem, & ad quid detur, ſupra ſit explicatum, Tit. 2. hic. dic quæ ſunt eius requiſita?

℟. 1. Vt quis per vim rem rapuerit, & quidem non ſolum quoad factum, ſed & quoad animum. 2. Ideoque vt cum vi concurrerit dolus, nec ex errore negligentiave, meta ſit culpa. 3. Vt res mobilis ſit ablata; nec ſolum ſit expulſio, vel inuaſio rei immobilis, *Schneid. de act. mixtis. num.* 10.

Quomodo poponitur?

℟. Narratur commiſſam violentiam à Reo conuento, & quidem circa rem mobilem, cum circumſtantijs loci, temporis, vt in actione furti: quo facto exprimitur rerum ablatarum valor, *(quod & in actione furti fieri debet)* petiturque inde ab Actore intra annum quidem reſtitutio in quadruplum, poſt annum in ſimplum, *Schn. eod. num.* 12.

Qua-

Quatenus actio legis Aquiliæ, dicitur mixta, id est hic, rem simul & pœnam persequi?

℟. 1. Quatenus Reus, si se damnum iniuria dedisse dolo inficietur & conuincatur, in duplum, *(id est in rem, & damni dati æstimationem)* condemnatur; *l. 21. l. 23. §. penult. l. contra negantem. C. h. t. licet eam inficiationem vsque ad litis contestationem reuocare possit. l. 36. §. neque ff. de noxal. act. & lite contestata minori succurratur, d. §. neque,* 2. Quatenus ea casu quo agitur in simplum, id est ad simplicis damni æstimationem, seu quantum damni reuera passus est Actor, ad id tamen agitur quanti res præcedenti tempore fuerit pluris, atque id quod supra simplicem damni æstimationem est, pœna dicitur, *Vult. com. inst. hic. num. 15.*

Cui, & aduersus quem competit?

℟. 1. Hero, hoc est domino, 2. item fructuario, vel vsuario. 3. bonæfid. possessori cum titulo, & creditori, qui rem postea corruptam pignori accepit, *non tamen directè, sed ita vt ei succurratur per actionem in factum.* 4. Domino commodanti, non commodatario; *l. item Mela. §. legis Aquilia. ff. eod. tit. 5.* Libero homini nomine suo, *sed vtilis tantum; quia non est membrorum suorum dominus, l. liber homo. ff. hic.)* ad sumtus. 6. Marito, etiam constantibus nuptijs, de damnis rerum dotalium, *l. si Seruus. §. si cum maritus. ff. d. t.* Aduersus eum 1. qui præcipuè damnum dedit directa; aduersus eum qui causam, vel occasionem damni dedit vtilis, vel in factum præterea, secundum specierum diuersitatem, *l. qua actione. §. sed & si quis ff. eod.* 2. Aduersus plures seruum percutientes, vel aliam rem corrumpentes, in solidum; *Et ita quidem vt quod alius præstitit alium non releuet (cum pœna sit) sed si appareat cuius ictu læsus perierit is, quasi occiderit, teneatur, d. l. item Mela. § sed si seruum.* 3. Aduersus magistratus municipales non ex lege, neque iure aliquem damno afficientes, *l. quemadmodum se magistratus. ff. eod.* 4. Aduersus delentem chirographum, vel testamentum, vel aliud instrumentum, *l. si quis testamentum. C. ad l. Corn. de falsis.* Iniuriæ etiam causa, nec tantum vt damnum daret si publicauit id quod sibi secreto cõmissum, & in factum, & iniuriarum actione tenetur. *d. § si quis testamen-*

mentum. Quatenus hæc actio aduersus eum qui dolo malo seruum occiderit cum actione legis Cornelia possit cumulari, supra tit. eod. dictum. Datur verò hæc actio heredibus, sed cum sit pœnalis, non in heredes damnum dantes.

Ad quid competit?

℟. Id ex superioribus colligi potest. 1. Ad duplum quando agitur contra inficiantem, siue ex legis Aquiliæ primo, siue ex secundo capite. 2. Ad æstimationem seu interesse damni dati, & quidem quanti pluris res fuerit infra annum, si ex primo; infra triginta dies proximos, si ex tertio capite agatur. 3. Ad interesse extrinsecum, puta vt consideretur omnis vtilitas quæ ex re perempta percipi poterat, §. 4. *sup. eod. l. 22. inde Neratius §. 1 ff. eod. Vt omnia commoda quæ intra annum pretiosiorem seruum facere possent, ad æstimationem accedant. Secundum ante dicta; vbi & quomodo æstimatio facienda explicatum.*

Quæ sunt requisita actionis legis Aquiliæ?

℟. Distinguendum hic inter primum & tertium caput eiusdem legis. In primo capite vt agi possit requiritur, 1. vt Reus non modò vulnerauerit, sed occiderit seruum, vel quadrupedem. 2. Et quidem animal quod pecudum numero continetur. 3. factum id esse iniuria, *id est non iure*. In tertio capite requiritur, 1. vt occisum sit animal vel vulneratum, quod pecudum numero non continetur; vel seruus vulneratus, aut quadrupes pecudum numero contentum; vel damnũ alijs rebus inanimatis datum. 2. Idque dolo, vel culpa quidẽ leuissima. *Nõ casu fortuito, vel vi maiore. Breder. hic.*

Quomodo proponitur?

℟. Narratur secundum requisita facti species; & secundum eandem eiusdemq; circumstantias, petitur damni iniuria illati, iuxta tenorem legis, reparatio.

Quæ hic est actio ex testamento pro ijs quæ relicta sunt locis venerabilibus?

℟. Est actio quæ datur aduersus eum qui ex hereditate, quam ipse adiuit, Ecclesiæ vel alteri venerabili loco, seu miseræ personæ ad pias caussas aliquid legatum esse negat, vel fatetur quidem, tamen sine iusta caussa solutione talis legati differt donec apud Iudicẽ cõueniatur. §. *Item mixta. hic.*

Cur mixta dicitur?

℟. Quia

R. Quia licet actio ex testamento regulariter rei persecutoria est, & in simplum competit; his tamen duobus casibus in duplum datur. §. *item mixta. hic.*

Contra quos datur, cui & ad quid?

R. 1. Contra heredem ex testamento siue directum, siue fidei commissarium. 2. contra heredem ab intestato, *(puta ita relictis legatis)* 3. contra testamenti executores, omnesq; legata pijs locis relicta esse negantes, vel eorundem solutionem differentes. *Faber. hic. num. 4. Iason. num. 22. Bred. hic.* Et quidem datur hæc actio locis quibus relicta sunt legata ad restitutionem rei legatæ, cum interesse & fructibus à die moræ, simulque dupli pœna; ita vt non interesse, sed res solum legata duplicetur. *Schneid. hic. num. 17. Bred. eod.*

Quæ requiruntur ergo vt hac actio competat?

R. Vt legatum relictum sit S. S. Ecclesijs, vel alijs locis venerabilibus; quæ referuntur, *l. fin. C. de SS. Eccl.* 2. Vt heres vel neget legatum relictum esse, vel si cõfitetur, vt differat, *(& quidem fraudulenter sine iusta causa. gl. hic,)* soluere donec ad iudicium vocetur. §. *item mixta* §. *sed furti. eod. Schneid. eod. Et datur quidem hæc actio ex negatione, licet primo extra iudicium confessus legatum, deinde neget, non si in iudicio sit confessus. Quia reuocare talem confessionem non potest. l. 1. cum ibi not. C. de confess.*

An non & excusari à pœna dupli ita negans aliquãdo potest?

R. Omnino. 1. Cum ex errore iusto, seu probabili ignorantia negat. *Dd. hic. quia hæc pœna est in mentiẽtem, & sic delinquentem, at non delinquit qui iusto errore negat. Schneid. hic. nu. 8.* 2. Quando reuocat infitiationem, & deinde confitetur, & quidem ante litem contestatam. *gl. hic. Puta 1. quando Actor ex tali confessione legatum vult probare. 2. quando ex negatione, non ex solutionis procrastinatione Reum vult condemnari. Schneid. eod. num. 10.*

Quomodo proponitur?

R. Dicit Actor Mæuium testamento Titium heredem nominasse, in quo tali Ecclesiæ pro conseruatione ministerij 100. aureos legauit; Titium hereditatem adijsse, Legatum verò Ecclesiæ, quamuis sæpius admonitum, non soluisse, sed fraudulenter negasse & ad huc negare, vel sine

iusta

iusta causſa ſolutionem differre: Petere itaque ſe Titium heredem condemnari ad ſoluendum duplum dicti legati, puta 100. aureos legatos, & totidem pro pœna ſiue fraudulentæ negationis, ſiue iniuſtè dilatæ ſolutionis.

Actiones mixtæ rei perſecutoriæ.

Quas actiones mixtas rei perſecutorias recenſet Imperator?

R. Tres. 1. Familiæ erciſcundæ. 2. communi diuidundo. 3. finium regundorum. §. 20. *hic.*

Cur dicuntur mixtæ?

R. Quod ſunt directæ tam in rem, & primo quidem ac per ſe, puta pro diuiſione rei & vindicatione. *Vveſ. par. C. famil. erciſc.* quam in perſonam. *Text. eod. idque ex conſequenti ratione perſonalium præſtationum, Vveſ. par. eod. Treutl. diſput. de mixt. fin. regund. action. theſ. 1. Aliàs etiam mixtæ dicuntur, quod hic vterque litigantium actoris & rei partes poteſt ſuſtinere. Perez. hic. l. 15. ff. fin. reg. l. 44. fam. erciſc. l. 37. ff. de O. & A.*

Quatenus hoc verum?

R. Ratione 1. initij hoc eſt, antequam iudicium ſit conſtitutum. 2. arbitrij & voluntatis partium. 3. Quoad merita horum iudiciorum. Non ſi conſtitutum iudicium ſpectetur: quia tam in his, quã in alijs diſtincti ſunt Reus & Actor. *Vult. Inſt. eod. num. 10. Nempe is actor eſt qui primus ad iudicium prouocauit, vel ſi ſimul prouocarunt, cui id ſorte obuenerit. Vult. eod. num. 4.*

Familiæ erciſcundæ.

Qua eſt actio familiæ erciſcundæ?

R. Quæ ex leg. xij. Tab. orta, datur cohæredibus quocunque iure de erciſcunda familia, ſeu diuidendis rebus hæreditarijs, & de eo quod alterum alteri præſtare oportet. *Vult. com. Inſt. hic. num. 4.*

Quibus, aduerſus quos, & ad quid competit?

R. Directa *(eſt enim duplex)* datur ei qui de iure ciuili, ſiue ex teſtamento, ſiue ab inteſtato coheres eſt, poſſidenti, vel non poſſidenti hereditatem, dummodo eum eſſe coheredem

redem Aduersarius confiteatur. *per. text. l.1.ff.h.t.*2. Vtilis 1. heredibus; de Iure Prætorio 2. bonorum possessoribus. 2. fideicommissarijs quibus restituta est ex SC. Trebelliano hereditas. *l.*24. §. *familiæ. ff. eod.* 3. Arrogato ad consequendam quartam ex bonis arrogatoris. *l.*2. §. *si quarta. ff. eod.* Aduersus 1. possidentem, vel non possidentem res hæreditarias; *puta si aditâ hereditate aliquid gesserit ex gr. reditus receperit, vel damnum rebus hereditarijs dederit. l.*22. §. *fin. cum. l. seq. ff. eod.* Sed eum coheredem. *l* 1. *l.*25. *ff. eod.* 2. Inter filios quorum vni facta est inofficiosa donatio, *puta pro consequenda legitima. l.*2. *C. de inoff. don.* 3. Eum cui coheres partem suam vendidit. *l. heredes.* § *si testator ff. eod.* Et quidem ad ea ipsa ad quæ cohæredes ex quasi contractu obligari supra, *lib.*3, *tit.*28. §. *familiæ erciscundæ* diximus. *Vnde ista, vt & cætera ibidem explanata. Lectori huc repetenda, ne actum agamus, monemus.*

Quamdiu datur?

℟. Sic est perpetua vt possidenti nulla obstet temporis præscriptio. *l. vlt. C. com. diuid.* non possidenti opponi possit exceptio triginta annorum. *l.*1. §.1. *ff. de ann. except. Pac. Epit. disput.*19 *thes*11.

Qua sunt requisita actionis familiæ erciscundæ?

℟. 1. Eum qui agit & Reum esse coheredes. 2. Hereditatem esse aditam. 3. Res quarum diuisio petitur esse hereditarias. 4. Eiusmodi vt diuidi possint. 5. Eas ante non fuisse diuisas, siue iure, vt nomina, siue à testatore, siue à coheredibus. *Quod diuisione semel facta de ijs quæ forte extra eam mansere, non actione hac (qua non nisi suadente caussa, vt ante dictum, repetitur) sed communi diuidundo sit experiundum.* 5. Vtis aduersus quem agitur diuisionem detrectet, aut non nisi iniquam admittat. *Vult. comm. Inst. hic.*

Quomodo proponitur?

℟. Narratio instituitur secundum requisita facti circumstantijs applicata, & secundum ea petitur rerum hereditariarum diuisio, ijsque diuisis singulis coheredibus diuisarum partium singularium adiudicatio: Item si quidem in alicuius persona prægrauare videatur, vt inuicem alter alteri certa pecunia condemnetur, & nomine adiudicato

alter

alter alteri de euictione cauere compellatur. *Oldend. claſ. 5. act. 8. ex eo Breder.*

Communi diuidundo.

Quæ eſt actio communi diuidundo?

R. Eſt actio *(priori plane affinis)* mixta, quæ datur ijs inter quos res aliqua ex cauſſa legati, vel donationis, vel alia quacunque, honeſta tamen, eſt communis, vt res vel diuidatur, vel quod alterum alteri ex æquo & bono præſtare oportet, vel vtrimque præſtetur. *Vult. com. Inſt. eod. nu. 18. Differens ab actione familiæ erciſcundæ quod illa inter coheredes, & quidem pro vniuerſali, & ſemel quidem, hæc pro re ſingulari, ex quacunque cauſſa communi, plureis detur. Ab actione pro ſocio, quod illa expreſſam ſocietatem præſupponit, & ad rerum inde vtrimque communium communicationem & diuiſionem dirigatur: hæc res particulares concernat ex incidenti aliquibus communes. Sec. dicta ſupra lib. 3. tit. 28. §. rerum communio. Plures conuenientias & differentias vide apud Vlateam hic. Breder. eod.*

Cui, aduerſus quem, & ad quid datur?

R. Directa quidem *(nam & hæc duplex eſt)* 1. Ei qui ex quacunque, ſed legitima cauſſa, rem quam velit diuidi habet communem, ac rei communis ſit dominus, ſiue ſocius ſit, ſiue, non, idque ſiue ipſe rem communem, ſiue reus poſſideat. *l. 2 ff. com. diuid.* 2. Vtilis, quaſi dominis. Puta 1. ei qui Publicianam habet, hoc eſt rem bona fide & ex iuſta cauſſa poſſideat. *l. communi diuidundo. ff. eod.* 2. Qui vſumfructum, pignus, & ſimilia iura cum alio habet communia. *d. l. communi. §. ſi duo.* 3. Re communi extincta, vel deſinente communione, non domino ratione perſonalium præſtationum rei non cohærentium. *l. item Labeo. §. pen. ff. famil. erciſc. l. ſi quis putans. pr. ff. l. in ſumma. ff. hic.* 4. Creditoribus pignorum ſaluo iure debitoris. *d. l. communi.* 5. Fundum vectigalem habenti *non vt diuiſio fiat, ſed vt vni res adiudicetur, nec confundatur vectigalium præſtatio. d. l. commmuni. Non prædoni, aut rem communem ex delicto poſſidentem. d. l. communi. §. inter prædones.* Aduerſus eoſdem quibus competit, hoc eſt conſortem rem communem habentem,

ſed aut negantem diuiſionem, aut iniuſtè diuidere volentem; vt & aduerſus ſingularem ſucceſſorem, ſi quidem ſocius partem ſuam alienauerit. *l.1. C.hic. Quod nec inuitus quis in communione maneat. t. ff. C. hic. nec vt iniquam diuiſionem admittat cogi poteſt. d. l. 1. C. eodem.* Datur autem ad ea ipſa ad quæ rem vt dictum communem habentes obligari ſupra. *d. lib. 3. tit. 28. diximus. Oldend. claſſ. act. Schneid. Breder. eodem.*

Qua ſunt requiſita huius actionis?

R. Duo 1. Rem eſſe communem. *l. 1. ff. h. t.* 2. Aduerſarium eius diuiſionem, aut præſtationem eius quod oportet detrectare. *Vult. com. Inſt. hic. num. 20.*

Quomodo proponitur?

R. Deductis ſecundum facti ſpeciem requiſitis, petitur vt res omnes communes, vel ex illis vna altera ve diuidatur; vel ex accidenti, ſi quid forte ex dilata diuiſione, aut aliter ex rebus vel re communi, alia, dolo, vel culpa ſocij non caſu fortuito *l. 26 ff. eod.* abſit, damni reparatio, & impenſarum in rem communem factarum reſtitutio. *l. 14. l. vlt. ff. eod.*

Finium regundorum.

Qua eſt actio finium regundorum?

R. Actio hæc (*qua & finalis quæſtio dicitur, l. 11 ff. h. t. item limitis actio. c. inter memoratos.* XVI. *q. 3.*) eſt actio mixta inter confines prædiorum, & quidem ruſticorum; data in hoc vt limites mutua, ſiue fundorum diuiſione, ſiue adiudicatione & condemnatione regantur, hoc eſt diſtinguantur. *Vult. ad Inſt. eod. num. 23.*

Quibus competit hæc actio, aduerſus quos & ad quid?

R. Directa quidem dominis fundorum, ſeu prædiorum ruſticorum, *de quibus controuerſia, l. 2. ff. eod.* Vtilis vero beneficiario, emphyteutæ, vſufructuario, creditori iure pignoris poſſidenti, *l. 4. ff. eod.* Aduerſus eoſdem quibus id concedi dictum, puta quemlibet vicinum (*excepto ſocio*) prædia ruſtica confinia habentem, & terminos vicini occupantem, *d. l. 4. §. qui communem. §. finium regundorum. ff. eod. Bred. hic.* (*Duplex quippe eſt iudicium, vt & duo priora.*) Et datur quidem

dem ad confinium fundorum ipsorum diuisionem, siue vt termini constituantur noui, siue vt antiqui reparentur. *l.4. §.4 ff.eod. §.fin. Inst.de offic.iud.* 2. Item ad distinctionem adherentium iurisdictionum, siue spiritualium, siue temporalium. *Schneid & Bred.ex eo.hic.* 3. Ad impensarum & fructuum post litem contestatam perceptorum computationem. *l.4. §.2. hic.* Quia ante litem contestatam bona fide percepti sunt consumentis, si mala fide percepti, condici possunt. *d.§. 2. Treutl.hic.thes.3. 4.* Eius quod interest præstationem. *d.l.4. §.1. Schneid hic.num.7.*

Quæ sunt requisita actionis finium regundorum?

R. Duo. 1. Agentium agros esse confines. 2. De finibus esse contentionem, siue vetustate, siue anaritia, temeritate, vel vi fluminis turbatis. *Vult eod.num.27.*

Quomodo proponitur?

R. Post secundum requisita facti speciem deductam, petitur veterum terminorum officio iudicis restitutio, vel si non appareant, nouorum deiectio, vt ex accidēti eius quod interest, & fructuum post litem contestatam habenda ratio. *Vult. eod.post. Oldend eod.*

Quarta diuisio Actionum.

A quantitate in eas deducta.

Quomodo actiones secundum quantitatem in eas deductam diuiduntur?

R. Quod sunt vel in simplum, vel in duplum, vel in triplum, vel in quadruplum, nulla vlterius extensa actione. §.21. *hic.*

Quæ actiones dantur in simplum?

R. Omnes actiones reales, item personales ex obligatione conuentionali, (*puta vero, vel quasi contractu*) ortæ; Ex delictis ortæ partim in simplum, partim in duplum, &c. Ita tamen, vt quod vltra simplum est, pœna sit. Quæ ipsa vel legalis esse potest, *quando legibus definita delictis est imposita (quam, sed priuatis impositam, hic quatenus ea non excedunt quadruplum, cum excedere possint arbitrariæ, item ex publicis delictis*

tis modò respicimus) vel conuentionalis contractibus ex conuentione partium est adiuncta, quam hic non respicimus, *Vult. com. Inst. hic.*

Qua in duplum?

R. In duplum agimus actione furti nec manifesti, damni iniuria dati ex lege Aquilia, depositi ex causa incendij, tumultus, ruinæ, naufragij; item aduersus depositum inficiantem, serui corrupti, siue dolo malo & calliditate, siue consilio & hortatu, Actione ex testamento venerabilibus locis relicto, *secundum supra dicta. §. 23. hic.*

Quibus actionibus agitur in triplum?

R. Tales actiones hodie non esse in vsu, ideò quod viatores, non vt olim, cum in ius vocant & iudicata exigunt, veluti executores litium, sportularum nomine nihil exigere possunt: & Iustinianus peculiarem legem ob maiores sportulas introduxit, §. *tripli* ait Perez. *eodem videatur textus.*

Qua sunt actiones in quadruplum?

R. Quatuor. 1. *actio furti manifesti*, de qua iam egimus, & quam in quadruplum dari diximus supra. 2. *Quod metus causa* ei data qui iustum metum passus est ob quem fecit quid, vel dedit in proprium detrimentum, contra eum qui metum talem incutit; de quibus duabus agemus statim. 3. *Actio de calumniatoribus*, in eum data qui vel ipse calumnioso iudicio aliquem vexauit, vel vt vexaret pecuniam accepit, *l. 12. §. 6. ff. de calum.* 4. Condictio ex lege aduersus executores litium plus æquo contra constitutionis Imperatoriæ normam à litigante quicquam exigentium, siue ab actore, siue à Reo quid expresserint. *Pac. notis. hic.* Ita vt triplum fisco detur, simplum ei qui damnum est passus. *Nou. 124. cap. 3. Pac. eod. quadrupli. Perez. eod.*

An inter actiones dupli & quadrupli nulla est differentia?

R. Imo hæc inter eas est diuersitas, quod quædam huiusmodi sint per se; puta actio furti nec manifesti; vt in qua dupli est pœna, quædam ex accidenti legis Aquiliæ, vt in qua dupli non est pœna, nisi inficiatus sit damnum is qui dedisse conuincitur, vt & in alijs quæ inficiatione crescunt. Inter actiones quadrupli nihil interest, nisi quod qui rem vi abstulit, ex iussu iudicis Actori restituens à quadruplo absoluatur,

uatur, & in quadruplo res contineatur. §. 26. *hic.*

Dic obiter quot sunt omnino actiones quæ inficiatione crescãt?

Rſ. Septem. 1. legis Aquiliæ, 2. ex testamento legatorum nomine per damnationem relictorum. 3. piorum legatorum. 4. depositi, sed in quatuor casibus supra notatis specialiter. 5. Condictio ex syngrapha, si debitor neget se scripsisse, vel opponat non numeratæ pecuniæ exceptionem, idque falso factum probetur. 6. condictio ex contractu habito in argentarijs sine scriptura. 7. actio iudicati.

Actio serui Corrupti.

Feciſti in hac quarta diuiſione mentionem trium actionum, quas explicare expedit, serui cõrrupti, & quod metus causa, & de calumniatoribus, *Dic qua eſt actio ſerui Corrupti ſeu de ſeruo corrupto?*

Rſ. Est actio in factum prætoria quæ dabatur aduersus eum, qui seruum alienum *(vel ancillam)* corrupisset, vel ei dolo malo persuasisset, vt, cum bonus esset, malus; cum malus esset, deterior fieret, *l. 1. & 2. ff. eod.* §. 23. *hic.* Comparata ad exemplum legis Aquiliæ; ita tamen vt cum actio ex lege Aquilia competat quoties corpus; hæc competat quoties mores serui corrumpuntur, *gl. hic. in verb. deterior, Vult. eodem num. 4.*

An eius ergo aliquis vſus?

Rſ. Nullus directè, vtiliter tamen datur de corruptis quoquo modo potestati nostræ subiectis. ex. gr. patri de filio & filiafam. corruptis. *l.* 14. §. 1. *ff. eod.* & magistratui de corruptis subditis. *Dd. ad hunc.* §. marito de corrupta vxore. *Zaſ. hic. num. 5.*

An ipſi corrupto detur, vide Vult. id hic negantem iuri conſentaneum eſſe, licet ſit aquitati.

Aduerſus quos ergo datur vtiliter hæc actio?

Rſ. Directa dabatur in eũ cuius consilio & hortatu seruus alienus vel fugisset, vel contumax aduersus dominum factus esset, vel luxurioſe viuere cœpisset, vel quolibet modo deterior factus esset, §. 23. *hic.* Vnde vtilis in eum datur, qui potestati nostræ subiectos moribus deteriores facit. 2. vel

modò improbè ad quid faciendum sollicitauit, etiamsi nihil effecerit. *l. si quis, C. de furtis, &c.* modò id fecerit dolo. *l. 3. ff. & seq. ff. h. t.*

Ad quid dabatur olim, hodieque datur?

R. Olim dabatur directa in duplum. *Text. eod.* hodie, cum tantum competat hæc actio vtiliter, arbitrio iudicis pœnam committendam Vulteius existimat, *Quod pœna incerta in iure sit in arbitrio iudicis. l. 1. §. 1. ff. de effract. Vult. eod. num. 10. Com. Inst. eod.*

Quæ sunt huius actionis requisita?

R. 1. Vt aliquis sit corruptus. 2. Reus eum dolo malo corruperit. 3. Actor ius in corruptum habeat.

Quomodo proponitur?

R. Pro facti circumstantia deducit Actor, accommodata ad forum nostrum narratione secundū requisita, in specie corruptionem, (*& quidem dolo malo & callidâ persuasione factam*) eius in quem ius, (*& ipsum deducendum*) habebat ipse, & aut pœnam arbitrio iudicis relinquet, aut æstimatis corrupti operis, (*quod fieri posse concedit Vulteius,*) & quod Actoris ob eam corruptionem ex patrimonio eius abest, aget in duplum, *Vult. eod. num. 10. Confer. Oldend. Class. 7. act. 2. Bred. hic.*

Actio quod metus causſa.

Quæ est actio quod metus causſa?

R. Est Actio prætoria in personam, in rem scripta, data per illatum metum talem qui in constantem virum cadit damnum passo, per quam rei per vim vel metum talem extortæ quadruplum intra annum, vel post annum simplum, ab eo consequitur qui rem extortam possidet. *Bred. hic.*

Cui, aduersus quem, & ad quid datur?

R. Datur metum præsentem talem passo qualis in definitione est expressus, i. siue in sua, siue in liberorum, vel coniunctorum suorum persona, *l. metum autem præsentem. §. volenti. l. nec timorem. ff. eod.* Contra 1. metum siue per se, siue per alium inferentem; etsi res ad alium pertineat. 2. Contra rei per metum ablatæ possessorem vel detentatorem, siue lucratiuo, siue oneroso, siue sine titulo, *l. Item si cum excep-*

tione

prione §. Padius quoque d. l. metum autem præsentem. ff. eod. 3. Aduersus populum, curiam, collegium, vel corpus, si ex dolo aduersariorum aliquid ad eos peruenit. 4. Si plures metum intulerunt, aduersus singulos in solidum, *Oldend. Class. 6. act.* 10. *num.* 1. 5. Aduersus eius qui metum intulerit heredes: In id quod ad eos peruenit, imò & heredes heredis; Licet nihil ad eos peruenit. §. *pen.* Quia sufficit semel peruenisse: *l. videamus. ff. eod. Vult. eod.* Et quidem 1. vt quicquid metum passo abest in integrum & pristinum statum restituatur. 2. Venientibus etiam in restitutionem fructibus perceptis, & qui ab impedito per metum percipi potuissent, omnique cõmodo & emolumento, siue res extiterit, siue quocumque modo perierit; modò non fuisset peritura apud metum passum, ita vt vel rem ipsam, vel eius æstimationem petere possit. *l.* 1. *C. de his qui vi metusve caus. gest. sunt. l. in re furtiua. ff. de Condict. furt.* Ita tamen vt interitu quidem rei, sine dolo, & culpa ipsorum, liberentur bonæfidei possessores metus ignari: ad fructus tamen, sed modò perceptos, teneantur. *Old. eod. num.* 6. 7.

Quæ sunt requisita huius actionis?

R. Duo. 1. Actori illatum esse metum qui in constantem virum cadat, siue in propria persona eum passus sit, siue in persona liberorum, vel vxoris. 2. Actorem exinde sensisse damnum: Si quidem agitur aduersus alium quam qui metum intulerit, ipsum lucrum sensisse. *Vult. eod. num.* 27.

Quomodo proponitur?

R. Deducta secundum requisita & circumstantias facti specie, petitur rei restitutio, & præterea triplum eius. vel si quid factum eius æstimatio vt fiat in quadruplum. Non fit autem semper condemnatio secundum petitionem Actoris; puta semper quidem in id quod abest, vel eius æstimationem; in pœnam, verò tum demum, si res arbtrio iudicis non restituatur, §. *item actio infr. h. & sec. modò dicta. vide Vult. & Old. eod.*

Actio in factum de Calumniatoribus.

Quæ est actio in factum de Calumniatoribus?

R. Quæ datur in eum qui pecuniam accepit, *aut aliud*

commodum sensit, vt alicui per calumniam negotium in iudicio faceret, vel non faceret *Pac. Epitome. disp. 20. thes. 6 Puta tales hoc loco calumniatores dicuntur. Aduersus quos quomodo etiam alia dentur actiones, vide Schneid. & Oldend. eod.*

Cui, aduersus quos & ad quid datur hac actio?

R. 1. Ei qui pecuniam non turpiter dedit ne calumniosum negotium ipse pateretur, & tamen passus est, siue ipse, siue alius eius nomine dederit, §. *quadrupli h.* 2. Ei qui innocentis misertus pro eo, etiã nesciente, ne vexaretur, in iudicio per aduersarium dedit *l. si quis ad alio. §. si autem. ff. eod.* 3. Ei in cuius lęsionem vt calumniam pateretur data, *l. & generaliter. §. illud erit notandum ff. eod.* 1. Aduersus pecuniam dantem, vt alteri negotium calumniosè fiat, vel non fiat. 2. Aduersus eum qui accepit pecuniam, vel aliud quoduis lucrum vt in iudicijs aliquem molestaret iniustè litibus, vel iustam quocunque modo causam proderet. *l.* 1. *§. ff. eod. tit.* Non here redibus, *quia panalis est*, & quod sufficere ipsis debet quod datam à defuncto pecuniam per condictionem ob turpem causam repetere possit; neque in heredem, nisi id quod ad eum peruenit, *Itidem quia panalis est. Vult. eod. num.* 35. Datur autem intra annum in quadruplum eius pecuniæ quam quis accepisse dicitur (*qui computatur ab eo die quo quis calumniam sibi structam resciuerit.*) post annum in simplum, *l. annus. l.* 1. *ff. eod.* Incipit autem actio tam in dantem, quam in accipientem pecuniam statim ab eo die quo data est pecunia, etsi nihil factum, *l. generaliter. pr. ff. eod. Oldend. eod.*

Quæ sunt huius actionis requisita?

R. 1. Vt pecunia, *vel alia res quæ in patrimonio esse possit. l.* 1. 2. 3. *ff. eod.* sit data vt alteri temerè lis moueretur, si agatur aduersus eum qui pecuniam alteri dedit; Sin autem qui accepit conueniatur, & accepta sit, siue vt alteri calumniosam actionem ne recipiens instituerit, siue ne calumniosum negotium faceret. 2. vt data sit ob negotium calumniosum iudiciale, vel quod quis in iudicio mouere poterat, *gl. supra. ff. eod. Schneid. hic.* Licet alij etiam pro calumnia extra iudicium commissa, vel committenda dari hanc actionem putent, *Bred. hic. ex Iasone hic. num.* 85.

Quomodo proponitur?

R. Actor

℟. Actor dicit cum Reo sibi nihil vnquam negotij fuisse, Reum verò 20. aureos accepisse, vt sibi Actori litem moueret; sciuisse verò nihil se iuris habuisse, ex quo Actori iudicium dictare posset: Nihilominus tamen à Reo apud talē iudicem Actorem sesquiannum vexatum: Petere itaque se, Iudicis sententia pronuntiari, Reum dictam pecuniam calumniose, & contra iuris prohibitionem accepisse, ipsumque condemnari, vt actori quadruplum eius, id est 80. aureos persoluat. *Oldend. eod. & ex eo Bred. eod.*

Quinta Diuisio Actionum.

In bonæfidei & stricti iuris.

Qua est quinta actionum diuisio?

℟. Quod aliæ actiones, siue reales, siue personales sint bonæfidei, aliæ stricti iuris, §. 20. *hic.* Distinctione desumta ab intrinseca actionum qualitate, quę ipsam tum actionem, tum executionem eius respicit. *Perez. hic.*

Qua dicuntur actiones bonæfidei?

℟. Bonęfidei actiones sunt in quibus libera potestas à legę permittitur iudici ex bono & æquo æstimādi quid Actori restitui debeat, §. 30. *hic.* Stricti iuris actiones sunt in quibus iudex præcisè adstrictus est de re in iudicium deducta pronunciare secundum naturam eidem actioni à legibus, vel partium conuentione datam, *l. 99. ff. de Act. & oblig. Perez. eod.*

Vnde hæc diuisio actionum: cum in omnibus contractibus bona fides sit necessaria?

℟. Quomodo hoc nō impediat, quod ipsi contractus alij stricti iuris, alij bonæfidei dicantur, supra explicatum, *lib. 3. tit. 14.* Hic habet cum contractuum ea sit diuersitas, vt vel ex natura ipsorum; vel ex partium conuentione præcisè ad id solum quod conuentum est, vel etiam ad id quod ex æquo & bono præstandum videtur partes obligēt, non mirum esse si lex vel sola, inde bonæfidei iudicia & stricti iuris facit, vel secundum eam conuentia partium, inter ipsas specialim leges faciens.

Enumera actiones bonæfidei & stricti iuris?

℟. Enu-

R. Enumerantur ab Imperatore bonæfidei hæ: ex emtovendito; locatoconducto; negotiorum geſtorum; mandati, depoſiti; pro ſocio; Tutelæ; commodati; pignoratitia; familiæ erciſcundæ; communi diuidundo; præſcriptis verbis; quæ de æſtimato proponitur; & ex permutatione competens; hereditatis petitio; *idque ſecundum Iuſtiniani conſtitutionem*, §.28. *hic.* Stricti autem iuris actiones ſunt reliquæ omnes: *(puta quod exceptio firmet regulam in caſibus non exceptis)* vt actio ſtipulati; *quod conceptione verborum ſolenni adſtringatur*; & mutui; *quod lege ipſa ad certum petendum Actor adſtringatur, in iſto contractu ceſſante iudicis arbitrio. Perez. hic.*

An & actio ex ſtipulatu pro dote exigenda eſt ſtricti iuris?

R. Regulariter quidem ſecundū ſtipulationis naturam: at verò cum ex conſtitutione Iuſtiniani in locum vxoriæ actionis (quæ bonæfidei fuit) ſucceſſerit, placuit & hanc bonæfidei eſſe, ſiue interpoſita, ſiue intermiſſa ſit ſtipulatio, *vt quæ fauore mulieris ſemper interpoſita ſingatur*, §.29. *hic.*

Qua ergo eſt inter actiones bonæfidei & ſtricti iuris differentia?

R. Quintuplex. 1. In bonæfidei iudicijs, neglecta verborum ſubtilitate, quibus contractus eſt conceptus, libera poteſtas eſt iudici quantum Actori debeat reſtitui ex æquo & bono æſtimandi: in ſtrictis tenorem verborum Actoris petentis præcisè ſequi debet. 2. In bonæfidei iudicijs, ex officio iudicis, ab initio fructus dantur, & poſt moram vſuræ, licet ex obligatione non veniant: in ſtrictis nec fructus veniunt, nec vſuræ currunt, niſi poſt litem conteſtatam. 3. In bonæfidei iudicijs iuratur in litem; non regulariter in ſtrictis. 4. In bonæfidei iudicijs contractus cui dolus cauſam dedit ipſo iure nullus declaratur, nō in quem incidit dolus: in ſtrictis non minus contractus cui dolus cauſam dedit valere declaratur ipſo iure. 5. In bonæfidei iudicijs olim compenſatio fiebat ipſo iure; in ſtrictis, ex præſcripto D. Marci, oppoſita doli mali exceptione, inducebatur. Qua hodie ſublata, per Iuſtiniani conſtitutionem, differētia, in qualibet actione tam bonæfidei quam ſtricta, tam perſonali quam reali, compenſatio fit ipſo iure; in debito quidem liquido ante rem iudicatam à parte propoſita & probata, §.30. *hic. Perez. eod. De compenſatione verò vide latius ſupra. lib. 3. Tit. 30.*

De

De petitione hereditatis.

Recenſuiſti inter actiones bonaſid. petitionem hereditatis & negotiorum geſtorum, tutelæ, pignoratitiam (quamuis quod compendio agimus, præterire aliquas cogamur actiones,) *ob earum meritum nobis tractandas; dic qualis actio eſt hereditatis petitio?*

R. Eſt actio vniuerſalis (*vtpote qua rerum vniuerſitas, petitur non res ipſæ, niſi per conſequentiam, quatenus ſub vniuerſitate illa continentur*) 2. in rem, *vnde petitionis nomen, quo propriè actiones in rem deſignantur.* 3. mixta; *quia habet præſtationes quaſdam perſonales, quamuis alij ſimpliciter realem malint, Vult. Inſt. hic.* 4. bonæfidei, *Nempe talis ab Imperatore facta, cum ante ſtricti iuris eſſet; vel ſaltem an eſſet dubitatum, Vult. eodem.*

Quomodo definitur?

R. Eſt vindicatio hereditatis, *Vult. Iuriſpr. l. 2. cap. 22.* ſeu actio in rem, qua is qui ſe heredem dicit vtitur aduerſus eum, qui ius pro poſſeſſore, vel herede habet, poſſidetve rem hereditariam, quamuis minimam, *l. 9. & 10. ff. h. t. Hotom. hic. num. 2. ex Vult. eod.*

Quotuplex eſt?

R. Triplex: alia ciuilis, ſeu directa; alia prætoria, ſiue poſſeſſoria; alia mixta ex vtraque. *Vult. Iuriſpr. lib. 2. cap. 22.*

Qua eſt ciuilis?

R. Qua is qui ſe heredem dicit vtitur aduerſus eum qui ius pro herede, vel poſſeſſore habet, *Vult. eod.*

Cui datur & aduerſus quem?

R. Siue in totam hereditatem, ſiue in partem intendatur (*modo talis ſit pars, qua iura habeat hereditaria, Oldend. eod.*) datur heredi cuicunque, ſiue ex teſtamento, ſiue ab inteſtato heres ſit, (*Nec enim minus quis eſt heres eſt ex minima parte quàm ex maxima, vel etiam aſſe. Quia non ex rebus hereditarijs, ſed iure ſuccedendi æſtimatur hereditas. Vult. eodem.*) modò hereditatem ab alio poſſeſſam ipſe agnouerit. 1. Etiam filio aduerſus patrē, ſi agatur dē materna ſucceſſione, *l. fin. hic. Vveſemb. par. hic. num. 8.* 2. Siue per ſe, ſiue per alium,

anum, he res ſit, *puta vel per eum quem habet in poteſtate, filiumfam. vel ſeruum, vel extraneum cui ſucceſſit. Old. Claſ. 1. act. 1. 3.* heredi heredis. *Quia heres heredis primi teſtatoris etiam heres cenſetur, l. 1. & 3. ff. de pet. her. 4.* Etiam emtori hereditatis contra rerum hereditarium poſſeſſores, non venditorem *quia contra eum habet actionem perſonalem. Schneid. hic.* Aduerſus 1. omnes qui ex titulo inualido ſcienter res hereditarias poſſident, *l. 13. §. 1. hic.* non ſingulari, ſed vel pro poſſeſſore vel pro herede, *Vult. eod. 2.* Etiam eos qui dolo deſierunt poſſidere, *puta alienata hereditate ne ipſi conuenirentur. 3.* Qui vt poſſeſſores hereditatis liti ſe obtulerũt. 4. Debitorem hereditatis, *ſiquidem ſe heredem defuncti contendat. 5.* Contra poſſidentem pretia rerum hereditariarum, vel debita exacta à debitoribus hereditarijs, *l. 16. §. ſed & is ff. eod. 6.* Contra habentem actionem occaſione rerum hereditariarũ, vt eam cedere domino teneatur. *Schneid. hic.*

Quis dicitur pro herede vel poſſeſſore poſſidere?

R. Pro herede poſſidere dicitur is qui cum non ſit, heredem ſe eſſe bona fide putat, vel ſciens ſe heredem nõ eſſe, tamẽ ſe vt heredem gerit. Pro poſſeſſore poſſidere dicitur, qui non contendens ſe heredem eſſe, nec vllũ poſſeſſionis ſuæ titulum allegans nec allegare valens, res hereditarias poſſidet. *Vult. eod.*

Quid venit in hanc actionem?

R. Res omnes hereditariæ quæ in dominio defuncti fuerunt, corporales, incorporales, *(ſeruitutibus exceptis)* etiam à defunctæ poſſeſſæ modo, vel detentæ, cõmodatæ, pignoratæ, rerum venditarum pretia, pecuniæ à debitoribus exactæ, fructus, & acceſſiones rerum omnes perceptæ, percipiendæ, tam conſumtæ quam extantes: ſi quidem ſit malæ fidei poſſeſſor, *qui ſecundum ante dicta ne expenſas quidem deducit. Vult. eod.*

Quæ ſunt huius actionis requiſita?

R. A parte Actoris duo. 1. Vt ſit heres defuncti de cuius hereditate quæritur quocũque iure, ſiue ex aſſe, ſiue ex parte. 2. Vt ante inſtitutam actionem non habuerit rerum petitarum poſſeſſionem, *Quia poſt adeptam poſſeſſionem amplius non ſunt hereditaria, ſed proprium patrimonium poſſidentis. Schneid.*

Schneid. & Vult. hic. A parte Rei similiter duo. 1. Vt Reus hereditatem, vel partem eius possideat, vel dolo possidere desierit, vel se liti obtulerit. 2. vt possideat pro herede, vel possessore, siue alio titulo inualido, *Vult. eod.* 3. Vt res fuerint mortis tẽpore, siue dominij, siue possessionis vel detentionis, eius de cuius hereditate quæritur, *Vul. eod. ex Schn. eod.*

Quomodo proponitur?

℟. Actor dicit Sempronium defunctum, cum esset sui iuris & haberet liberam bonorum suorum administrationẽ, scripsisse legitimum testamentum; In eodem autem testamento se Actorem vel in totum, vel in partem heredem scriptum esse, hereditatemque Sempronij adijsse, Reum verò eam, vel partem, vel aliquam rem possidere; Quamuis admonitum eiusdem restitutionem recusare: Itaque se petere ipsum declarari sententia verum ac legitimum Sempronij heredem, & proinde Reum condemnari vt hereditatem prædictam, vel eius partem vnà cum fructibus & emolumentis restituat. *Old. eod.*

An verò semper hereditatem petens tenetur exprimere, ex testamento, an ab intestato sit heres?

℟. Parte non opponente, minimè; ad euitandas tamen dilatorias exceptiones, tutius est vt fiat. *Bart. in l. 3. hic.* Et si quidem ex testamento, heredem se dicit, id probabit per ostensum testamentum non vitiosum, nec cancellatum: Cum ab intestato, exprimet & probabit se adgnatum defuncti esse proximum. *Trent. disp. hic. thes. 7.*

Quæ est prætoria hereditatis petitio?

℟. Qua bona hereditaria, in quorum possessionem quis est missus, ab eo qui illa pro herede vel pro possessore possidet, restitui petuntur. *Vult. eodem.*

Quæ in hac obseruanda?

℟. 1. Sicut heredis petitio ciuilis datur heredi: ita hanc dari bonorum possessori, qui vice heredis est, *sec. ante dicta.* 2. Esse vel ordinariam, quæ ex ipso Prętoris datur edicto, secundum ordinem ab illo definitum, vel extraordinariam, quæ nulla certa edicti parte cõtinetur, sed ex nouis legibus competit. *secund. ea quæ dicta sunt supra sub Tit. de bon. possess.* 3. Eadem hic obseruanda quæ in ciuili hereditatis petitione;

anum, he res ſit, *puta vel per eum quem habet in poteſtate, ſ liumfam. vel ſeruum, vel extraneum cui ſucceſſit. Old. Claſ. 1. act. 1. 3.* heredi heredis. *Quia heres heredis primi teſtatoris etiam heres cenſetur, l. 1. & 3. ff. de pet. her. 4.* Etiam emtori hereditatis contra rerum hereditarium poſſeſſores, non venditorem *quia contra eum habet actionem perſonalem. Schneid. hic.* Aduerſus 1. omnes qui ex titulo inualido ſcienter res hereditarias poſſident, *l. 13. §. 1. hic.* non ſingulari, ſed vel pro poſſeſſore vel pro herede, *Vult. eod. 2.* Etiam eos qui dolo deſierunt poſſidere, *puta alienata hereditate ne ipſi conuenirentur. 3.* Qui vt poſſeſſores hereditatis liti ſe obtulerũt. 4. Debitorem hereditatis, *ſiquidem ſe heredem defuncti contendat. 5.* Contra poſſidentem pretia rerum hereditariarum, vel debita exacta à debitoribus hereditarijs, *l. 16. §. ſed & is ff. eod. 6.* Contra habentem actionem occaſione rerum hereditariarũ, vt eam cedere domino teneatur. *Schneid. hic.*

Quis dicitur pro herede vel poſſeſſore poſſidere?

R. Pro herede poſſidere dicitur is qui cum non ſit, heredem ſe eſſe bona fide putat, vel ſciens ſe heredem nõ eſſe, tamẽ ſe vt heredem gerit. Pro poſſeſſore poſſidere dicitur, qui non contendens ſe heredem eſſe, nec vllũ poſſeſſionis ſuæ titulum allegans nec allegare valens, res hereditarias poſſidet. *Vult. eod.*

Quid venit in hanc actionem?

R. Res omnes hereditariæ quæ in dominio defuncti fuerunt, corporales, incorporales, *(ſeruitutibus exceptis)* etiam à defunctæ poſſeſſæ modo, vel detentæ, cõmodatæ, pignoratæ, rerum venditarum pretia, pecuniæ à debitoribus exactæ, fructus, & acceſſiones rerum omnes perceptæ, percipiendæ, tam conſumtæ quam extantes: ſi quidem ſit malæ fidei poſſeſſor, *qui ſecundum ante dicta ne expenſas quidem deducit. Vult. eod.*

Quæ ſunt huius actionis requiſita?

R. A parte Actoris duo. 1. Vt ſit heres defuncti de cuius hereditate quæritur quocũque iure, ſiue ex aſſe, ſiue ex parte. 2. Vt ante inſtitutam actionem non habuerit rerum petitarum poſſeſſionem, *Quia poſt adeptam poſſeſſionem amplius non ſunt hereditaria, ſed proprium patrimonium poſſidentis. Schneid.*

Schneid. & Vult. hic. A parte Rei similiter duo. 1. Vt Reus hereditatem, vel partem eius possideat, vel dolo possidere desierit, vel se liti obtulerit. 2. vt possideat pro herede, vel possessore, siue alio titulo inualido, *Vult. eod.* 3. Vt res fuerint mortis tẽpore, siue dominij, siue possessionis vel detentionis, eius de cuius hereditate quæritur, *Vul. eod. ex. Schn. eod.*

Quomodo proponitur?

℟. Actor dicit Sempronium defunctum, cum esset sui iuris & haberet liberam bonorum suorum administrationẽ, scripsisse legitimum testamentum; In eodem autem testamento se Actorem vel in totum, vel in partem heredem scriptum esse, hereditatemque Sempronij adijsse, Reum verò eam, vel partem, vel aliquam rem possidere; Quamuis admonitum eiusdem restitutionem recusare: Itaque se petere ipsum declarari sentẽtia verum ac legitimum Sempronij heredem, & proinde Reum condemnari vt hereditatem prædictam, vel eius partem vnà cum fructibus & emolumentis restituat. *Old. eod.*

An verò semper hereditatem petens teneatur exprimere, ex testamento, an ab intestato sit heres?

℟. Parte non opponente, minimè; ad euitandas tamen dilatorias exceptiones, tutius est vt fiat. *Bart. in l. 3. hit.* Et si quidem ex testamento, heredem se dicit, id probabit per ostensum testamentum non vitiosum, nec cancellatum: Cum ab intestato, exprimet & probabit se adgnatum defuncti esse proximum. *Treut. disp. hit. thes. 7.*

Quæ est prætoria hereditatis petitio?

℟. Qua bona hereditaria, in quorum possessionem quis est missus, ab eo qui illa pro herede vel pro possessore possidet, restitui petuntur. *Vult. eodem.*

Quæ in hac obseruanda?

℟. 1. Sicut heredis petitio ciuilis datur heredi: ita hanc dari bonorum possessori, qui vice heredis est, *sec. ante dicta.* 2. Esse vel ordinariam, quæ ex ipso Prętoris datur edicto, secundum ordinem ab illo definitum, vel extraordinariam, quæ nulla certa edicti parte cõtinetur, sed ex nouis legibus competit. *secund. ea quæ dicta sunt supra sub Tit. de bon. possess.* 3. Eadem hic obseruanda quæ in ciuili hereditatis petitione;

ne; retenta saltem distinctione hereditatis & bonorum possessionis.

Qua est mixta, scil. ex iure ciuili & pretorio, hereditatis petitio & quomodo definitur?

R. Querela inofficiosi testamenti; de qua supra actum cum sit titulo speciali, obiter modò agemus.

Dic ergo qua sunt requisita huius querelæ, & quomodo proponitur?

R. Requisita iuxta propositionem sunt manifesta: Dicit enim Actor se contra officium pietatis esse exheredatum, vel præteritum. 2. Institutum verò heredem ex testamento hereditatem adijsse: Petere itaque se rescindi tabulas, illisque rescissis omnia simul rescindi eo contenta, non modò institutionem, sed & legata, fideicommissa, aliaque (*iure quidem veteri*) vel solam institutionem, *iure nouo*.

Actio Negotiorum gestorum.

Quid est actio negotiorum gestorum?

R. Quomodo ex gestione negotiorum duplex nascatur actio, supra explicatum, & vtraque definita; adeò vt hic vtriusque requisita, & quomodo proponantur, restet explicandum.

Quæ sunt requisita huius actionis?

R. 1. In directa quidem vt absentis negotia sint gesta, 2. Et sponte quidem, vt directa detur, quod aliàs si vel necessitate, vel eius suspicione, gesta sint, vtilis modò actio locum habeat, *l. 2. §. hic actione ff. hic.* 3. Vt negotium gestum ad Actorem aliquo modo pertineat; hoc est aut gestu ipso, aut cura, aut ratihabitione, *Bred. hic.* In contraria verò, 1. Vt negotia absentis sint gesta per Actorem absque mandato. 2. Non cadat in speciale nomen contractus, vel quasi. 3. Sit gestum vtiliter, vel inceptum respectu domini, licet effectum non habuerit, *Bred. hic.*

Quomodo proponitur vtraque?

R. In *directa* dicit Actor, se rebus suis ita exigentibus nuper aliquamdiu abfuisse; Interim Reum sine vllo mandato negotia sui Actoris administrasse; Malè verò gessisse,

vel

vel administrando centum aureis negotium deterius fecisse: Petere itaque se, ipsum Reum condemnari ac legitimè compelli, vt reddita ratione negotiorum gestorum, restituat, quicquid apud se habet reliquum ad Actorem quoquo modo pertinens, & ideo centum aureos nomine damni soluat. In *contraria* dicit Actor; Se nuper Titij negotia gessisse cum domus eius ruinam minabatur: Se Actorem impendisse de suo ære in prædicta negotia aureos decem: Reum verò, quamuis multoties admonitum, dictos aureos ei soluere obstinatè recusare, aut obligatione Actorem liberare: Sumptus verò prædictos, se in diario suo descripsisse, cuius tenorem in causæ progressu edet: Adhæc se pro pecunia in res Titij impensa vsuras soluisse; Petere itaque se Reum condemnari in dictæ pecuniæ, vnà cum vsuris solutionem, vel vt obligatione ob res gestas cum Reo contracta ipse liberetur, ac vt ne officium ei non sit damnosum, Reus omnibus modis præstet.

Actio Tutelæ.

Qua est actio tutelæ?

Rs. Et ipsam esse duplicem; vnam directam quæ datur pupillo contra tutorem, alteram contrariam quæ tutori datur contra pupillum, supra dictum, *Tit. de oblig. qua ex quasi contract.* cum vtramque supra, Titulis de Tutelis à nobis tractatam putaremus; nunc sciendum, pupillo aduersus tutores duplicem dari actionem, vnam tutelæ, alteram de rationibus distrahendis vocatam.

Qua est actio tutelæ directa?

Rs. Est actio personalis quæ finita tutela pupillo datur vt actus sui & administrationis reddat rationem, *l. 1. prin. §. pro officio ff. de tutel. & rat. distr.*

Cur dicis hanc actionem dari finitâ tutelâ?

Rs. Quia absurdum videri possit rationes administrationis ab eo desiderari qui adhuc administrat, *l. nisi finita. l. si tutori. §. absurdum. ff. de tit. & rat. distr. Hodie tutor singulis annis compelli potest vt rationes reddat, sicut & quilibet administrator alius, Clem. 1. de relig. domib. c. 1. de cleric. agrot. num. 6. Idque etiam*

ex

ex conſtit. Caroli V. in der Policen ordnung *in comitijs Auguſtanis.* 1548. *repetita à Rodolpho.* 11. 1577. *Vult. Com. Inſt. hic.*

Cui, aduerſus quem datur & ad quid?

R. Pupillo & eius heredi aduerſus tutorem qualemcunque, eiuſque ſucceſſores, *Vveſ. par. de tit. & rat. diſtr. Qui ſi plures & ſoluendo ſint, prout quidem tales ſunt, in partes viriles.* 2. Contra fideiuſſores defensores, curatores bonorum & nominatores, *l.* 4. *ff. de fideiuſſ. & nominat. & her. tut. & curat. l.* 1. *C. eod. Bred. hic.* 1. Ad reddendas à tutore actus ſui & adminiſtrationis rationes. 2. reſtituendas res minoris quas adhuc penes ſe habet. 3. Ad eius quod dolo vel culpa tutoris abeſt commodi, vel adeſt damni præſtationem. *Bered. eod. Vveſ. par. hic.*

Quæ eſt actio de rationibus diſtrahendis?

R. Eſt actio (*ex lege duodecim tabul. deſcendens, tum data cum datur actio tutelæ*) competens pupillo aduerſus tutorem de ijs rebus quas ex bonis pupilli durante tutela abſtulit, *l.* 1. *§. pen. ff. eod. Vveſ. par. eod.* Et datur quidem propter furti nec manifeſti ſpeciem, quam factum habet, in duplum. Nec tranſit, quia pœnalis eſt, in heredes. *De diſtrahendis hic iam diſtractis, conturbatis & finitis dicta, Cuiac. ad Paul. lib.* 2. *tit.* 30.

Quæ eſt actio tutelæ contraria?

R. Quæ datur tutori contra pupillum de his quæ ei per tutelam abſunt, quatenus ex officio ſumtus fecit, vel obligatus ſit, *Treut. theſ.* 6. *diſp. de reliquo iure tutelæ, &c.*

Cui, quando, aduerſus quem, ad quid datur?

R. Non ſolum tutori, ſed & vtiliter protutori, (*hoc eſt ei qui cum non eſſet, tamen quaſi tutor negotia pupilli geſſit.*) & curatori (*vt & prior directa vtiliter datur minoribus*) Itidem finito tutoris officio, (*ſed eadem cautelâ*) aduerſus pupillum, vel adoleſcentem, ad ea conſequenda quæ propter tutelam at ſint, (*dummodo bonâ fide & ex officio facti ſint ſumtus, & ſuſcepta obligationes*) licet contrarium habuerint exitum, *Vveſ. par. de contr. tutelæ & vtili actione.*

Quæ ſunt requiſita vtriuſque actionis directæ & contrariæ?

R. *Directæ* tria. 1. Quod tutor pupilli bona adminiſtrauerit. 2. Quod in adminiſtratione dolum ſeu culpam in faciendo

ciendo vel non faciendo commiserit, *sed pro ratione instituenda actionis.* 3. Tempus administrandæ tutelæ sit finitum, *pro ratione iuris Romani. Bred. hic.* Contrariæ, requisita sunt. 1. administrata bona esse pupilli à tutore. 2. ex ea administratione ob sumtus ex officio factos, vel obligationem susceptam quid tutori abesse.

Quomodo vtraque proponitur?

℟. In directa actione dicit Actor pupillus, Titium fuisse tutorem suum, & tutorio nomine per decem annos negotia sui Actoris gessisse, Finitam nunc esse tutelam (*puta secundum ius Romanum*) Ideoque se autoritate sui curatoris agere vt rationes suæ administrationis tutor Titius reddat, & de malè & non ex bona fide gestis damnum resarciat. Petere itaque se eum condemnari vt reddita ratione tutelæ gestæ & omissæ reliqua præstet, & omnia bona pro administratione tutelæ tacitè sibi obligata restituat, &c. *Bred. hic.* In contraria Actor dicit se tutelam Sempronij gessisse, In eius verò administratione ob (*causas enarrandas*) plurimum (*quod & ipsum ponendum*) expendisse: Se verò tutelæ munere, quod pubertatis ætatem attigerit pupillus, liberatum; non peti à Sempronio ab Actore rationes: fortè quod plus expensum sciat quam ei absit: Petere itaque se Sempronium iudicio compelli ad exaudiendas rationes & sumtuũ ex officio & bona fide factorum restitutionem. *Reliquas formulas ad tutelæ materiam pertinentes videat lector apud Oldend. Class. 4. act. 31. & seq. vsque ad 37.*

De pignoratitia actione.

Quid est actio pignoratitia?

℟. Ea quomodo duplex sit, vna directa, altera contraria, iam ante, cum de pignore ageremus, explicatum & vtraque definita.

Cui, aduersus quem, & ad quid datur vtraque?

℟. *Directa* datur debitori pignoris recipiendi caussa, vel eius pretij, aut eius quod interest, *l. 32. ff. de neg. gest. l. pen. ff. de pign. act.* aduersus creditorem cum quo contractum est, aut eius heredem (*non aduersus tertium possessorem, iure quidem ciuili. Vult. com. Inst. hic.*) Contraria datur creditori

aduersus debitorem ad id quod ei pignoris causſa probabiliter abeſt; puta ad neceſſarios ſumtus & impenſas in rem pignoratam factos, & in id quod intereſt; puta ſi fortè debitor ſciens æs pro auro, vel rem alienam, aut alteri ante obligatam oppignorauerit, *l.1.in fin l.16.§ contra. ff.h.t.* vel generaliter ſi in pignore male ſit verſatus, *l.9.ff. h. t. Quando hæc actio detur ſupra expoſitum; puta exoluto debito; quod maxime verum in directa, in contraria aliquando ſecus, Vult eod.*

Quemodo vtraque proponitur?

R. 1. In directa dicit Actor rem ſibi fuiſſe oppignoratam. 2. debitum pro quo fuit oppignorata eſſe ſolutum vel cauſſam debiti ſublatam, quoquo modo id voluerit creditor, licet non ſit ſolutum *(puta ſi forte fideiuſſoribus ſibi caueri voluit, &c.)* Reſtitutionem pignoris à creditore ſine cauſſa negari: Petere itaque ſe Reum condemnari, & compelli vt rem nexu pignoris liberatam, & quidem integram, nec deteriorem factam reſtituat, vnà cum refuſione vſurarum, fructuum, perceptorum & percipiendorum, vel eo quod intereſt, &c. In contraria *(quam vel vltro inſtituere, vel intentata directa per reconuentionem poteſt)* dicit Actor ſe Reo tot aureos mutuo dediſſe, ipſum verò eam ob rem ſibi Actori equum ſuum pignoris cauſſa obligaſſe: Iſtum verò ſe Actorem proprijs expenſis aluiſſe & pauiſſe, Reum autem debitum quidem exoluere, ſeque Actorem pignus reſtituere paratum eſſe: At ſumtus in alendo & paſcendo equo oppignorato refundere Reum recuſare: Petere itaque ſe ipſum condemnari vt pecuniam mutuo datam, vnà cum ſumtibus impenſis reſtituat & exſoluat. *Bred. eod. vide Old. Claſ. 3. Act. 12. & 13.*

Actiones arbitrariæ.

Arbitrariæ actiones an tertiam actionum ſpeciem ratione qualitatis faciunt?

R. Non; ſed ſui natura ſunt ſtricti iuris, à quo actionum genere ab accidenti modò diſtinguuntur, conceſſo ex eo iudici arbitrio, ex quo dependent, §.31. *hic. Perez. eod.*

Quatenus ergo differunt à ſtricti iuris iudicijs?

R. Quatenus cum in ſtrictis iudicijs præcisè ſequamur

id

id quod siue lege, siue conuentione partium definitum est, hic præter naturam actionis proposita (*puta propter contumaciam Rei creditori non soluentis*) largius iudici sit arbitrium; Quod in eiusmodi actionibus fere incertum quid petatur, aut æstimatio incerta, vel Actoris in litem iureiurando, vel arbitrio iudicis commissa, *d.* § *si Perez. eod.*

Cur igitur dicuntur arbitrariæ?

R. Quia iudex in illis actionibus antequam totam causam definiat, quomodo Actori satisfieri debeat prius arbitratur; eo effectu vt soluens intra tempora definita & pœnam euitet & rem solam præstet; alias rigidè in id quod Actoris interest, & in quantum ab eo iuratum Reus condemnatur, *l.* 18. §. 1. *ff. de dolo l.* 68. *ff. de rei vind. heres. hic.*

Quid differunt actiones bonæ fidei & arbitrariæ?

R. 1. In bonæ fidei actionibus potestas libera quantum Actori restitui debeat ex bono & æquo æstimandi iudici ex causa actionis competit: In arbitrarijs id non inde, sed à iudicis arbitrio dependet: & ita quidem, vt non sic quemadmodum in bonæ fidei iudicijs potestas sit libera: sed à conditione hac; (NISI REVS IVSSVI IVDICIS IVSTE LOQVENTIS PARET,) dependeat. 2. Actiones omnes bonæ fidei sunt in personam præter hæreditatis petitionem. Quædam arbitrariæ etiam in rem. 3. Bonæ fidei actiones ex contractibus innominatis descendunt; Arbitrariæ quædam quidem ex contractu, aliæ verò ex nuda conuentione, vel ex quasi delicto, item ex possessione, vel quasi. *d.* §. 30 & 31. *hic. Perez. eod.*

Quæ Exempla arbitrariarum actionum recenset Imperator?

R. Enumerat quidem aliquas, puta Publicianam, Seruianam, & quasi Seruianam seu hypothecariam; omnes in rem; Præterea quod metus causa, de dolo, de eo quod certo loco, & ad exhibendum actiones; omnes in personam. Plures tamen sunt, siue in rem, siue in personam, vt rei vindicatio, confessoria, & negatoria, item Pauliana in rem: sic & Fauiana, seu Caluisiana, & redhibitoria, rerum amotarum, aliæque in personam. *d. ff.* §. 1.

Quomodo demonstras actiones ab Imperatore recensitas esse arbitrarias?

R. Quia in istis omnibus actionibus habet locum iudicis ex æquo & bono secundum cuiusque rei de qua actum est naturam æstimatio, quemadmodum Actori satisfieri oporteat. *sec. ante dicta.*

Ostende hoc in singulis actionibus?

R. *Publiciana* est arbitraria; quia in hac iudex rem iubēs restitui, si restituatur, absoluit Reum: sin minus, vt in rei vindicatione, sic & hic manu militari eam auferri iubet: si rem dolo desijt possidere, eam quanti Actor in litem iurauerit, & ipse ordinauerit iudex condemnat. *Menoch. & Coraſ. Seruiana & quaſi*, seu *hypothecaria*: Quia hic si possessor Reus iussus rem restituere pareat, soluta etiam Actori pecunia eum iudex absoluit; sin minus, tem militari manu aufert; & dolo desinens possidere ac iudicis præceptū illudens, quanti in litem ab Actore iuratum condemnatur, arbitrio iudicis iuramentum Actoris moderante. *l. 16 ff. iurei. l. 4. §. fin. ff. de in lit. iur. Quod metus cauſsâ*: quia si rem ablatam arbitrio iudicis non restituit, quam euitare posset, restituendo, quadrupli pœnam sustinet, *l.* 14. §. 3. *ff. quod onet. Cauſſ. Actio de dolo*: quia & hic dolosus arbitrio iudicis rem non restituens, & quanti res ea erit, seu quanti interest deceptum non esse, cum nota infamiæ condemnatur. Quam pœnam, facta ante condemnationem restitutione euitat, *l.* 18. *ff. de dolo malo. De eo quod certo loco*: quia qui certo loco se solututum constituit, alibi quidem conueniri potest, sed iudex arbitrabitur quanti interest Rei in loco conuentionis potius, quam in eo vbi Actor experitur, soluere. *l. 2 3. §. ff. de eo quod certo loco. Ad exhibendum*: quia hæc datur si rem exhiberi Actoris interfit eo euentu, vt si id probauerit, Reus ad exhibendum condemnetur; Vel non obtemperans iudicio quantum in litem iuratum, *l. 3. §. 2. ff. l. 4. C. ad exhibendum. In cæteris actionibus ab Imperatore non recenſitis cum ſimile ſit Iudicis arbitrium, ſimili etiam ratione conſiderandum puta ita: quod Reus non parens iudicio ex inobedientia grauius ſententia iudicis condemnetur.*

In hiſce, & bonæ fidei actionibus qualem ſententiam fert iudex?

R. Curabit vt quantum fieri potest certam, id est, rei certæ pecuniæve (licet de incerta quantitate, verbi gratia,

actum

actum sit) sententiam ferat: *Incerta enim pronunciatio rei iudicatæ vim obtinere non potest. §. 32. hic.*

Quomodo ferat certam sententiam?

R. Si talem ferat ex qua appareat quid, quale, & quantum sit id in quod Reum condemnat. *arg. l. certum. 6. ff si certum. pet.* sive res aut quantitas certa verbis sit expressa, sive certitudo haberi possit per relationem ad aliud, puta ad acta, testamenta, codicillos, &c. *l. ait prætor. §. 1. ff. de re iud. l. 2. C. de sent. quæ sine certa quan. prof. Vult. com. Inst. ad §. curare. hic. Nempe sententia libello & actis debet esse conformis, & ipse libellus, quoad rem petitam, causam & actionem certus.*

Quid si libellus ipse sit incertus?

R. Considerandum, an actio sit vniuersalis, hoc est quæ de sui natura multa vniuersaliter in se continet, *vt petitio hereditatis, actio familiæ erciscundæ*, &c. an generalis, *hoc est, ad id quod non quidem ius vniuersum, plura tamen capitula subsè continet competens, ex. gr. negotiorum gestorum, tutelæ, pro socio, &c.* An particularis, vel singularis, *hoc est, qua ad res particulares datur.* 1. In duabus prioribus admittitur incertus libellus: In posterioribus minime, nisi res talis debeatur alternatiue, *vtpote quo casu electio generaliter spectat ad debitorem.* 2. vel genus, *puta equus*, & debitor nondum declarauit quam speciem, *puta equum*, dare velit. 3. vel dubium sit an res extet, *quo casu vel rei, vel æstimationis admittitur petitio.* 4. vel factum ab aliquo præstandum petitur, *vtpote quo casu vel facti præstatio, vel si non fiat, interesse recte petitur.* 5. vel interesse, sive principaliter petatur, sive accessoriè. 6. Fructus percepti & percipiendi, cum expensis factis & faciendis, &c. *Vide Schneid. hic. & nota.* 1. *ob incertum libellum non vitiari processum nisi parte opponente.* 2. *ipsum verò Actorem pendente iudicio declarare eum debere, Schneid. eod.*

Cum sententia debeat conformis esse libello, quid iuris si Actor eo sit complexus plus quam sibi debetur?

R. Olim causa cadebat, sive in personam, sive in rem ageret; nec facile restituebatur; nisi vel ætatis lubrico; vel tali errore lapsus esset, qui & iam in constantissimum caderet. Hodie aliud ius obtinet. §. 33. *hic. Nicas. de Voerda hic.*

Quot modis plus petitur?

℟. Quatuor. 1. *Re*, quando maior quantitas petitur quàm obligatione continetur; pura 2o. cum 1o. modò debentur. 2. *Tempore*, quando purè petitur; id est confestim soluendum, quod modo in dies & sub conditione debetur. 3. *Loco*, quando quid certo loco solui aut dari debet; alio loco purè, mentione loci in stipulationem deducti omissa; petitur. 4. *Causâ*; quando quod in genere vel alternativè modò debetur, petitur in specie certa: atque ita in debito generali & alternatiuo debitori competentem sibi arrogat electionem creditor. §. 34. *hic. Perez.*

Dic quid hodie iuris circa plus petitionem?

℟. Ex constitutione Zenonis plus tempore petens inducias Reo debitas cogitur duplicare; & cum vnum tantum deberet, duos menses, cogitur exspectare, refusis insuper Reo litis expẽsis. Iustinianus suas lege eũ qui re, caussa, loco plus petit, damnorum, quæ sportularum nomine ex hac caussa acciderint, in triplum iubet condemnare. §. 35. *hic. & tit. C. de plus petit. Perez. hic.*

Quid si Actor minus sua intentione complexus fuerit quam ei debeatur?

℟. Talis sine periculo, *id est sine vllo incommodo*, agit, vt nec totum, nec partem debiti amittat: imò verò liberũ ei est reliquum in eodem, vel alio iudicio persequi: non obstante ei, de alia re agenti, rei iudicatæ exceptione, §. 36. *hic. Perez. hic.*

Quid si aliud pro alio petatur ab Actore?

℟. Et hoc nihil ei periculi afferre placuit, sed permittitur ex diuerso vt in eodem iudicio errorem commissum corrigat. §. 37. *hic. Perez. hic.*

An ergo permissa est libelli emendatio & quousque?

℟. Si ita emendatur libellus vt eius mutetur substantia, & relicta priore altera eligatur actio, vsque ad litis contestationem ex cõmuniore sententia; aut, si probabilis Actoris sit error, refusis protelati processus expensis, & Reo post editam actionem nouam dato deliberandi spatio, etiam post eam ex aliorum sententia: Si absque substantiæ mutatione eadem manente sententia obscura modò declarentur, aliquid addatur vel declaretur, vsque ad sententiam admittitur. *Rosb. præx. ciuili, Tit. 34. num. 25. & seq.*

An

An vna tantum actio singulis libellis proponitur in eodem iudicio?

℟. Imò verò permissa etiam in eodem libello actionum cumulatio; præsertim si res, caussa petendi, actionesque diuersæ quidem sint, vt simul subsistere & tractari possint, *Dd. in l. edita. C. de edend. Gayl.* 1. *obs.* 63. Minimè verò. 1. Si actiones sint contrariæ, *Gayl.* 1. *obs.* 62. *num.* 5. *Nisi vel alternativè proponantur Mynsi. centur.* 4. *obs.* 11. *Gayl.* 1. *obs* 62. *num.* 9. *vbi in Camera id obseruari testatur.* 2. *vel sub conditione, puta dico testamentum nullum, vel si sit validum, esse inofficiosum.* 3. *vel Actor ex errore & iusta ignorantia contrarias actiones proponat.* 4. *vel vnam tantum ex contrarijs actionibus prosequatur, Quia libellum censetur reformasse. Rosb. eod.* 1. Si vnâ actione intentatâ aliæ perimantur, vel vnius electione alterâ tollatur. 2. Si sententia in priore lata parit rei iudicatæ exceptionem in altera. 4. vel solutio vnius alterius parit liberationem; *ex. gr. mista actio tollit rei persecutoriam, si cum eâ concurrat, Quia Actor per mistam actionem iam ante rem est consecutus, l. qui seruum in si ff. de O. & A. Rosb. eod.*

Sexta Actionum Diuisio.

Qua est sexta actionum diuisio?

℟. Qua ab effectu diuiduntur in eas per quas solidum debitum persequimur, & consequimur, & eas per quas minus persequimur quam nobis debetur, §. 36. *hic.* Potest verò hic etiam petitio fieri in solidum, licet executio non fiat in solidum, sed in id quantum Reus facere potest.

Qua exempla talium actionum hic recenset Imperator?

℟. Actionem 1. de *peculio* aduersus partem vel dominum competentem. 2. de *dote*, competentem peculiari, vel eius heredibus soluto matrimonio ad eius repetitionem. 3. Actionem *emancipato filio*, aduersus parentem, vel aliquē ex ascendentibus competentem, Vel *libertō* aduersus patronum. 4. Quando *socius* cum socio agit iudicio societatis. 5. Item quando *donatarius*, agit ex caussa donationis. 6. Quādo condemnatio est ex caussa oppositæ compensationis & admissæ. Quando agitur cū eo qui bonis cessit. §. 36. *& seqq. hic.*

Ostende has omnes actiones non esse in solidum?

R. 1. Actio de *peculio*, aduersus patrem vel dominum competens non est in solidum; quia, licet solidum aduersus patrem vel dominum persequi possimus, tamen pater vel dominus non tenetur nisi peculio tenus; vt condemnari non possunt, nisi quatenus in peculio est, vt si in eo minus sit, vltra vires peculij non teneantur, *sec. ante dicta. & §. 36. hic. 2.* Actio de *dote*, non est in solidum; quia licet maritus stricto iure teneatur ad solidam dotis restitutionem, tamen ex æquitate placuit maritum eatenus tantum condemnari debere, quatenus facere potest, id est quatenus facultates eius patiuntur: vt eatenus tantum vel in solidum, vel in minus damnetur: Item quia propter retentionem dotis ob impensas in eam factas marito concessam ipso iure dos minuitur; quatenus in quantitate consistit; Quatenus verò in specie consistit, eam maritus retinet donec impensas factas recuperauerit. §. 37. *hic. 3.* Actio qua parens à filio emancipato conuenitur non est in solidum; quia & hic tantum in quantum facere potest tenetur, & quidem non modò ex æquitate, sed & necessitate, *quia excussos planè parentes filij alere cogerentur*: similiter patronus liberto non vltra quam facere potest, tenetur; *quod & omnibus quibus honos debetur conceßum*, §. 38. *h.* 4. Socio cum socio agente iudicio societatis, siue socij sint vniuersorum bonorum, siue certæ negotiationis, idem ius est, ex fraternitate quę inter ipsos contracta censetur; *nisi quis se socium esse negauerit, aut ex caussa doli sit obligatus.* §. *eod.* 5. *Donatori ex caussa donationis conuento à donatario*, idem ius est, ne ad inopiam sua liberalitate deducatur: *Posse autem facere intelligitur non nisi deducto omni ære alieno*, §. *eod.* 6. *Compensatio* admissa huc quoque refertur, quatenus eo facto Reus non in solidum, sed eatenus tantum quatenus summa petita excedit id quod ipsi Reo debetur, condemnatur, §. 39. 7. *Actio contra eum qui bonis cessit* huc refertur, quatenus talis, licet cessione facta, non planè liberetur à creditoribus, sed ijs adhuc maneat obligatus; ita vt is ad pinguiorem fortunam rediens satisfacere teneatur: tamen in tantum modò damnandus sit, quantum facere potest, *id est ita ne defraudetur alimentis quotidianis*: Idque humanitatis ratio-

ratione, quæ non pati videtur in ſolidum damnari & excuti fortunis ſuis priuatum, §. 40. *In omnibus Schneid. & Perez. hic.*

De ceſſione bonorum.

Quot ceſſionis bonorum ſunt ſpecies?

R. Duæ: Vna, cum quis bona ſua habet pro derelicto: Altera (*de qua hic tantum agimus*) cum quis debitor bona ſua ſponte dimittit & creditoribus concedit.

Quale ius hæc ceſſio eſt?

R. Eſt iuris potius beneficium, ſiue remedium miſerabile debitori ad euitandos carceres conceſſum.

Quis ergo huius ceſſionis eſt vtilitas?

R. 1. Quod bonis cedens, (vt dictum) carceres euitat; Vel ab ijs liberatur, idque ſiue ipſa ante, ſiue poſt ſententiam fiat. 2. Quod, cum ceſſio non liberet cedentem à debito, ſi poſt factam ceſſionem ad pinguiorem redeat fortunam, non teneatur (*vt hic docet Imperator*) niſi in quantum facere poteſt; id eſt ne egeat deducto. *Text. hic. Schneid. eod.*

Qui poſſunt bonis cedere?

R. Omnes debitores, ſiue patres: ſiue filijfam. *l. 7. C qui bon. eod. iuſſ. quia hi bona habere poſſunt quæ patri non quærun-tur*, etiam fœminæ, *d. l. 7.* etſi nihil in bonis habeant, modò habere & poſſidere poſſint, *Syntagm. Tholoſ. lib. 22. cap. 9. num. 4. Puta qui bona neque habitu, neque potentia habent, hoc eſt nec poſſident propria, nec poſſidere poſſunt bonis cedere non poſſunt, ex gr. Eccleſiaſtici regulares, quibus bona ſeparatim habere inhibitum. Tholoſ. eod.*

An indiſtinctè verum, debitores cedere bonis poſſe?

R. Imò verò vt quidam vt cedant bonis cogi non poſſunt, puta ij qui tantum tenentur, in id quod facere poſſunt, vt milites, &c. ita alij etſi velint cedere bonis nō poſſunt. Puta 1. qui bona ſua in fraudē creditorum alienarunt. 2. Qui ſpe futuræ ſucceſſionis contraxerunt. 3. qui foro cedunt, 4. prodigi. 5. Spoliatores. 6. deportati. 7. banniti. 8. dies qui ſoluendo eſt. 9. qui cum contrahit, ſcit ſe non eſſe ſoluendo. 10. debitor ad fiſci collectas, ſeu tributa obligatus. 11. ad factum præcisè obligatus, 12. obligatus ex delicto, vel quaſi.

13. Ij quibus lex municipalis hoc priuilegium negat; vt in Gallia alienigenæ, in Belgio indigenæ, nisi impetrata à Principe venia. *Tholos. eod. cap. 9. & 10. per totum. Bruno de cess. bon. per diuersas quæstiones.*

Pro qualibus ergo debitis admittitur cessio bonorum?

R. Pro debitis ciuilibus; non pro mulcta ex crimine debita, nec pro debito fiscali, non pro oneribus & muneribus fiscalibus, *Tholos. eod. cap. 9. per totum.*

Quomodo fit cessio bonorum?

R. De iure ciuili absque aliqua solennitate, sola voluntatis professione, etiam per nuntium & epistolam, *l. in omni. & l. fin. C. qui bon. ced. poss.* Debet tamen cedens 1. debitum agnoscere. *l. pen. & fin. C. eod.* 2. & omnia sua bona vsque ad quadrantem indicare, *gl. in d. l. fin. Quia subtrahens quippiam neganti similis est.* 3. item cauere de soluendo, si redeat ad pinguiorem fortunam, siue per fideiussorem, si eum inuenire potest, siue iurato. *Bruno. eod. quæst. 7. princ. num. 9. 4.* Debitores instare debent & petere debitum. *Quia beneficium hoc est necessitatis caussa concessum. Schn. hic. num. 15.* Pro diuersis tamen populorum statutis & moribus aliæ atque aliæ sunt solennitates, *Tholos. eod. cap. 11. Quæ in Batauia nostra sint vid. Instruct. Curiæ Holl. art. 227.*

Quis est effectus cessionis & quos tangit?

R. Effectus est liberare debitorem à carcere, & ab alijs iniurijs creditorum, non à debito, *l. 1. l. cum & filijfamil. Qui bon. ced. poss. Puta non tollit substantiam obligationis, sed effectum eius durante inopiâ, impedit. Tholos. eod. cap. 13. num. 1.* Et quidem respectu creditorum tempore cessionis priorum, non eo posteriorum, nisi de nouo bonis debitores cedant, *Bruno eod. quæst. princ. 10. num. 5.* Nec respectu fideiussorum, §. 4. *Infr. de replic. hic.*

An qui ad cessionem bonorum admitti non debent non habent aliud medium quo iuuentur?

R. Licet creditores per quinquennalem dilationem oblatam debitoribus cessione bonorum vti volentibus obesse non possint, *Bruno. eod. quæst. 21.* debitores tamen qui ad cessionem bonorum admitti non debent, quinquennali à creditoribus cõcessa vti possunt, *Bruno. eod. quæst. 26.* Sed qui

quin-

quiquennalem obtinet, etiam virtute noui rescripti ad cessionis beneficium non admittitur, *nisi in eo sit apposita clausula non obstante quinquennali ante impetrata. Bruno. eod. q. 27.*

TIT. VII.

Quod cum eo qui in aliena potestate est negotium gestum esse dicatur.

AN omnes actiones competunt tantum ex eo quod quis contractu proprio, vel per se gessit?

R. Imò verò quædam actiones oriuntur ex contractu alieno, quæ quidem iuxta Pacium Epitome hic thesi. 9. non tam sunt actionum veræ species, quam qualitates & adiectiones.

Cur ergo separatim proponuntur?

R. Quatenus cum in alijs actionibus tantum sit simplex petitio in eum qui contraxit, hic duplex datur actio ex contractu contrahenti, 1. aduersus eum ipsum, cum quo contraxit, modò cum eo iure agi possit, 2. aduersus eum cui contrahens est deuinctus. Adiectiones verò dicuntur, tum quod adijciantur conditionibus quæ inter ipsos cõtrahentes simpliciter dantur; tum quod in ijs adijciatur causa ex qua appareat cur in eum actio detur aduersus quem instituitur, *Vult. Iurispr. 2. cap. 14. num. 2. 3. 4.*

Quotuplex est illa causa?

R. Duplex; vna communis ex contractibus eorum qui sunt sui iuris, vel alieni: Altera ex contractibus eorum duntaxat qui sunt alieni iuris, Et illa quidem est præpositio, hæc iussus, tributum, peculium, de in rem verso. *Vult. eod.*

Quæ talium actionum hic recensentur species?

R. 1. Quod iussu. 2. Exercitoria. 3. Institoria. 4. Tributoria. 5. De peculio. 6. De in rem verso.

Explica propius causam harum actionum?

R. Ea est. 1. quod sint prætoriæ ex æquitate introductæ, ne quis in contractu suo fallatur. 2. Quod dentur omnibus qui ex quouis contractu agere possunt. 3. In patrem, dominum, etiam eum qui vice domini est, *vt in quemuis præponentem.*

nentem, licet neque pater, neque dominus sit. 4. Quod detur in solidum in id quod ex contractu debetur; licet aliquando euentus non respondeat, id est Actor non consequatur solidum; sed vel tantum quantum in peculio est, *vt in actione tributoria & de peculio*; aut quatenus in rem versum probatur, *vt in actione de in rem verso.* 5. Quod affines sint hæ actiones & sæpe concurrant; ideoque cum ex diuersis caussis fluant, vnius electione altera non consumatur. *Prudens tamen actor esse debet ne omissa actione qua facillime solidum consequi possit, eam instituat qua probandi onus suscipiat, & eius defectu solidum non consequatur: puta in actione de in rem verso & de peculio. §. caterum hic. Schneid. hic.*

Quæ est actio quod iussu?

R. Actio quod iussu, (*sic dicta ex initialibus verbis edicti quo concepta est*) est actio prætoria personalis quæ datur ei, qui cum filio aut seruo contraxit, aduersus patrem dominumve cuius iussu contractus celebratus est, quatenus iussum est, *Pac. Epitome hic. Quod fidem patris vel domini is qui contraxit secutus videatur, l. 1. pr. ff. §. 1. hic. l. 3. ff. eod. Iussui autem ratihabitio comparatur, Vvesf. par. hic.*

Quid si supra id quod iussum est contractum sit?

R. Eius nomine non actione quod iussu, sed actione de peculio, vel alia experiundum, *Vult. Iurisp. 7. eod. num. 19.*

Ex qua caussa datur actio quod iussu, quibus & in quantum?

R. 1. Ex omnibus quidem contractibus, etiam mutuo iussu patris accepto; *(quod ex SC. Macedoniano non aliter mutuum accipiat filiusfam.)* 2. Ex delictis; si quidem id pater iusserit vel dominus, aut non prohibuerit; quod ex eo ipsi videantur deliquisse, *Schneid. hic. num. 8.* In solidum; sed ita vt solidum sit non quatenus ex contractu debetur, sed quatenus iussum est: *l. 3. ff. eod. Schneid. eod. Vltra quod iubentem obligari iniquum videtur.*

Quomodo proponitur hæc actio?

R. Allegatur & probatur caussa agendi, nempe iussum esse; & quidem in eam rem de qua agitur: & eius quod actum, seu quod contractum est petitur solutio. *l. 3. l. vlt. ff. eod. Schneid. eod.*

Quæ est actio exercitoria?

R. Est

R. Est actio quæ datur in exercitorem ex contractu magistri vel promagistri nauis, ob id, seu ex ea causa ob quam naui præpositus est inito. §. 2. *hic. Treut. disp. de commodato, thesi.* 10.

Quæ est actio institoria?

R. Est Actio quæ datur ei qui cum institore de negotijs ad ipsius negotiationem pertinentibus contraxit; Aduersus eum qui eum præposuit, vt consequatur & tanti damnetur præponens; quod institorem eo nomine facere oporteret, si eum eo ciuiliter ageretur. *Treut. eod. thes.* 11. §. *coll. hic.*

Quis hic dicitur institor, præponens, exercitor, magister?

R. *Institor* dicitur qui negotiationi terrestri præpositus est; *sic dictus quod negotijs gerendis instet. Præponens*, dicitur dominus, vel alius quilibet qui eum negotio præposuit, *l.* 3. & 18. *ff. de inst. act. Nec refert an institor sit mas vel fœmina, liber vel seruus, proprius vel alienus. Vt nec refert quis vel qua præposuerit. Exercitor* dicitur is ad quem quæstus quotidianus & lucrum nauis spectat, siue dominus nauis sit ipse, siue conductor. *Magister* nauis is dicitur qui ab exercitore naui est præpositus, totius nauis cura ei demandata, §. 15. *l.* 1. *in l. & §. f. ad l. Rod. Perez. hic.*

Actio exercitoria ex quibus caussis, contra quem, & ad quid datur?

R. Datur ex omnibus contractibus secundum legem præpositionis, non cum nautis (*quanquam ex eorum delictis etiam in exercitorem actio detur, l.* 1. §. *fin. ff. naut. cap. stab.*) sed cum magistro nauis initis: Et quidem in exercitores; si plures sint, aduersus vnum in solidum: (*quod is qui contraxit non tam eius cum quo contraxit, id est magistri, quam eius cuius negotium gerit, id est exercitoris, fidem secutus videatur*:) Ad id consequendum quod ipsi ex contractu magistri debetur; & ipse magister conuentus ciuiliter soluere teneretur. §. 2. *hic. Vvesf. ff. par. hic.*

Ex quibus caussis datur institoria aduersus quos, & ad quid?

R. Datur ex qualibet negotiatione terrestri, aduersus omnes qui institorem præposuerunt, aut quorum nomine præpositio facta est, *l.* 5. §. *fin. ff. hic.* etiam in mulierē, *l.* 7. §. *ff. eod.* pupillum, si tutoria authoritate præpositio facta est,

l. 9.

l.9.ff.eod. vel si præponenti successerit, *l.17.§.2 ff.eod.* Et quidem in solidum, *etsi plures sint qui proposuerint, l.5.princ.l.13, §.fin.cum l.seq.ff.h.t.* Ad id quod ex contractu institoris Actori debetur, & ipse institor conuentus ciuiliter soluere teneretur. *l.ex contractibus. C.eod.§.vlt.hic.*

An ergo hæ actiones in multis conueniunt?

R. Imo & 1. quidem in eo quod vtraque detur in solidum, 2. Quod detur contra singulos qui nauim aut tabernam exercent. 3. Vtraque ad contractus omnes & qualiacunque negotia referatur. 4. Vtraque sit perpetua, id est tam heredi quam in heredem detur. 5. Vtraque in præpositione fundata non obliget eum qui præposuit, nisi in eo quod contractum est, eius rei gratia cui præpositus erat, *l.1.§.1.l.5.§.1.ff.de inst.act. Perez. hic.*

An non datur hæc actio vtraque etiam ei qui præposuit aduersus eos cum quibus institores, vel exercitores contraxerunt?

R. Minimè: *quia non indiget prætorio auxilio, sed remedijs legitimis securus est, quibus præpositos conuenire potest, aut sibi acquisitis actionibus, si institor in eius sit potestate, aut cessis, l.1.de inst.act. l.1. de exerc.act. princ.* Nisi rem aliter seruare nequeat, *d.l.1. de inst.act in fine. Puta cum institor cedere actiones non potest. Vtpote quo casu necessitas est præponenti vtiles dare actiones, perinde ac si ipse contraxisse. Minimè vero si soluendo non sit, modò cedere actiones possit. Vvesp.par.de Inst.act.*

In quibus differunt hæ actiones?

R. *Ratione personæ obligatæ ex contractu inito.* 1. in eo quod exercitor non tantum ex contractu magistri, verum etiam submagistri tenetur; præponens non nisi ex contractu solius institoris tenetur. 2. *Ratione eius quod in actionem venit,* quod in exercitoria pater ex contractu filij, vel magistri à filio (qui voluntate patris exercuit) præpositi teneatur in solidum: in institoria minimè, si eo volente filius peculiares merces exercuit: sed in tributum vnà cum creditoribus peculiaribus venit. *l.princ. & §.1.ff.de exerc.act.d.l.1.§.19. Perez. hic.*

Quæ est actio tributoria?

R. Est actio prætoria personalis, qua petitur vt pater vel dominus cuius filius seruusve cum alijs contraxerunt,

merces

merces peculiares cum alijs creditoribus æqualiter diuidat. §. *introduxit. hic.*

Quomodo fit inter dominum, patrem, & creditores hæc distributio?

R. Pro rata debiti; Puta si merx peculiaris sit 30. in quam pater vel dominus 15. contulerint, duo extranei singuli 15. dominus, vel pater tributoria conuenti sibi 10. accipient, & singulis creditoribus 10. tribuent. *l. fin. ff. de tribut. act.* Istam verò distributionem prætor ei permittit. Sin verò dominus crediderit duntaxat 10. Extraneorum quisque viginti, in merce autem peculiari fuit 30. accipiet tantum sibi dominus, 6. creditoribus singulis 12. conferet. Quo facto totius mercis completa æstimatione, nullus creditorum alio erit potior, damno inter eos æqualiter cõmunicato, quamuis nullus debitum consequatur. *Perez. hic.*

Tributoria actio in quo differt ab exercitoria & institoria?

R. 1. *Materia:* Quod tributoria sit de merce peculiari: cæteræ duæ actiones de merce cui præpositus est magister vel institor. 2. *Ratione obligationis:* Idque 1. quod ex institoria vel exercitoria teneatur qui naui vel tabernæ contrahentem præposuit; ex tributoria qui sciuit & passus est seruum vel filium negotiari. 2. quod pater vel dominus non tantum obligetur, qui seruum vel filium; sed & qui liberum hominem vel seruum alienum præposuit: in tributoria vero tantum teneatur is qui sciuit seruum proprium vel filium negotiari. 3. Ex illis actionibus is qui propositus in solidum, Tributoria pater vel dominus pro rata conuenitur, si in distributione plus quàm par est deduxerit, *Perez. eod.*

Quæ est actio de peculio?

R. De hac actum supra tit. 6. inter actiones prætorias personales. *Videat ibi Lector.*

Quæ est actio de in rem verso?

R. Est actio prætoria personalis quæ ex contractu filijfamil. vel serui datur ijs qui cum filio, vel seruo contraxerunt, in patrem, vel dominum de eo quod in patrimonium eius redactum est, & quidem quatenus redactum est. §. *præterea. hic. Perez. eod.*

Quid

Quid intelligitur in rem versum?

R. Omne id quod in rem patris, vel domini à filio, vel seruo bona fide necessariò & vtiliter impensum est; *l.3 §.1. & seq. ff. hic. d §. praterea. hic. Et procedit quidem hæc actio etiam infeliciter factis citra culpam serui expensis: Voluptuarij autem sumptus in hanc actionem non veniunt. d.l.3.§.4.*

Quid si in rem nihil sit versum?

R. Non huic, sed de peculio actioni locus erit, & præstabitur quantum in peculio est; in quo si nihil sit, nihil creditor consequetur. *Perez. hic. Ex regula, quod Vnusquisque antequam contrahat debet scire conditionem eius cum quo contrahit; quam si non explorauerit, sibi imputare debet damnum quod propria culpa sentit. l.19. ff. de R.I.*

An ergo hæc actio de peculio, & de in rem verso aliqua ratione conueniunt?

R. Imò verò vna hic esse dicitur actio: *sed hæc ratione quod insit actioni de peculio, & in peculio computetur id quod in rem versum est.* Diuersa tamen vtriusque est condemnatio. *De peculio puta instituta actione non damnatur dominus nisi quatenus in peculio est; De in rem verso verò instituta, damnatur in solidum, nec admittitur compensatio. vers. licet enim hic. §.4. hic. l.1.§ fin.l.1. & 17. §. ff. de in rem vers. Perez. hic.*

Cum inter has actiones tanta sit conuenientia nec minor diuersitas, an non actori qua velit agere electio datur?

R. Omnino, sed eliget cõmodissimam & plenissimam; *Vna autem electa non datur ad aliam regressus; Vnde malè sibi consulet si actione quod iussu, exercitoria & institoria præteritis, agat actione de peculio, vel in rem verso; Quod illa faciles probatione solidum pariant condemnationem: in his verò difficiliores sint probationes, quantum puta sit in peculio, vel in rem versum: Quod res peculiares, aut quod creditum in vtilitatem domini sit versum non ita notum sit extraneis. §. cæterum. 5. hic. Perez. eod.*

Dixisti quatenus ex contractu filij, vel serui obligari dominus, vel pater possit, an id perpetuum est?

R. In seruo quidem; non itidem in filiofam. *Cum seruus ex contractu suo naturaliter tantum, non etiam ciuiliter obligetur; filiusfamil. verò vtroque iure, §.6. hic. l.14 ff. de O. & A. l.44. ff. de pecul.* Vnde qui cum filiofamil. contraxerunt duos habeat

beat obligatos, filium fam. in solidum, & patrem peculio tenus: *Cum seruus ciuiliter conueniri non possit, Perez. hic.*

An & hoc in filiofam. semper procedit?

R. Minimè; sed fallit ex SC. Macedoniano, & quidem in causa mutui; *Puta quod ex isto SC. perpetua exceptione tutus est pater aduersus eos qui ex contractu mutui à filiofamil. initi contra ipsum actionem mouere velint; nec minus ipse filius ex contractu proprio conuentus aduersus conuenientem tutus est. §. 7. hic. Vide supra tit. quibus modis re contrahitur oblig.*

Feciſti quidem supra huius SC. mentionem, sed hic quia eius facit Imperator mentionem, plenius id explicandum: Dic ergo qua est summa istius SC.?

R. Prohibet mutuas dare pecunias eis, qui sunt in potestate parentum, & ei qui crediderit denegat actionem tam aduersus ipsum filium filiamve, nepotem neptemve: (& quidem siue adhuc sint in potestate, siue parentis morte vel emancipatione suæ potestatis esse cœperunt.) quam aduersus patrem auumve, siue eos habeat in potestate, siue emancipauerit, *Text. §. 7. hic.*

Quibus ergo, & aduersus quē ex hoc SC. exceptione subuenitur?

R. 1. Vt dictum, & patet ex textu, tam patri & auo, quam filiofamil. & filiæfamil. conuentis; nec interest cuius fuerit dignitatis, *dummodo creditor sciuerit, vel scire potuerit, & debuerit eum sub potestate esse, l. pen. ff. h. t.* 2. Filiofam. fideiussoribus & mandatoribus, modo non donandi animo, nec voluntate patris fideiusserint, *l. 9. §. non solum ff. eod.* 3. Heredibus & successoribus qualibuscunque, *l. 7. §. 10. ff. eod.* Aduersus 1. creditores mutuæ pecuniæ qualescunque, etiam ciuitatem, *l. 15. ff. eod.* siue ipsi mutuum dederint, siue alio dante sint stipulati, *l. 7. §. 7. ff. eod.* 2. socios, *d. l. 7. §. proinde.* 4. heredes & successores qualescunque, *d. l. 7. §. non solum.* etiã cessionarium. Non tamẽ eum cui delegatio facta ex causa onerosa, *Cast. in §. non solum.* nec contra pupillum, quod eorũ ignorantia excusatur, *l. 3. §. 2. ff. eod.* nec contra minorem; sed causa cognita, si patuerit eum curatorem habuisse, aut filijfam. conditionem scire non potuisse, *d. l. 3. §. 2. Schneid. hic.*

Quatenus subuenitur ex hoc SC. dictis personis, qua in re, & quare?

R. Sen, Conſ. hoc locum propriè habet in pecunia mutua, *Text. hic. l. 1. & 3. §. pen. ff. eod.* non reliquis rebus quæ mutuo dari poſſunt, vt frumentum, vinum, oleum, nec aliis contractibus in quibus eſt, *σωάλλαγμα, niſi fraus SC. ſit quæſita, l. 7. §. 3. ff. eod. vt & aliquando in ipſa mutua pecunia; ſicut explicatum ſupra ſub contractu mutui, vbi vide.* Et locum quidem habet, ſiue per ſe directò ſub vſuris quis mutuo dederit, ſiue per alium indirectò, ſiue ſine vſuris, *Schneid. eod. num. 5.* Eo effectu, non vt obligatio etiam hoc caſu ex mutuo non oriatur nec petitio, ſed ex hoc SC. ehdi exceptione ea poſſit, quæ non modo ante iudicium, ſed & poſt condemnationem detur, *Schneid. eod. num. 7. Vveſ cod. par. nu. 9.* Et quidem in odium fæneratorum filiosfam. deglubentium, *l. 1. ff. h. t. Quod hi ſæpe onerati ære alieno creditarum pecuniarum, quas luxuriosè conſumebant, vita parentum inſidiabantur. Text. hic. Vnde & ei in odium Macedonis fæneratoris nomen; nec filius huic SC. renuntiare poteſt, Gomez. tom. 2. cap. 6. Perez. hic.*

TIT. VIII.

De Noxalibus Actionibus.

AN tantum ex contractu ſeruorum & filiorumfam. datur actio?

R. Imò verò & ex noxia delicto à ſeruo commiſſa in dominum datur actio noxalis, à noxa hoc eſt maleficio ſerui, ſeu noxia dicta, cum metonymicè ipſe ſeruus, ſeu corpus ſerui quod nocuit etiam noxa dicatur, §. 1. *hic. Alc. lib. 4. de V. S contra Vallam. 6. elegant. cap. 36. Analect. Marp. hic.*

Quomodo domini ex delictis ſeruorum obligantur?

R. Vt ex contractu ſerui datur actio de peculio in dominum, ita datur in eum actio ex delicto ſerui priuatim commiſſo, licet ignorante, vel prohibere domino non valente; *Qua actio noxalis* dicitur; ſed ita vt ei damnato liceat vel litis æſtimationem ſoluere; vel noxæ ſeruum dedere, *Tex. pr. hic. Fac. enchir. hic. theſ. 29.*

Qua ergo natura eſt harum actionum noxalium?

R. Vt adiectio potius ſint quam ſpecies actionis ſeparata; *pu-*

ta; *puta dicimus actio noxalis furti, legis Aquiliæ, iniuriarum, Vi bonorum raptorum, Pac. eod. thes. 30. Quatenus non directa sunt, nec in authorem maleficij dantur, sed vtiles, & in eum qui non deliquerit; puta dominum & quidem non purè, sed alternative concepta: nempe vt dominus aut damnum præstet, aut ipsum hominem noxæ dedat. Schneid. hic. num. 5.*

Cui ergo datur noxalis actio, ex qua caussa, & ad quid?

R. Datur omnibus, quibus à seruo siue dolo, siue culpa damnum illatum est; *tot. tit. hic. & ff. eod.* In dominum serui; Ob hanc caussam; quod cum seruus non possit conueniri, nec vnde damnum reparet habeat, æquum tamen visum ex eius delicto dominum obligari; isto cum temperamento, vt dedendo seruum liberetur, si litis æstimationem malit euitare, *Ratione æquissima; ne malitia seruorum vltra ipsorum corpora dominis sit damnosa. §. 2. hic. Perez. hic.*

An in omni delicto serui, etiam volente domino commisso hæc actio locum habet?

R. Non. 1. in delicto publico; vtpote quod ipse suo corpore seruus sustinere cogitur; *Cum iniquum sit in corpore, alieno nomine, quem affligi. l. 2. C. de accus. Vvest. par. hic.* 2. In delicto priuato à seruo commisso seruum noxæ dedendi facultatem dominus perdit, siue delictum mandauerit, siue cum sciret, non prohibuerit; & ad integram litis æstimationem perinde tenetur, ac si iussisset, *l. 2. & 3. ll. seq. h. t.*

Quamdiu datur actio noxalis in dominum?

R. Quamdiu dominus in potestate seruum retinet: Vt in eum non detur qui tempore iudicij dominus non est, licet fuerit delicti tempore: *quia dedendi serui non habet facultatem.* Similiter seruo manumisso, ex noxali actione in dominum competente, fit actio directa in ipsum delinquentem; *vtpote sui iuris factum.*

Quid si seruus noxæ deditus ipse quæsita pecunia damnum resarcierit?

R. Fauore libertatis, non priori domino, quia seruum obiecit; nec posteriori, quia resarcito damno nihil habet quod desideret, addicitur; sed manumittitur auxilio Prætoris. §. 3. *hic.*

Quid si seruus domino noxam commiserit?

R. Nulla actio dari potest, *quia inter dominum & seruum nulla datur obligatio; quod dominus ipse secum litigare non possit, & seruus iure Ciuili pro mortuo habeatur, nec in iudicio stándi habeat personam. §. 6. hic.*

An ex delicto filijfam. in patrem datur noxalis actio?

R. Olim *cum vitæ & necis & alienationis patri in filium potestas concederetur*, dabatur noxalis actio, vt dedendo filium noxæ liberaretur. Qua asperitate hodie sublata, humanioribusque introductis legibus, filijfam. ipsi tam ex suis delictis, quam contractibus conueniuntur, & post eorum condemnationem datur in patrem actio de peculio. Noxales vero actiones in seruos tantum proponuntur. §. 7. *hic.*

Quotuplices sunt noxales actiones?

R. Ratione originis (*vt & alia actiones*) sunt aliæ legitimæ, seu ciuiles; *vt actio furti nec manifesti in duplum ex lege* xij. *Tabb. damni iniuria ex lege Aquilia*: Aliæ prætoriæ; *vt actio noxalis furti manifesti in quadruplum, iniuriarum, vi bonorum raptorum. Schneid. hic.*

TIT. IX.

Si quadrupes pauperiem fecisse dicatur.

Quid iuris si non seruus, sed animal, seu iumentum damnum inferat?

R. Seruorum & iumentorum in materia noxali eadem omnino est ratio. *Vt ex horum quoque illato damno actio competat in dominum. Idque ex lege* xij. *Tabb. si quadrupes pauperiem, &c. aliâs de pauperie dicta. Princ. text. l. 1. ff. eod.*

Quid vocas pauperiem & cur?

R. Pauperies vocatur damnum sine iniuria facientis datum, *à damno iniuria dato distinctum appellatione, quod à brutis proficiscatur proposito nocendi carentibus.*

Quotuplex est actio de pauperie?

R. Duplex: vel directa, cum quadrupes pauperiem fecit, tanquam ex ipsius legis verbis data; vel vtilis, si aliud animal, puta ferum, vt canis, bipes, piscis, &c. nocuit. *Schneid. hic. num. 4.*

Quo

Quo casu speciatim datur hæc actio?

R. Tum, si animal proprio motu citra naturalem feritatem sui generis, aut hominis culpam, lasciuia, feruore, aut feritate, quæ præter naturam sit, damnum dedit. *Schneid. eod.*

Cui datur, aduersus quem, & ad quid?

R. Datur cuilibet damnum passo, *l.* 1. §. *passim h.t.* siue is sit dominus, vt in lege Aquilia: siue alius; modo eius interfit, puta commodatario: *Schneid. eod. nu.* 6. Aduersus quadrupedis dominum, eum, qui tempore quo de damno quæritur noxiæ quadrupedis sit dominus, *d. l.* 1. §. *cum hic.* Si plurium sit animal, aduersus singulos in solidum, *d. l.* 1. §. *noxa autem.* Aduersus successores eo iure quo domini sunt, *d. l.* 1. §. *vlt.* Vt aut noxa sarciatur, aut quadrupes noxæ dedatur. *l.* 1. *ff. hic. Vvesenb. par. eod.* Fit tamen in nonnullis casibus condemnatio in solidam damni æstimationem: puta si dominus quadrupedem suam esse negauerit, *d. l.* 1. §. *in Auth. qui contra C. de non num. pec.* Aut alternatiuè condemnatus, si neutrum præstans ex iudicato conueniatur, *l.* 29. §. 5 *de hered. pet. l.* 6. *ff. de re iud.* Hodie damnum modò æstimatur iudicis arbitrio, *Vvesenb. hic. num.* 6. *& ex Ordin. imperiali, cap.* 130. *Treut. Disp. de lege Aquilia. thesi* 2.

An non aliquibus casibus cessat hæc actio?

R. Omnino. 1. si alius animal instigauerit, *Quo casu ex lege Aquilia in factum actio datur. d. l.* 1. §. 47. 2. si animal plus æquo oneratum onus auerterit. 3. si alienam segetem depascatur; *Quo casu si dominus eam emisit, ex lege Aquilia; alias in factum actio datur. l.* 40. *ff. ad l. Aquil. l. vlt. C. eod.* 4. Si animal custodia elapsum naturali feritate damnum dederit; *Secus si nocuerit dum esset in custodia, l.* 14. *ff. de præscript. verb.* 5. denique si arietes, vel boues ad pugnam se commiserint, & aggressor fuerit occisus: Datur autem actio eo occiso qui non prouocauit, §. 1. *h.t. Perez. hic.*

Quid iuris si quis canem, verrem, aut aliud animal noxium ibi habeat, quâ vulgo iter fit?

R. Si à tali animali nocitum sit libero homini, ex edicto ædilitio prodita est actio noxalis in dominum quadrupedis, qua condemnatur in id quod æquum & bonũ iudici videbitur, *cum liberi corporis non sit æstimatio.* Occiso libero homine

datur condemnatio ad ducentos aureos. In alijs rebus æſtimatio eſt duplum damni dati, §. *3. hic. l. 42. ff. de ædil. edict. Sed & prater has edilitias actio de pauperie locum habet, quia nunquam in actionibus penalibus de eadem re, quando quidem plura ſunt delicta. § fin. hic. concurrentibus una alia conſumit. l. 13. ff. de R. I. Puta ne vnum delictum per alterum maneat impunitum, Text. hic.*

TIT. X.

De ijs per quos agere poſſumus.

Expoſitis actionibus agendum eſt de ijs quæ iudicium ſpectant, explica quid ſit iudicium?

R. Iudicium eſt legitima rei controuerſæ inter litigantes apud iudicem diſceptatio. *Vveſ. par. hic.*

Quotuplices perſonæ in iudicio conſiderantur?

R. Duplices; principales & acceſſoriæ: Et *principales* quidem ſunt Iudex, Actor, Reus, puta Iudex & perſonæ litigantes. *Acceſſoria* quæ ad principales accedunt: vel commodius tractandæ controuerſiæ cauſſa; vt Aſſeſſores ſeu IConſulti, iudici in iudicio cognoſcendæ & rectè iudicandæ cauſſæ gratia aſſidentes. Vel cauſſæ inſtruendæ gratia accedentes; vt 1. *Tabelliones*, ſeu ſcribæ præpoſiti ijs ſcribendis & dirigendis quæ in iudicio propònuntur: qui *Secretarij & Notarij* vocãtur. 2. *Viatores*, ſeu iudiciorum nuncij, ea denunciantes litigantibus, quæ in iudicio commiſſione iudicis fieri debent. 4. *Interuenientes*, id eſt ij qui cum ipſi cauſſam in iudicium non deduxerunt, ei deductæ quantum ſua interſit accedunt. 4. *Patrocinando* accedentes, aduocati & procuratores. *Vult. Iuriſp. lib. 2. cap. 1.*

Qui dicuntur aduocati?

R. Patroni cauſſarum qui litigantes conſilijs ſuis iuuant, merita controuerſię pandunt, & cauſſam in iudicium deductam, pro eiuſdem ratione, argumentis neceſſarijs inſtruunt. *Vultei. eodem. Vmmius diſputat. de Aſſeſſor. & Aduocat. theſ. 4.*

Qui ſunt procuratores?

R. Sunt

R. Sunt patroni alienam litem ex mandato domini modò prosequentes. *l. 1. ff. de procur Vult. eodem.*

An igitur alieno nomine in iudicio agere licet?

R. Intrò verò, cum olim id non licuerit, ob actionum solennitatem; nisi ageretur pro populo, sicut agit syndicus; seu pro iure publico, aut pro libertate, aut pro tutela: hodie tamen alieno nomine agere licet; *& quidem quod id visum ad lites expediendas vtile. ff. de Procuratoribus Princ. hic. Vult. com. Inst. hic. num. 5.*

Quis hoc loco speciatim dici potest procurator?

R. Cui permissa est alienæ rei vel actio, vel defensio; *De iudiciali enim hic sermo, non extraiudiciali. Trent. disp. de procur. thes. 2. lit. a. A defensore speciatim distinctus, quod sic dicatur qui tum satisdatione*, IVDICATVM SOLVI, *absentis causam, vel etiam præsentis defensionem vltrò suscipit. Trent. eod. Vvest. sed §. fin. hic.*

Qui Procuratorem dare possunt?

R. Omnes qui non prohibentur. Prohibentur autem 1. *Natura* Qui quid agatur non intelligunt, nec ipsi vllum negotium expedire possunt, vt furiosus, mente captus, natura mutus surdus, *Quia obligationem contrahere non possunt cum procuratore. 2. Lege*, serui, *l. 3. pr hic.* deportati, qui eis assimulantur excommunicati, banniti, capti ab hostibus, & in genere ij qui vel domini non sunt, vt Syndicus vniuersitatis, tutor, curator ante litem contestatam, *l. 74. hic. l. 11. 23. C. eod.* vel domini quidem sunt, non tamen absolutè sui iuris, vt filiusfam. *nisi talis sit actio quâ ipse experiri possit. Confer. l. 8. hic. l. 17. de reb. cred. minor. pupillus. l. 11. C. hic. Treut. disputat. eodem thesi. 2. Qui tamen si de facto procuratorem dederint; & pro eo fuerit pronuntiatum, rata datio habetur in eorum fauorem, Treulter. eod. thes. 4. 3.* Procurator constitutus ante litem contestatam prohibetur alium substituere, *l. 8. 11. 23. C. hic, nisi in rem suam sit datus, vel potestate substituendi ei à domino data. l. 1. & 3. de procurat.* 4. Omnino ad causam agendam datus substituere in causa appellationis alium potest, *arg. l. si actor. 10. C. de appel. nisi ab interlocutoria sit appellatum; Em. Soar. lit. b. Trent. eod. thesi. 3.*

Qui possunt procuratores constitui?

Rx. *Similiter qui non prohibentur.* Prohibentur autem quidam *iure ipso*, ita vt si de facto admittantur semper iudicium retro sit nullum *vt natura rursus, furiosus, mente captus, mutus surdus. Lege, ob modo expositam rationem*, prodigus, minor *c. 5. de procur. in 6.* pupillus seruus, *l. 33. hic.* deportatus, *quia non habet iuris ciuilis communionem.* Quidam vt tantum per exceptionem à iudicio repellantur, §. *vlt. infr. de except.* mulier, miles, *l. quia. l. 23. C. hic.* potentiores, *l. 1. C. ne lit. potent.* Fiscus, Respub. *tot. tit. C. ne fisc. & resp.* Reus criminis constitutus, *l. 6. C. hic.* Reip. caussa absens futurus, aut perpetuo morbo laborans, *l. 5. 4. & ibi Gifan. hic. Vmmius. disp. de procur. thes. 4.*

In quibus caussis admittitur procurator?

Rx. 1. In ciuilibus, tam pecuniarijs, *l. 1. C. hic.* quam liberalibus caussis. *l. seruum. 33. l. sed & ha. ff. eod. l. 1. l. 3. ff. hic. 2.* Non in criminalibus in quibus pœna supra relegationem imponitur. *l. 2. & 3. C. de ijs qui acq. poss. Marant. 4. num. 55.* nisi ex crimine agatur ciuiliter, *l. vnic. C. quand. ciuil. act. præiud. crim.* nisi suam suorumque iniuriam quis prosequatur, *Marant. eod. num. 37.* Vel absentiæ tantum caussas quis alleget. *l. absens. ff. hic. Rosb. cap. de procur. & Vmmius. eod. thes. 5.*

Quomodo constituitur procurator?

Rx. Omnimodo solo consensu, & mandato, *l. 1. ff. hic.* tum expresso, tum tacito. *Quod consensus etiam tacitus in mandato obligationem inducat, quando actus cum sciente & non repugnante geritur, l. qui tacet. ff. de R. I.* patientia præsentis pro consensu, *l. qui patitur. ff. eod.* ratihabitione *(quam subscriptio, l. 3. 6. quod cum eo qui in alien. & sigillum operantur, gl. in l. 2. verb. conquisita C. de reb. non alien.)* pro mandato, *l. ratihabitionem. de R. I. in 6.* habita. §. 2. *hic.* 2. Vel in iudicio; idque vel apud acta, vel coram iudice insinuato mandato, vel declarata ratihabitione, & persona confirmata, §. *sin autem Inf. de satisd. l. si proc. ff. hic.* Vel extra iudicium, vel præsens coram Notario, & testibus, vel absens per mandatum procuratorium, scripturam epistolam vel nuntium, *l. 1. & 2. 3. ff. hic. 3.* Pure, vel sub conditione, ex die, ad diem, vel sine temporis definitione, *l. 3. ff. hic. 4.* Cum libera potestate agendi & faciendi

faciendi omnia quę dominus prę ſens agere poſſet, vel limitata, *l. mandat. l. pro. ff. hic.* 5. Vel generaliter ad omnes, vel ad vnam cauſſam, eamque vel totam, vel eius partem, *l. 38. ff. hic.* Cum cautione de rato; quando an mandatum ſufficiens ſit dubitatur, *glo ſ. in l. 39. §. qui alieno ad verb. debet. §. 3. hic. Rosb. eod.*

An ſemper opus eſt mandato ad legitimam procuratoris conſtitutionem & quali?

℟. Omnino in procuratore ſemper, *l. 1. C. hic.* niſi ſit perſona cõiuncta domino, nec eius voluntas aduerſetur, (*Cautio, puta de rato requiritur Treut. eod. theſ. 7. per l. 12. c. hic*) aut ſocius, *Cuiac. par. C. de conſort. eiuſd. tit. 3.* aut ad recuperandam poſſeſſionem is agere deſectus velit, qui alieno nomine poſſidebat, *l. 1. & ibi Par. Cuiac. C. ſi per vim. vel a io modo,* vel magiſtratus agit pro ſua ciuitate, *gl. in §. ſin autem, inſ. de ſatiſ.* Non amicus pro amico; etſi caueat de rato, *Arg. in d. §. fin. autem Treut. eod.* Mandatum autem eiuſmodi eſſe debet, vt exinde reuera conſtare poſſit in illo contineri cauſſam cuius procuratio ſuſcipitur, idque ſiue in genere ad omnes, ſiue in ſpecie ad vnam cauſſam detur procurator. *Licet verò genus omnes ſpecies comprehendat, & totum partes omnes ſimiliter, vt de omnibus cauſſis mandatum habens ad ſingulas habere videatur; Sunt tamen caſus in quibus generale mandatum non ſufficit, ſed ſpeciale requiritur, Ex. gr. in cauſſa reſtitutionis in integrum, iuramento in animam alterius præſtando, quarta dilatione eiuſque prorogatione impetranda Gayl. 1. obſ. 83. num. 1. Myns. 2. obſ. 26. aliaque de quib. Doct. vulgo. c. 4. de proc. in 6. Treut. eod. theſ. 8.* In defenſione mandatũ non ſemper requiritur, *l. 33. §. publice. De procur. Vvurmſ. tit. 10. obſ. 3. num. 1.* Omnino in cauſſis famoſis; *l. non ſolum. §. vlt. De procur. Ne defenſor malè agendo exiſtimationem defenſi lædat. Vmmius. diſp. eod. theſ. 6. num. 36.*

Quatenus mandato tenetur procurator?

℟. Quomodo mandatarius fines mandati ſecundũ ſubſtantiam & qualitates exactè cuſtodire eoſque non excedere debeat. (*ita tamen vt eiuſdem explicatione tenendum ſit, omnia ea mandato comprehenſa cenſeri, ſine quibus mandatarius exequi mandatum non poteſt.*) ſupra dictum: (*tit. de mandato*)

idem

idem hic tenendum respectu Procuratoris. *Ex gr. quod datus ad agendum censetur ad defendendum datus; & ad agendum in petitorio datus censetur datus ad agendum in possessorio. Secundum ante dicta.*

Quamdiu durat mandatum?

R. 1. Donec reuocetur, *l.6. §. in fin. h.* Reuocatur autem ante litem contestatam quouis modò, *l.6. h.* (*hodie tamen propter dominì satis dationem etiam tum non admittitur simplex reuocatio, sed ad exonerandum professus est, Mynsi. 1. obs. 44. Gayl. 11. Obs. 46. Vult. 2. Iurisp. num. 51.*) post non nisi caussa cognita, *l.17 & seqq. ff. eodem.* 2. Morte alterutrius, *sec. ea quæ sub tit. de mandato supra.* nisi ignorante mandatario ante litem contestatam dominus decesserit, *supr. eod.* Post litem contestatam procuratori nouo heredum mandato opus non est, *Quia dominus est factus litis. l. nulla. C. hic.*

An & quatenus tenetur domino procurator damnatus iudicati actione?

R. Non tenetur, nisi cum aut in rem suam est datus, aut liti se obtulit cum sciret cautum non esse, *l.61. ff. hic.* Negligentia verò procuratoris domino quoad aduersarium, *l.10. C. hic.* quidem, non quoad procuratorem nocet, *vt qui actione mandati domino tenetur ad interesse. d. l.10.*

De Aduocatis.

Dic quale est munus aduocatorum?

R. Est munus publicum, ciuile, viris non mulieribus cõpetens, dignitate & priuilegijs ornatum, *Vide. tot. tit. C. de aduocat. diuers. iudic.*

Qua requiruntur in Aduocato vt obire munus postulandi possit?

R. I. Vt non sit ex personis prohibitis. Prohibentur. 1. alij in vniuersum siue pro se, siue pro alijs postulare vt Minores. XVII. annis, *l.1. §.3. ff. de postulat.* 2. Surdus plane qui iussum magistratus exaudire non potest, *d. l.1. §.3.* Alij pro alijs tantum absolutè, & quidem, vt fœminæ, cæci, insigni quadam turpitudine notati, *d. l.1. §. secundo loco.* 3. Alij non in totum pro alijs prohibentur postulare, vt qui-

quibus permissum postulare pro parente, patrono, patrona, fratre, socero, genero, nura, nouerca, priuigno, priuigna, alijsque vsque ad quartum gradum coniunctis. Item pro personis quorum tutelam & curam gerunt. *Vvest. par. hit. num.* 14. 4. Alij contra certas personas postulare prohibentur, ex. gr. decurio contra patriam; præterquam si patris, filij, aut pupilli caussam defendat, *l.* 10. §. 1. *hic. l.* 1. *C. de aduocat.* aduocatus fisci contra fiscum, *d. l.* 1. *pr.* vasallus contra dominum, *Specul. de aduoc.* §. 1. *num.* 30. Clericus contra Ecclesiam. *c. fin. ext. de postul.* II. Vt sit ad postulandum habilis, hoc est. 1. Christianus, *l. vlt. ibi Bart. & Dd. C. de postulando*, 2. facundus, §. *illud verò, in proœm. Digest.* 3. Iuris peritus, *l.* 2. *C. eod. l.* 3. §. *nec de catero C. de aduoc.* 4. legitimè examinatus, cum apud IC. vt constet de eius peritia, *l.* 11. §. *non aliter C. de aduoc.* tum apud Rectorem Prouinciæ, vel eo absente, apud defensorem ciuitatis, vt ex actis publicis constet vtrum sit subiectus vitæ cohortali, nec ne. *Quod dignitas aduocatorum non patitur vt in eam recipiantur qui antea fuit officialis vel vilioris conditionis, l* 8. *&* 11. *C. eod. In qua Camera Imperialis inquirat. vide Denais. tit. de iure Cam.* 232. *num.* 1.

Qui constituunt aduocatos & quot?

R. 1. Vel ipsi litigatores & Clientes, vt eorum nomine postulent, *l. laudabile. C. de aduoc. diuers. iud.* 2. Vel iudex qui iurisdictioni præest petentibus litigatoribus, *ne caussa ipsorum relinquatur indefensa, l.* 1. §. *ait Prator. & ibi gl. ff de postul.* sumptibus tamen petentium, *l.* 4. §. *si verb. tuis sumpt. ff. de edend.* vel pauperibus vt gratis inseruiat, *Mynsi.* 4. *obs.* 32. *qui id in Camera obseruari testatur. Nempe cum sit tantus munus, cogi ad id Aduocatus potest, l.* 2. *vbi Dec. ff. de R. I.*

In quo consistit Aduocati munus?

R. In eo 1. quod Clientis sui desiderium in iure iudicioue exponat, & Aduersarij intentioni contradicat, *l.* 1. §. *postulare. ff. de postul. l.* 6. *C. eod.* 2. quæ caussæ inseruiant adducat, & illam ad optatum finem deducat, *l.* 12. §. *portioni. C. de iud.* sed æquitate nitenti, non malæ aut iniquæ, *l. rem nouam* 12. *l. pen. C. de iudic. Qualem vt defendat, ante & maturè quidem cum cliente suo deliberabit, nec nisi ante de*

caussa

cauſſa æquitate cognoſcat eam ſuſcipiet. 3. lites non protelet, ſed ſine calumnia defendat, *l. quiſquis. ff. de poſtul.* 4. *Vtrum ſallacijs & deceptionibus ad conuincendum aduerſarium Aduocato vti liceat, quærunt, & in iuſta cauſſa, ſed ſine mendacio & periurio licere, placet multis. Mynſ. 2. obſ. 6. & alijs apud Vmm. diſp. hic. theſ. 8. num. 41. In mala, quæ ei videatur, ſecus, quod cognita iniquitate à ſuſcepto eius patrocinio deſiſtere debeat, l. 12. §. 1. C. de iud. ang. Circa ſalarium Aduocatorum, aliaque hanc materiam ſpectantia, videantur. Dd.*

TIT. XI.

De Satiſdationibus.

CVr Imperator poſtquam docuit quomodo agere liceat etiam per alios, tractat materiam ſatiſdationum?

R. Quia nemo idoneus eſt alienæ litis defenſor citra ſatisdationem, *l. vn. C. de ſatiſd.* §. *penult. hic. Quod Reip. interſit cautionibus iudicia muniri ad reprimendam litigantium calumniam, & ſtabiliendam ſententiarum executionem.*

Quid eſt ſatisdatio, & quæ hic ſpeciatim intelligitur?

R. Eſt ſpecies cautionis *(quæ accipitur pro omni eo quod ſimplici promiſſioni accedit)* & fit vel iurato cauendo, vel aliquando repromittendo, vel ſatiſdando h. e. præſtatur vel fideiuſſoribus, datis, vel pignoribus. Hic vero talis cautio eſt eaque iudicialis, per quam alterutro modo aliquem de lite ſecurum facimus, *l. 1. ibi. gl. ff. Qui ſatiſ. cog. l. 61. ff. de V. S. Licet aliquando vel iuratoria cautio, vel nuda repromiſſio ſufficiant. Perez. hic.*

Qui ſatiſdant in iudicio & quomodo?

R. Non tantum qui pro alijs, ſed & qui pro ſe ipſis agũt, Actor, Reus, & reſpicit quidem vel ipſos litigantes, vel litis æſtimationem. Illa duplex eſt; iudicio ſiſti, *de qua tit. ff. qui ſatiſd. cog.* & rem ratam habeti, *(id eſt ratam habiturum)* hæc dicitur iudicatum ſolui, alias cautio pro lite, & de lite, *l. 11. ff. iudic. ſolui. l. 33. ff. de fideiuſſ.*

Explica ſingulas ſatisdationis ſpecies?

R. *De iudicio ſiſti* ſatis datio, eſt qua cauet litigans de iudi-

iudicium non subterfugiendo, sed in eo permanendo donec siue per sententiam iudicis, siue aliter lis terminetur. *Rem ratam haberi, vel de rato*, qua is qui actionem vel defensionem suscipit, cauet eum cuius nomine eam suscipit, & de cuius mandato non constat, ratam habiturum litem, & omne quod per eum gestum fuerit. *Iudicatum solui cautio.* Vna appellatione tres clausulas continet. 1. de iudicatum soluendo. 2. de re defendenda. 3. de dolo malo. *l. iudicatum. 9. ff. de iudic.* quarum prima causa est cur cæteræ interponantur. *Vult. com. Inst. hic. num. 16. & seqq.*

A quibus præstantur singulæ satisdationis species?

R. Id docet Imperator cum iuris veteris & noui distinctione; & iuris quidem veteris secundum distinctionem actionis realis & personalis, *vt ex Textu patet, Princ.* §. 1. *hic. quem iuris veteris ratione consule*, Hodie ex iure Institutionum Actor quocunque modo agat, satisdat se intra duos menses à tempore porrecti libelli litem contestaturum, *Auth. libel. C. de litis contest. ex Nou. 96. cap. 1. 1.* In iudicio vsque ad finem permansurum, §. 2. *hic.* 2. Siquidem succumbat, impensas Reo soluturum, §. 3. *hic. Nou. 212. cap. 2. Quo vsu verò abolito, hodie de consuetudine & stylo Curiarum obtinet, Quod suo nomine agens, siue aliena subiectus iurisdictioni, nec in eo bona habens, siue isti quidem iurisdictioni subiectus, at pauper, in casum succumbentiæ de expensis refundendis caueat.* 4. Procurator Actoris, siue mandatum non habens, siue de quo non appareat, ante omnia de rato cauëat, vsq; ad litem contestatam durante cautione *(quod post eam de mandato constare debeat, Nisi eiusmodi sit persona quæ sine mandate in iudicio versari possit.) Quâ non onerâtur si vel de mandato constet, vel ipse in iudicio præsens sit Actor. Hartm. obs. 38.* 5. Reus agens citra Procuratorem olim iudicatum solui satisdare tenebatur, *Text. hic. l. qui proprio* §. *qui alium. ff. de procur.* hodie tantum de iudicio sisti, hoc est prosequenda ad finem lite cauet, §. 2. *hic.* Procurator eius, Reo absente omnino iudicatum solui cauet; præsens Reus, siue in loco iudicij, siue extra iudicium id ipse præstat. §. *pen. hic.* Hodie iure nouissimo, siue præsens siue absens sit Reus, non ipse procurator satisdat, sed is cuius nomine litigat pro eo, siquidem de mandato appareat, sin mi-

sin minùs, etiam de rato cauebit, *Vvurmſ.tit.10.obſ.3.Vult. 2.Iuriſpr.2.c.30. Comm.ad Inſt.hic. Schneid.eod.*

An non & alia ſunt cautiones quæ occaſione iudicij præſtari ſolent?

R. Olim quidem tales fuere, hodieque ſunt. 1. Olim iudex in ſingulis cauſſis iurato cauere ſolebat ante tempora Gaij Imperatoris, & poſtea ex renouatione Iuſtiniani, *l.14.& Auth.ſeq.C.de iudic.* Hodie id ordinarius in officij ſui initio facit, *Nou.8.c.7.& c.14.d Auth hodie. Equidem decet iuſtitiæ ſacerdotes religione ad eam ſtudiosè ſectandam obligari.* Delegatus per ſuæ commiſſionis documentum inſertum citationi cauere intelligitur, *cap.cum in iure de off.deleg.ibi gl.verb. in noſſ.Gayl.1.obſ.48.num.17.* 2. Cautio ſalui conductus datur à Magiſtratu ob delictum, vel aliam cauſſam in iudicio ſe ſiſtere metuenti. *Andr.in c.1.de R.I.in 6.* 3. Cautio de ſe ſiſtendo datis fideiuſſoribus præſtita à ſuſpecto de fuga, vel à captiuo in carcere detento, quando non venit infligenda corporis pœna, *vide ſup.de fideiuſſor omnino hic.Trent.volum.1. diſp.5. theſ.6 ex Vult.eod.*

An verò omnes indiſcriminatim cauent per ſatiſdationem?

R. Minime: ſed cautionem iuratoriam præſtant. 1. viri dignitate præſulgentes, *l.15.hic. Nou.59. Nou.112.c.2.* 2. Qui ob neceſſitatem iuramento probandam fideiuſſorem, vel pignora idoneè dare nequeunt, *l.5 ff.eod.niſi de fuga ſit ſuſpectus aut peregrinus, l.1 fideiuſſor. l.vlt.ff.eod.* 3. Nudam & ſimplicem promiſſionem qui in loco iudicij immobilia poſſident. *l.5.hic. vide §.2.hic.*

TIT. XII.

De Perpetuis & temporalibus Actionibus.

Quod ius fuit olim circa durationem actionum?

R. Quod actiones deſcendentes ex lege xij. tabularum vel ex SC. aut ex conſtitutionibus olim erant perpetuæ, puta ſine temporis præfinitione. Quæ ex iuriſdictione Prætoris dabantur, pleræque erant temporales, & quidem maximè annuæ, *vt vltra annum vtilem non competerent, l.22. §.fin. ff.de*

ff. de liber. cauſſ. Quædam tamen perpetuæ, & quidem actiones rei perſecutoriæ, ſed rariores, quarum exempla proponit Imperator, 1. actiones quæ dantur bonorum poſſeſſori vel ei qui eſt loco heredis *(puta fideicommiſſario vniuerſali, ei cui libertatum cauſſa bona addicuntur, bonorum emtori, ei qui omiſſa cauſſa teſtati ab inteſtato hereditatem poſſidet, &c. Vult. Com. Inſt. num. 6. hic.)* 2. Inter pœnales, furti manifeſti, quatenus cum ante eius pœna ex lege xij. Tabl. eſſet corporalis, *(verberabatur enim fur talis, & addicebatur)* poſtea lege Corn. & Sempronia Prætoris arbitrio commiſſa, ex eius iuriſdictione facta eſt pecuniaria, *Vult. eod. Pac. in notis hic.*

Quid hodie circa eam iuris?

R. Conſtitutionibus Principum, *(vt aliquis litium eſſet finis)* omnibus actionibus certi fines ſunt præſcripti, & factum vt omnes actiones adeò eſſent temporales, vt inefficax actio eſſet ſi vltra præſcriptos fines extenderetur, *l. C. ſi aduerſus Creditorem, Vult. eod. num. 6.* Nec vllæ niſi cum limitatione temporis dicuntur perpetuæ. vſurpata puta nihilominus perpetuarum & temporalium actionum diſtinctio, ſignificatu eo vt quaſi perpetuum tempus cenſeatur, viginti, triginta & quadraginta annorum, ſex puta menſibus, anno, biennio, triennio collatum, *quaſi perpetuum lege definitum. Vult. eod. num. 9.*

Qui ergo actionibus ſecundum ius nouum præſcripti ſunt fines?

R. Quod omnes actiones reales durant viginti, perſonales, ſeu mixtæ, *ex. gr. familiæ erciſcundæ, communi diuidundo, finium regundorum, (quo etiam refertur hereditatis petitio)* triginta annis, *l. ſicut C. de præſc. 30. vel 40. ann.* & quæ ad Eccleſiam pertinent annis 40. *l. 3. 4. 7. 8. &c. C. eod.* Ad Principem vel ciuitatem pertinentes immemoriali modò tempore terminantur, *l. 6. C. eod. Cuiac. lib. 18. obſ. c. 26. & ſeq. Quæ ideò perpetua dicuntur.* Criminales annis 20. *l. 12. C. ad l. Corn. de falſ.* Minori tempore durant, *(& eo reſpectu temporales dicuntur)* puta ſex menſes redhibitoria, *l. 19. § fin. ff. de ædilit. edict.* annum actio iniuriarum verbalium, *l. 5. C. de mur.* Pauliana, *l. 1. tit. Quæ in fraud. cred.* quanti minoris. *& l. 19.* biennium actio de dolo, *l. fin. C. eod.* Quinquennium, querela de inofficioſo teſtamento, donatione & dote *l. ſi quis filium. C. hic. &c.*

Per-

Perpetuantur tamen actiones temporales ex accidenti per litis contestationem, *l. 9. §. si quis. ff. de iureiur. Schneid. Vult. hic.*

An omnes actiones iure tantum competunt eis, quibus ex persona ipsorum Rei sunt obligati, & in ipsos tantum Reos qui ex persona sua sunt obligati?

R. Imò verò omnes tam prætoriæ quam ciuiles actiones ex contractibus, vel quasi descendentes, siue personales, siue reales, & heredibus & in heredes dantur. §. 1. *hic.* §. *rei persequendæ vers. plane sup. de act. Quoad omnes; ob hanc rationem, quoad heres & defunctus vna eademque persona censeantur; & in heredem iura, tam actiua quam passiua defuncti transeant, vt non semel dictum, l. heredem. ff. de R. I. Quoad personales; quod non sibi tantum, sed & heredibus prospexisse defunctus censeatur, l. iurisç. §. pactorum. ff. de pact. l. pactum. ff. eod. Gayl. 2. obs. 2. num. 10.* Contra heredem tamen non dantur actiones ex dolo defuncti, §. 1. *eod.* Plures si existant heredes, in personalibus actionibus pro portionibus hereditarijs conueniuntur; in realibus quatenus possident: *Vtpote qua ratione possessionis tantum in heredes dantur. 2. C. d. t. l. at. ff. de R. I. Perez. hic.*

An verò non sunt alia actiones quæ non dantur in vel contra heredes?

R. Actio iniuriarum, §. 1. *hic. cum defunctus eam non instituat, nisi cadaueri eius facta sit iniuria.* nec contra heredes; & similes quæ ad vindictam competunt, vt actio ex edicto de in ius voc. *Troph. hic.* sepulcri violati. *l. 6. §. pen ff. sepul. violi* Actio ex l. vlt. C. de reuoc. don. &c.

Quæ actiones dantur heredibus & non contra heredes?

R. Reliquæ actiones pœnales; *d. §. 1. hic. heredibus data; quod morte lasi obligatio non extinguatur; Non in heredes, quod pœna tenere debeat delictis authores.* Nisi tamen ex delicto defuncti ad heredem aliquid peruenerit, *Vt cuius nomine tenetur, (quia nemo debet locupletari cum alterius iactura) l. 5 ff. de calum. in C. de delict. def. l. 38. & 44. ff. de R. I.* Vel cum defuncto lis sit contestata; *Text. hic. quia per litis contestationem (quâ in iudicio quasi contrahitur) obligatio per nouationem qua ex delicto erat, incipit esse quasi ex contractu.*

Quid

Quid si litè pendente Reus Actori satisfecerit bonam agnoscens fidem, vel rem cũ fructibus restituat, & expensis in litẽ factis?

R. Absoluetur officio Iudicis, licet iudicij suscepti tempore in ea fuerit causa vt condemnari deberet; §. *fin. hic. quod obtento fine media ad eum consequendũ frustra adhibeantur.*

TIT. XIII.

De Exceptionibus.

QVid Reorum causa contra intentionem Actoris est comparatum?

R. Exceptiones; *quia sæpe accidit, vt licet actio ipsa sit iusta, tamen iniquè proponatur aduersus eum cum quo agitur, Princ. hic.*

Quid est exceptio?

R. Est actionis exclusio *(vnde & nomen, quasi ab excludendo, l. 2. ff. h. t.)* seu Rei conuenti allegatio per quam Actoris intentionem elidit; vt vel planè eximatur damnatione, vel ea minuatur. *d. l. 2. l. 22. ff. eod. Alias conditio dicta; quod olim sub conditione à prætore conciperetur. Si paret Titium à Mauio stipulatum esse decem, nisi Mauius pactus est de non petendo, iudex eum condemnato. Pac. Epit. disp. hic. thes. 22.*

Quotuplices sunt exceptiones?

R. Diuiduntur variè. 1. Aliæ sunt iuris, aliæ facti: Illæ quæ actionem ipso iure competentem excludunt; Hæ allegatæ à Reo ostendunt actionem ipso iure Actori non competere. *Dd. com.* 2. Aliæ sunt ciuiles, aliæ prætoriæ, §. 7. *hic.* 3. Aliæ sunt perpetuæ, seu peremtoriæ, quæ semper agenti obstant; Aliæ temporales, quæ ad tempus tantum obstant. §. 8. *hic.*

Temporales exceptiones quotuplices sunt?

R. Duplices; Vel iudiciarium processum, Vel ipsam actionem spectantes. *l. fin. C. hic.*

Quæ respiciunt processum iudiciarium?

R. Quia ex personis iudicis vel litigantium sumuntur; *Vult. lib. 2. Iurispr. c. 30. num. 55.* Ex persona iudicis; aliæ prorsus iudicium declinant; qualis est 1. *exceptio incompetentiæ*, qua proponitur actionem cuius est persecutio ad cogni-

tionem iudicis non pertinere. 2. *præuentionis*, quando quis duos iudices habens non subordinatos, ab vno citatus, excipit se ad alterius forum trahi non posse. 3. *iudicis suspecti*, Cui accedunt aliæ exceptionis iudici propter defectum obiectæ; puta infamiæ, aliæque ob quas idoneus iudex esse non potest. Aliæ saltem differunt, *qualis est loci non tuti, termini anguſti, feriarum, &c. Treut. disp. eod. thes. 2.*

Dixisti de Exceptione incompetentia, dic quot modis aliquis forum sortiatur?

R. Sortitur aliquis forum. 1. Ex lege, vel consuetudine, quæ iurisdictionem & forum tribuunt proprium, *c. 10. & 3. de for. comp.* quanquam & partes mutuo consensu alicuius Iurisdictioni, vt causam inter ipsas controuersam decidat, se subijcere possint, *l. 18. ff. de iurisd.* 2. *Ratione domicilij originis*, Quod iure ciuili immutabile est, vt alibi domicilium habens ius originis retineat, *l. origine C. de municip. & orig. Hodie de consuetudine obtinet vt foro originis renuntiari possit. Rosb. tit. de for. comp. num. 9.* 3. *Ratione domicilij habitationis*, siue ibi reperiatur, siue non *l fin. C. eod.* Vbi finiri instantia, licet mutato domicilio debet, *l. si quis postea ff. de iudic.* 4. *Ratione qualitatis & conditionis personæ*, ex. gr. miserabiles personæ ad principem causas deferre, vel alio vocatæ, prouocare possunt, *l. vn. C. quan. Imp. inter pup. l. 1. C. de off. diuers. iud.* 5. *Ratione rei in iudicium deductæ*, Puta reales actiones eo loco institui debent vbi res est, *l. 1. §. vlt. ff. vbi de hered.* 6. *Ratione delicti*, in loco vbi delinquens deprehenditur, *l. fin C. vbi de crim.* 7. *Ratione contractus*, in loco vbi initus, si quidem Reus ibi reperiatur; Vel vbi debiti solutio ab actore est constituta. *Marant. 4. part. disp. 8. 8. Ratione continentia seu affinitatis causarum*, quod continentia causæ non sit dividenda. *tot. tit ff. quib. reb. ad eund. iud. eat. Alia etiam causæ speciales ex ipsarum ratione forum sortiuntur, vt causæ fiscales apud procuratorem Cæsaris sic ratione quantitatis rei petitæ forum competens sæpe definitur. Vide Rosb. praxi. tit. 3. num. 23. & seqq.*

Quæ exceptiones competunt ratione personarum litigantium?

R. *Quoad Actorem*, est exceptio contumaciæ, aliæque similes; *Quoad Reum*, quod in ius sine venia sit vocatus; iusti impedimenti, &c. *Quoad vtrumque*, exceptio legitimationis;

quod

quod puta ſiue Actor, ſiue Reus non habeant perſonam ſtandi in iudicio. *Ratione perſonarum interuenientium*, competit exceptio, ſi procurator abſque mandato, vel cum inſufficienti mandato compareat; Item ſi mandandi ſeu procuratorem conſtituendi, vel ipſe procurator ſuſcipiendi ius non habuerit. Vel cauſſa eiuſmodi ſit vt per procuratorem expediri non poſſit. *Treut. diſp. eod. theſ. 3.*

Quæ exceptiones concernunt ipſam actionem?

R. 1. Præiudicialis, qua prætenditur per inſtitutam ab aduerſario actionem non debere præiudicium fieri principaliori actioni. 2. Pacti conuenti temporalis. 3. Pluſpetitionis. 4. Litis pendentis, quando coram alio iudice citatione emanata & inſinuata, litem pendere obijcitur. 5. Libelli obſcuri & inepti. 6. Excuſſionis, & ordinis. 7. Spolij, & ſimiles. *Treut. eod. theſ. 4. & ibi alleg.*

Quotuplices ſunt exceptiones peremtoriæ?

R. Vel à principio naſcuntur, cum lis primò mouetur ex aliquo quod factum eſt; Vel poſtea incipiunt exiſtere. *Treut. eod. theſ. 5.*

Quæ ſunt exceptiones prioris generis?

R. 1. Exceptio metus, data aduerſus eum qui petit per metum promiſſum; *l. 7. C. quod metus cauſ. Generaliter quidem exceptione doli contenta, ſed quia vtiliter ſeparatim proponitur. Treut. cod. 2.* Doli ſpecialis, in contractibus quidem ſtricti iuris nominatim, *l. 5. C. de inutil. ſtip. Quod in contractibus bonæ fidei dolo vel metu initis (cum ipſo iure nulli ſint) iſtis exceptionibus non ſit opus. §. 9. hic. 3. Erroris. l. 57. De O. & A. Vnde in factum exceptio. 4. Non numeratæ pecuniæ*, quæ Creditori ſcripto, vel voce ſe accepiſſe aliquid affirmanti conceditur infra 20. dies, niſi aliqua ſpecies nominatim excipiatur; poſt eos elapſos minime: *Debitori*, infra biennium, etiam eius heredibus, ſine probandi onere; Poſt biennium non, niſi id onus in ſe recipiat. *§. 2. hic. Treut. eod. th. 5. lit. 2. & per ſupra dicta. Præterea ſunt etiam huius generis exceptiones naſcentes ex perſona creditoris, vel debitoris SC. puta Macedoniani & Velleiani. Quarum illa datur filiofam. contra petentem pecuniam ipſi mutuo datam: Hæc mulieribus, ex interceſſione pro alijs facta, conuentis. De quibus ſupra.*

Quæ sunt exceptiones posteriores generis?

R. 1. *Rei venditæ*, quæ obstat venditori rem venditam & traditam repetenti, sub prætextu pacti non seruati, vel alio. 2. *Pretij non soluti*, obstans emtori traditionem rei venditæ postulanti: *Rei non traditæ* obstans venditori pretium petenti. 2. *Pacti de non petendo.* §. 3. & 9. *hic. l.* 17. *C. de pact. siue expressi, siue taciti*, puta quod inducitur quando ab vno ex correis debendi, pro rata se soluere profitentis partem debiti creditor accipit. *dummodo puta debitor soluens dicit se pro rata sua soluere, Zang. ad* §3. *Inst. hic. num.* 33. 3. *Iurisiurandi*, quando debitor, deferente creditore iuramentum, iurauit se nihil dare oportere: data vnicunque qui ea actione de qua iuratum est potest conueniri. 4. *Rei iudicatæ*, tum obtinens quando eadem res, ex eadem causa, inter easdem personas in iudicium deducitur. 5. *Præscriptionis*, quando quis rem suam præscriptam petit, competens ei qui præscripsit. *Treut. eod. thes.* 6.

An quis vnam tantum exceptionem semper proponere possit?

R. Imo verò potest etiam plures proponere, etiam diuerso tempore, *l.* 5. & 6. *hic.* modò non sint directè contrariæ; *arg. l* 43. *De R. I.* Quo casu tamen admittuntur alternatiuè propositæ; *Zang. vlt. num.* 70. *hic.* quod per istam alternatiuam propositionem contrarietas tollatur. *l.* 80. *ibi Zas. hic. Zang. eod.*

Quomodo proponendæ sunt exceptiones?

R. Olim quidem (*vt dictum hic*) proponebantur conditionaliter; hodie proponi debent expressè & determinatè, vt de iure & causa excipiendi constare possit, idque in scriptis, vel sine scriptis viua voce, modò ad acta referatur, *Vvesp. par. hic. num.* 9. *Omnino autem proponenda exceptiones. Nec enim iudex eas supplet, nisi ex actis appareant. Angel.* §. 1. *num.* 3. *hic. vt si ex libello agentis appareat præscriptam esse iniuriarum, vel similem actionem, Schneid. hic num.* 8.

Quando debent proponi?

R. Temporales & dilatoriæ regulariter ante litem contestatam. *l. pen. C. hic. Nisi* 1. *aliqua grauamen habeat successiuum.* 2. *iudicium reddat retro nullum.* 3. *ipsa de nouo subueniat.* 4. *vel eam sibi competere reus errore facti ignorauerit, Treut. hic. thes.*

*thes.*7. Perpetuæ, seu peremtoriæ, regulariter à lite contestata vsque ad sententiam. *l.*9. *C. hic. l.*2. *C. sent. resc. non poss. Gayl.*1. *obs.*17. *num.*9. *Quædam tamen ante proposita* (quod fieri potest) *& probata litis ingressum impediunt: Vnde litis finitæ dicta, Sich. ad l.*17. *C. de probat. In continenti si probari nequeant, à iudice* (*quod ferè semper fit*) *reijciuntur post litem contestatam examinandæ. Treut. eod. thes.*8. *lit.*b.

Nullane post sententiam opponi possunt?

R. Regulariter quidem non attenduntur, *l.*2. *C. sent. resc. non posse.* ne quidem si fuerint peremtoriæ, *Asin. Praxi.* §.33. *c.*4. *& Dd. com.* Fallit tamen. 1. vel *ratione personarum contra quas lata sit sententia*, vt in minore, qui (*remedio restitutionis in integrum*) & armatæ militiæ milite, qui (*etiam sine eo remedio ipso iure, quod arma magis quam leges sciant, l.*1. *C. de In & fact. ign.*) exceptionem peremtoriam post sententiam opponere possunt. vel *ratione ipsius exceptionis*, quas specialiter deducere, non est pro hoc enchiridio; Hic habe breuiter. 1. non admitti dilatorias, nisi solutionis quæ solidi solutione certas personas defendunt, *de quib.* §. *sunt præterea, vbi sex exempla sup. de Action.* 2. Ex peremtorijs omnem exceptionem admitti per quam non impugnatur sententia. *l. Nesennius in fin. ff. de re iud. nempe ex iniquitatis capite.* Nam 3. nullitatis exceptio sententiæ opponi potest, etiam post executionem (*quod non tam supponat, quam neget tantum sententiam, leg.*2. *ff. qui satisd. cog. Speciales exceptiones aduersus executionem sententiæ admissas habes apud Oldendorpium Enchiridio exceptionum*, §. *eodem. inde huc transferendas.* Rursus habe, hic admitti exceptionem SC. Velleiani, & Macedoniani, *l.*2. *ad SC. Maced.* Compensationis, *Guitierez. pract. q.* 112. *num. vlt.* Sequestri, seu arresti ex aliqua causa à iudice facti, *eodem. quæst.*113. *num.*5. restitutionis in integrum, *Zang. c. vlt. eod. num.*64. Cessionis bonorum, *Zang. eod. num.* 105. & alias, *Vmmius hic. thes.*9. *num.* 59. *De quibus & alij speciali tractatu.*

Quis est finis & effectus exceptionis?

R. Finis quidem defensio Rei, & iudicij, siue in totum, siue ad tempus exclusio, *l.* 2. §. 2. *l.*3. *& passim. ff. de Except.* Effectus dilatoriarū iudicij vel dilatio, vel trāslatio; peremtoria-

toriarum intentionis excluſio, vel minutio, *l.12. cum ſeq. ff. hic Vmmius eod. Veſ. par. hic. num.* 11.

Quando eum effectum attingit?

R. Probata; quia Reus excipiendo fit Actor *l.1. ff. hic.* ideoque exceptionem ſuam probare debet *l. in Exceptionibus. ff. de probat.*

Sed modò ante Actor ſuam intentionem probauerit.

An excipiendo Reus Actoris intentionem fateri videatur, *Vide Veſ. hic Vmmium eodem. theſ.11. num.72.*

TIT. XIV.

De Replicationibus.

Quid eſt replicatio?

R. Replicatio, dicta à replicando (*quod per eam iterum explicatur & confirmatur ius agentis, atque ita ius exceptionis reſoluitur, vt Cic. pro Sylla.*) eſt contraria exceptio, & quaſi exceptionis exceptio, *ſet. Paulum. l.7. C. de Except.* ſeu exceptio Actoris qua Rei exceptionem replicando elidi, *l. 2. §. 1 ff. de except. l.10. C. eod. Secundum Imperat. hic.* Allegatio Actoris eius adiuuandi cauſſa contra iniuſtitiam exceptionis inducta, *Text. pr. hic Schneid. eod.*

Cur ergo introducta replicatio?

R. Actoris iuuandi cauſſa, ne fortè ei noceat exceptio iniquè à Reo propoſita, *l.2. §.1. ff. de except.* planè vt exceptio introducta eſt iuuandi Rei cauſſa.

Qua ergo eſt comparatio inter exceptionem & replicationem?

R. 1. Sicut ſe habet replicatio ad exceptionem, ſic ſe habet exceptio ad actionem. 2. Sicut exceptio eſt perpetua, ita & replicatio, vt patet in replicatione doli, *l. ſi pactum C. eod.* Contraria verò eſt exceptioni, *l. ante p. ff. de except.* & multiplicabilis, *l.2. § vlt. ff. de except. Schneid. hic.*

Quomodo dicis replicationem eſſe multiplicabilem?

R. Quod liberum ſit partibus replicationem iuſtam fortè prima facie viſam, duplicatione, & hanc triplicatione, hanc quadruplicatione, & hanc ſic deinceps excipere. *Schneid. hic. num.* 3. Quouſque tamen admittendæ hic ſint partes, &

quod

quod tempus ad replicandum, duplicandum & triplicandum &c. dandum, iudicis est arbitrio. *Auth. iudices C. de iudic. Infinitatem vitare cui cura esse debet, l. 3. §. vlt. ff. de restib. Schneid. eodem.*

Quid est duplicatio, triplicatio?

R. Duplicatio est allegatio qua Reus iniquam Actoris replicationem elidit, §. 1. *hic. l. 2. ff. de except.* Triplicatio qua Reus elidit iniquam Actoris duplicationem: sic triplicationem elidit quadruplicatio, & ita consequenter. §. 2. *hic. d. l. 2.* donec allegationibus iudex imponat modum, *d. Auth. iudices*, aut de eo partes per compromissum conueniant, *Schneid. hic. num. 3.*

Quomodo proponi & probari debet replicatio, & quando?

R. Eadem forma hic quæ in exceptione, *Quod vt Reus exceptionem, sic Actor replicationem suam probare debeat, l. 19. ff. de probat. l. 3. C. eod puta rursus post Rei exceptionem probatam. quod & in duplicatione & cæteris obtinet, Rosb. de replic. num. 10.* Rectè verò obtinet replicatio, quando Reus exceptionem contra intentionem Actoris opponit, *arg. c. ad dissoluendum, vbi gl. & not. in verb. accusari. 2.* Et in quacunque quidem iudicij parte, *gl in l. 2. §. 1 ff. de except.*

Quandoquidem Imperator hic. §. fin. decidit quæstionem, an exceptiones Reis principalibus competentes prosint fideiussoribus, explica decisionis summam?

R. Dicit plerumque eas fideiussoribus accomodari. Recte; puta exceptiones cohærentes personæ debitoris, *vt quia debitor est minor, cessit bonis, item quantum quis facere potest*, minimè dantur fideiussoribus: Omnino rei, non personæ inhærentes, *ex gr. doli, quod metus causa, rei iudicata, iurisiurandi, pacti ne petendo*, &c. *Text. hic. tibi ag. eod.*

TIT. XV.

De Interdictis.

DIxisti quomodo in actionibus realibus, vel circa dominium sit disputatio, vel circa possessionem, quotuplicia ergo inde existunt iudicia?

℞. Duplicia, *vel petitorium*; quod ita dictum per excellentiã ab effectu petitionis, quo petimus ius in re nostrum declarari: *vel possessorium* quo non deciditur ius proprietatis, sed cuius debeat esse possessio, donec de proprietate disputatum, & appareat vtrum is qui rem possidet iure possideat, an vero ad eum potius pertineat possessio qui in petitorio iudicio obtinebit. *Vult. Com. Inst. hic. pr. num. 3.*

Iudicia circa possessionem quomodo dicuntur?

℞. Speciali nomine vocantur interdicta; De quibus, hoc titulo speciatim agit Imperaror; *Ex eo dicta, quod interim inter duas partes dicantur, dum de proprietate iudicatum sit. Don. ad Rub. C. hic. num. 3. alij aliter, Vult. 2. Iurisp. cap. 21. num. 6.*

Cur diuerso nomine ab actionibus appellantur?

℞. Quia erant olim distincte formæ & conceptiones verborum, quibus prætor in possessionis, vel quasi controuersijs aliquid aut iubebat fieri, aut prohibebat; cum actionum alia esset solennitas & natura, & in multis distincta. Hodie postquam iudicia omnia cœperunt esse extraordinaria, actionis & interdicti natura confusa est; maximè, sublatis actionum solennitatibus. Vt actiones & interdicta vocabulis tantum maneant distincta; & hæc tantum sint extraordinariæ in factum actiones, *Princ. hic. arg. Rubr. ff. hic. Treut. hic. thes. 1.*

Quotuplicia sunt Interdicta?

℞. In hoc titulo proponit Imperator triplicem interdictorum diuisionem. 1. *A forma concipiendi interdicta*, puta quod alia sint prohibitoria, alia restitutoria, alia exhibitoria. 2. *A fine*, quod alia sint adipiscendæ, alia retinendæ, alia recuperandæ possessionis. 3. *Ab accidenti*, quod sint vel simplicia, vel duplicia: *Omissa ampliore diuisione à materia, sumta, id est à rebus circa quas interdicta competunt sumta. Tex hic.*

Quæ est diuisio interdictorum sumta à materia?

℞. Quod alia sint de rebus diuinis, alia de humanis; *seu res diuinas, vel & humanas spectantia. l. 1. ff. h. t.*

Quæ sunt interdicta res diuinas spectantia.

℞. 1. Ne quid fiat in loco sacro, puta deformitatis, vel incommodi caussa; *quod quidem vnicum est interdictum de rebus sacris. l. 1. ff. ne quid in loco sacro.* De religiosis rebus duo sunt.

1. de

1. de mortuo inferendo, aduersus eum qui mortuum sepelire prohibet. 2. de sepulchro ædificando, aduersus eum qui prohibet sepulchrum ædificare, vel reficere *l.* 1. §. *Prator. ait ff. de mort. infer. Perez. hic*

Quomodo subdiuiduntur interdicta ius humanum spectantia?

Rſ. Quod quædam sint publicæ, quædam priuatæ vtilitatis causſa, *seu de rebus publicis & de priuatis. Kling. hic.*

Qua sunt interdicta publica vtilitatis causſa?

Rſ. Sunt ea varia & variè etiam subdiuidi possſunt; & quidem maximè, in vtilia, quæ ex interpretatione legis colliguntur; & directa, quæ præcisè inhærent verbis Edicti Prætoris.

Qua sunt precipua interdicta publica directa?

Rſ. 1. Ne quid fiat in loco aut itinere publico. 2. de loco publico fruendo. 3. de via publica & itinere reficiendo. 4. de fluminibus, & ne quid in flumine publico ripave eius fiat quod incommodum sit nauigationi. 5. ne quid in flumine publico, vel ripa fiat, quo aliter aqua fluat quam priori æstate fluxerit. 6. Vt in fluminibus publicis nauigare liceat. 7. de ripa minuenda. *Kling. hic. recenset.*

Qua interdicta hoc titulo maximè proponuntur?

Rſ. Priuata, id est priuatam vtilitatem maximè concernentia, rei familiaris tuendæ causſa data.

Qua dicuntur interdicta prohibitoria, restitutoria exhibitoria?

Rſ. *Prohibitoria*, dicuntur quibus Prætor vetat aliquid fieri, *puta rem sine vitio possſidenti vim fieri; vel mortuum in locum inferenti, in quo ius ei erat inferendi. &c. Restitutoria*, sunt quibus iubet prætor aliquid restitui, *Veluti bonorum possſessionem, aut legata citra voluntatem heredis accepta. Exhibitoria* sunt per quæ prætor iubet aliquid exhiberi; *puta eum cuius de libertate agitur, vel tabulas testamenti, &c.* §. 1. *hic.*

Qua sunt interdicta adipiscenda possſessionis?

Rſ. Quæ competunt ijs qui nondum nacti fuerunt possſessionem. Cuiusmodi proponuntur ab Imperatore. 1. interdictum quorum bonorum. 2. Salui anum interdictum. Quibus accedit interdictum. Quod legatorum; & affine remedium l. Vltimæ C. de edict. D. Hadr. toll. §. 3. *hic.*

Quod

Quod est interdictum quorum bonorum?

R. Est interdictum *(simile hereditatis petitioni)* restitutorium, §. 1. *hic.* Vniuersale, competens ei qui de iure prætorio, siue ex testamento, siue ab intestato bonorum est possessor, *l.* 1. §. 1. *ff. hic.* *(puta filio emancipato aut alijs cognatis)* aduersus eum qui pro herede, vel pro bonorum possessore possidet, adeoque quemuis detentatorem, etsi dolo desijt possidere, possessionis rerum hereditariarum adipiscendę caussa, *Bred. hic. Oldend. eod.*

Cui, aduersus quem, ad quid datur?

R. Datur directo quidem bonorum possessori cui Prætor, *vt decretam à se possessionem tueretur*, specialiter prouidit, vtiliter cuilibet heredi, *l.* 1. *C. eod.* etiam suo, *Quod verius sit nec in hunc possessionem defuncti continuari, Tiraq. tract. de mort. &c. Vvef. par. hic. num.* 7. Aduersus eum qui pro herede *(eius de cuius hereditate agitur)* vel possessore possidet. Non contra titulo iusto possidentes, *quod in pari caussa & titulo melior sit conditio possidentis, c. in pari de R. I. in 6.* Nec aduersus debitores hereditarios, *l.* 2. *ff. eod. quod in rebus debitis necdum traditis nullum ius defunctus habuerit; ideoque actionibus personalibus ipse agere debuerit, Vvef. par. eod. num.* 7. Ad adipiscendam *(vt dictum)* vel bonorum omnium hereditariorum, etiam feudalium *(vt placet pleriſque)* quæ defunctus tempore mortis habuit, possessionem, vel *(sed vtiliter, vt dictum)* ad hereditatem legitimam. *Bred. Nempe est vniuersale, si tamen vnius tantum rei controuersia eueniat cuius possessionem nondum sit adeptus, potest & ad eam hæc actio pertinere. Vvesemb. par. eod. Oldend. eodem. num.* 7.

Quæ sunt requisita huius interdicti?

R. 1. Quod Actor sit heres defuncti cuius bona petit, siue ciuili iure, siue prætorio, siue ex testamento, siue ab intestato, siue ex asse, siue pro parte. 2. Quod de iure Prætorio successionis agnouerit bonorum possessionem. 3. Non habuerit possessionem rerum de quibus intentat interdictum. 4. Reus detineat vel possideat hereditatem, vel eius quotam, vel res particulares, sine titulo tamen. 5. Quod fuerint reuera in bonis defuncti mortis tempore, siue possessæ fuerint, siue non. *Schneid. hic. num.* 21. *& seqq.*

Sufficit

Sufficit enim hic præsumtiua probatio qua Actor doceat se esse heredem defuncti, & res illas fuisse in bonis defuncti quas Reus possidet. Sed & probabit se bonorum possessionem agnouisse, Schn. eod. Vult. 2. Iurispr. cap. 21 num. 41. Differentiam huius interdicti à petitione hereditatis vide apud Schneid. eod.

Quomodo proponitur?

R. Actor dicit Titium nuper defunctum esse: Fuisse autem filium Sempronij: Eum verò fuisse fratrem germanum Lucretiæ, quæ vxor sit Mæuij. Lucretiam vero sui Actoris matrem naturalem & legitimam: Atq; ita se Actorem esse consobrinum defuncti Titij: Se vero apud iudicem bonorum possessionem agnouisse, (*puta quod ex iure ciuili ex lineâ famineâ descendens non cognosceretur, licet hodie aliud sit. Nou.* 118.) Reum autem hereditatem Titij nullo iure possidere: Et res quidem fuisse Titij mortis tempore: quas Reus recusat restituere. Petere itaque se eundem Reum condemnari & compelli ad restituendum sibi Actori possessionem hereditatis, vel partis eius, vel talis rei, &c. *Oldend. Class. 2. act. 1.*

Quod est interdictum Saluianum, cui & aduersus quem datur?

R. Est interdictum restitutorium quod datur locatori aduersus colonum, (*vtiliter etiam aduersus inquilinum, item tertium possessorem caussam à conductore habentem; item aduersus colonum partiarium (non aduersus colonum coloni)*) ad rerum locatori pro pensione & damno rei locatæ dato pignori obligatarum acquirendam possessionem. § 3. *hic.*

Quomodo proponitur? Nempe eadem ferè hic requiruntur quæ in actione Seruiana, requiri supra diximus, *Bred. hic.*

R. Actor dicit se nuper fundum Sempronio locasse: Ipsum eundem centum aureis conduxisse. Res verò suas in conductum fundum importasse, sed inde res quasdam exportasse, vel clam alienasse, vel omnia fere bona alienare, Titium Reum accepisse tales res à Sempronio, & possidere. Alienatis eiusmodi rebus non cautum sibi Actori de pensione fundi locati, Reum admonitum talium rerum possessionem restituere Actori recusare. Petere itaque se Actorem,

vt

Quod est interdictum quorum bonorum?

R. Est interdictum *(simile hereditatis petitioni)* restitutorium, §. 1. *hic.* Vniuersale, competens ei qui de iure prætorio, siue ex testamento, siue ab intestato bonorum est possessor, *l.* 1. §. 1. *ff. hic.* *(puta filio emancipato aut alijs cognatis)* aduersus eum qui pro herede, vel pro bonorum possessore possidet, adeoque quemuis detentatorem, etsi dolo desijt possidere, possessionis rerum hereditariarum adipiscendę caussa, *Bred. hic. Oldend. eod.*

Cui, aduersus quem, ad quid datur?

R. Datur directo quidem bonorum possessori cui Prætor, *vt decretam à se possessionem tueretur*, specialiter prouidit, vtiliter cuilibet heredi, *l.* 1. *C. eod.* etiam suo, *Quod verius sit nec in hunc possessionem defuncti continuari, Tiraq. tract. de mort. &c. Vvesenb. par. hic. num.* 7. Aduersus eum qui pro herede *(eius de cuius hereditate agitur)* vel possessore possidet. Non contra titulo iusto possidentes, *quod in pari caussa & titulo melior sit conditio possidentis, c. in pari de R. I. in* 6. Nec aduersus debitores hereditarios, *l.* 2. *ff. eod. quod in rebus debitis necdum traditis nullum ius defunctus habuerit; ideoque actionibus personalibus ipse agere debuerit, Vvesenb. par. eod. num.* 7. Ad adipiscendam *(vt dictum)* vel bonorum omnium hereditariorum, etiam feudalium *(vt placet plerisque)* quæ defunctus tempore mortis habuit, possessionem, vel *(sed vtiliter, vt dictum)* ad hereditatem legitimam. *Bred. Nempe est vniuersale, si tamen vnius tantum rei controuersia eueniat cuius possessionem nondum sit adeptus, potest & ad eam hæc actio pertinere. Vvesemb. par. eod. Oldend. eodem. num.* 7.

Quæ sunt requisita huius interdicti?

R. 1. Quod Actor sit heres defuncti cuius bona petit, siue ciuili iure, siue prætorio, siue ex testamento, siue ab intestato, siue ex asse, siue pro parte. 2. Quod de iure Prætorio successionis agnouerit bonorum possessionem. 3. Non habuerit possessionem rerum de quibus intentat interdictum. 4. Reus detineat vel possideat hereditatem, vel eius quotam, vel res particulares, sine titulo tamen. 5. Quod fuerint reuera in bonis defuncti mortis tempore, siue possessæ fuerint, siue non. *Schneid. hic. num.* 21. *& seqq.*

Sufficit

Sufficit enim hic præsumtiua probatio qua Actor doceat se esse heredem defuncti, & res illas fuisse in bonis defuncti quas Reus possidet. Sed & probabit se bonorum possessionem agnouisse, Schn. eod. Vult. 2. Iurispr. cap. 21. num. 41. Differentiam huius interdicti à petitione hereditatis vide apud Schneid. eod.

Quomodo proponitur?

R. Actor dicit Titium nuper defunctum esse: Fuisse autem filium Sempronij: Eum verò fuisse fratrem germanum Lucretiæ, quæ vxor sit Mæuij. Lucretiam vero sui Actoris matrem naturalem & legitimam: Atq; ita se Actorem esse consobrinum defuncti Titij: Se vero apud iudicem bonorum possessionem agnouisse, *(puta quod ex iure ciuili ex lineâ famineâ descendens non cognosceretur, licet hodie aliud sit. Nou. 118.)* Reum autem hereditatem Titij nullo iure possidere: Et res quidem fuisse Titij mortis tempore: quas Reus recusat restituere. Petere itaque se eundem Reum condemnari & compelli ad restituendum sibi Actori possessionem hereditatis, vel partis eius, vel talis rei, &c. *Oldend. Class. 2. act. 1.*

Quod est interdictum Saluianum, cui & aduersus quem datur?

R. Est interdictum restitutorium quod datur locatori aduersus colonum, *(vtiliter etiam aduersus inquilinum, item tertium possessorem caussam à conductore habentem, item aduersus colonum partiarium (non aduersus colonum coloni)* ad rerum locatori pro pensione & damno rei locatæ dato pignori obligatarum acquirendam possessionem. § 3. *hic.*

Quomodo proponitur? Nempe eadem ferè hic requiruntur quæ in actione Seruiana, requiri supra diximus, *Bred. hic.*

R. Actor dicit se nuper fundum Sempronio locasse: Ipsum eundem centum aureis conduxisse. Res verò suas in conductum fundum importasse, sed inde res quasdam exportasse, vel clam alienasse, vel omnia fere bona alienare, Titium Reum accepisse tales res à Sempronio, & possidere. Alienatis eiusmodi rebus non cautum sibi Actori de pensione fundi locati, Reum admonitum talium rerum possessionem restituere Actori recusare. Petere itaque se Actorem,

vt

vt Reus ad restituendam talium rerum possessionem condemnetur, & legitimè condemnatus compellatur, *Oldend. eodem.*

Quæ est inter petitionem hereditatis & interdictum quorum bonorum collatio?

R. *Conueniunt*, in eo. 1. quod vtrumque sit iudicium vniuersale, 2. aduersus eum instituatur qui vel pro hærede, vel pro possessore possidet. 3. vtroque contendatur ad rerum possessarum restitutionem. 4. neutrum detur aduersus titulo possidẽtem. *Differunt* 1. quod hoc interdictum sit de possessione, petitio hereditatis de dominij iure. 2. Quod hoc interdictum non datur aduersus debitoris hereditarios, petitio hereditatis omnino. *Schneid. eod.*

Quid differt interdictum Saluianum à Seruiana actione?

R. In duobus maximè. 1. Actio Seruiana est in rem pignori datam, & datur quidem aduersus quemuis possessorem, etiam ipsum colonum: interdictum hoc est in personam, & de possessione, *(quæ interdictorum est natura)* datum tantum aduersus ipsum conductorem eumque debitorem, vt possessio rerum oppignoratarum acquiratur. 2. Seruiana est petitorij iudicij, & operosior, *(quod eâ sit probandum pignus tempore contractus fuisse in bonis debitoris,)* hoc interdictum possessorij iudicij, & expeditius, *Quod eo sufficit probasse possessionem rei oppignoratæ tempore oppignorationis.*

Quid est interdictum quod legatorum?

R. Est interdictum quod datur heredi post aditam hereditatem seu bonorum possessori cõtra legatarium etiam fidei commissarium, qui ante propria authoritate rem sibi legatam occupauit, vt eam restituat, vel in id quod interest condemnetur, *l.* 1. §. 2. *hic.* Puta modò heres idoneè de legato satisfecerit, *l.* 1. §. 16. *hic. Sed & si heredis vel bonorum possessoris nihil interest rem fuisse occupatam, non est locus huic interdicto, Oldend. eod. num.* 7. *Et fuit quidem iure veteri alterutri de legatis Falcidiam detracturo necessarium, quo eius retentionem quidem, non vindicationem habebat, & iure Iustinianeo, quo & hanc habet, superuacuum, Cuiac. in par. C. eod. Vult. ex eo Iurisp. eod. num.* 42. *Vnde & supersedemus latius de hoc interdicto agere. Sed nec habet hoc interdictum locum in donatione mortis*

causſai

cauſſas vt in qua non eſt neceſſe per retentionem Falcidiam detrahere, qua apud heredem ipſo iure remanet, rebus licet in ſolidum tranſlatis, Oldend. cl. 2. art. 2. VII.

Quod eſt remedium l. vlt. C. de edict. Diui. Hadrian. toll.

R. Quod hæredi teſtamentum producenti in forma non vitioſum legitimo teſtium numero munitum, nec vlla ſui parte ruptum, vitiatum, aut cancellatum datur vt à competẽte iudice mittatur in poſſeſſionem bonorum quæ defuncti mortis tempore fuerunt, & illegitimo modo ab Aduerſario poſſidentur, *Vult. eod. num. 45.*

Cui datur hoc remedium?

R. Heredi teſtamentario, *non legitimo*, omnino fideicommiſſario, ſiue ex teſtamento, ſiue codicillis. Item ſubſtituto etiam fiſco cum hereditatem ab indigno aufert, & quidem non facta reſtitutione, *Menoch. de adipiſc. remed. 4. num. 64. 166. 172. 299 ex eo Treut. hic. theſ. 1. lit. l.*

Quæ ſunt interdicta retinenda?

R. Retinendæ poſſeſſionis interdicta dicuntur quæ interponuntur inter eos qui de rei alicuius proprietate vtrimque contendunt, & ſui iuris ratione volunt poſſidere, vt dubium ſit, quis debeat poſſidere. *Quod non ante poſſit actio inſtitui petitoria, quam vtrius poſſeſſio ſit exploratum fuerit.*

Quot ſunt interdicta talia?

R. Duo recenſentur ab Imperatore, *vti poſſidetis*, & *vtrubi. 17. §. 4. hic.*

Quomodo definitur vtrumque interdictum?

R. Eſt interdictum quo quis tuetur poſſeſſionem rerum immobilium, vel quaſi poſſeſſionem rerum incorporalium, aduerſus eum qui eandem ſibi poſſeſſionem arrogat, aut qui alio modo poſſidentem turbat. *Vult. eod. num. 49.*

Cui, aduerſus quem, ad quid ergo datur?

R. Directo datur poſſidenti, ſiue iuſtè, ſiue iniuſtè rem immobilem, ſiue ciuiliter, ſiue vtroque modo. *l. 1. & l. fin. ibi gl. ff. hic.* vtiliter quaſi poſſidenti res incorporales. *l. vnica & ibi not. C. eod.* Aduerſus quoquo modo poſſeſſionis, ſiue rerum corporalium immobiliũ vſum impedientem, ſiue in quaſi poſſeſſione rerum incorporaliũ, *(qualia ſunt iura ſeruitutis, &c.)* turbantem. Ad id vt à turbatione ceſſet

& in

& in futurum non turbet, & hoc nomine caueat, damna illata & fructus perceptos restituat. *Bred. hic.*

Quæ sunt huius interdicti requisita.

R. 1. Vt Actor rem immobilem, siue ciuiliter, siue naturaliter tantum possideat, *l. 1. l. fin. ff. eod.* A Reo quidem aduersario non vi, nec clam aut precario; *(quod aduersus eum tales possessiones non prosint)* ab alio quocunque modo *(quòd eo ipso quod possessor est, plus iuris habeat quam is qui non possidet, l. 1. § sui cum. l. seq. ff. eod.* 2. Quod ita possederit litis contestatæ tempore. 3. Turbatio interuenerit, *Bred. eod.*

Quid est interdictum vtrubi?

R. Est interdictum competens super retinenda possessione rerum mobilium, competens aduersus eum qui possidenti circa possessionem est molestus. *Vult. eod. Obtinens duobus casibus. 1. si is qui possidet rem mobilem in eius possessione turbatur. 2. si duo de rei mobilis possessione contendunt. Kling. eod. n. 2.*

Ergone conueniunt hæc duo interdicta?

R. Omnino, hodie quidem; vno excepto, quod interdictum vti possidetis detur pro rerum immobilium, vtrubi pro rerum mobilium possessione, post nempe adæquatam vtriusque vim & potestatem. Olim alia adhuc erat differentia, quod per interdictum vti possidetis vincebat is qui rem possidebat non vi, clam aut precario ab Aduersario suo; licet sic possideret ab alio tempore interdicti: Per interdictum vtrubi qui maiore parte anni non vi, clam, aut precario ab Aduersario possidebat. Hodie per vtrumque interdictum vincit qui tempore illatæ turbationis & litis contestatæ non vi, clam, aut precario ab aduersario quidem *(quod hic obiter notandum)* siue per se, siue per alium possidet, §. 5. *hic. Nicas. de Voerd. hic. Nempe & is qui per alium possidet possidere censetur, vnde & retinere per alium possessionem potest. Text. eod. De iure tamen Canonico sufficit probatio antiquioris possessionis. c. licet de probat. Vvest. hic. num. 5. Qua æqualiter probata præfertur titulum docens: titulo æqualiter probato præferendus videtur is qui tempore sententiæ possidet. d. §. 4. hic. vers. commodum. Schneid. ad d. §. 4. num. 88. Treut. th. 3. lit. l. eod.*

Quæ est ratio ob quam in paribus probationibus præfertur is qui possidet?

R. Quia

R. Quia hoc commodum est possessionis, vt actore dominium non probante res maneant penes possessorem, licet nihil probantem, §. 4. *hic. Qua caussa etiam est remediorum possessoriorum introductorum, §. eod.*

Quomodo proponuntur hæc retinendæ possessionis interdicta?

R. Actor dicit se talem fundum, aut tale ius, vel talem equum (*pro ratione circumstantiarum*) possidere: A Reo in sua possessione vel quasi molestari: Possidere rem prædictam litis contestatæ tempore: Non fuisse autem se molestatum. tanti ipsius interesse; Monuisse sæpe Reū vt à tali molestatione abstineret, iuri se offerens: Petere itaque se, verum ac legitimum possessorem, ac Reo non licuisse Actorem in sua possessione, vt turbaret, neque adhuc licere, declarari, Reumque condemnari ac legitimis remedijs compelli vt à turbatione sua cesset, cautionemque de non turbando in futurum præstet, damnaq; omnia paret, fructus perceptos & percipiendos restituat, &c. *Oldend. Bred eod.*

An non sunt alia interdicta retinendæ possessionis?

R. Omnino; puta. 1. Interdictum de superficiebus, quod est de retinenda quasi possessione superficiei (*ea est terræ pars superior, quæ oculis cernitur*) competens superficiario. 2. Ei qui in solo alieno ædificauit ex conducto, ea lege, vt sibi haberet ædificium sub annuo salario, vel in perpetuum, vel in annos plures. *Quale interdictum etiam huius exemplo datur vsufructuario. Treut. eod. thes. 4. lit. g.* 3. De Itinere actuque priuato, cuius duo capita; quorum primum de eius vsu, alterum de itineris agit refectione; *Vve sembd. par. eod. tit.* 4. De aqua quotidiana & æstiua, ad retinendam, *vel etiã adipiscendam*, quasi possessionem æquæ quotidianæ, siue æstiuæ, siue hibernæ, *Vverf. par. eod.* 5. De riuis, fonte, lacu puteis, piscina reficiendis, ne reficienti vis fiat, *Vve sf. par. d. tit.* 6. De cloacis priuatis, vel reficiendis, vel purgandis. Similiter ne reficienti vel purganti vis fiat, *Vve sf par. eod.* 7. De arboribus cædendis. 8. De glande legenda, *Vve sf. eod.*

Quæ sunt interdicta recuperandæ possessionis?

R. Tale est interdictum vnde vi, *cui in immobilibus tantum locus, Menoch. rem recup. 1. num. 39. in odium spoliantis inuentum, Menoch. eod. nu. 33. vtpote quo etiam sine mandato imò seruus*

agens

agens admittitur, l. 1. C. si per vim. Treut. eod. thes. 5. b.

Cui, aduersus quem datur?

R. Datur de qualicunque possessione. 1. deiecto, etiam prædoni, item spoliato, ab eo quem constat dominum esse, attamen deiecto per vim expulsiuam, non compulsiuam, *l. 5. hic.* Aduersus deijcientem. 2. item eum qui mandauit spolium vel ratum habuit; *modo hoc postremo casu deijciens nomine illius id fecerit, qui postea ratum habuerit, l. 1. §. sed etsi quis. ff. de vi & vi arm.* 3. etiam aduersus ipsum procuratorem qui deiecit *(sic tamen vt litis æstimatione ab altero præstita alter liberetur) l. 1. §. quoties. ff. de vi & vi arm.* 4. item eum qui possessionem de qua aliquem deiecit rursus amisit, quamuis sine dolo aut culpa; *quia perinde habetur ac si possideret, quia sine culpa non restituit.* 5. aduersus fraudulentæ deiectionis persuasorem, *l. 3 § hoc interdictum. ff. de vi & vi arm.* Denique vtiliter aduersus ipsum deiectum, si fortè ex intervallo collectis armis deijciat eundem deiectorem, *per. l. 1. §. qui à me. ff. eod. Oldend. clas. 2. art. 10.*

Ad quid datur?

R. Ad restitutionem possessionis & rerum omnium mobilium quæ ibi fuerint cum deijceretur, siue propriæ deiecti fuerunt, siue apud eum depositæ, ei commodatæ, aut pignoratæ, vel quarum modo vsumfructum, vel vsum habuerit, *d. l. 1. §. quod autem ait prætor. ff. de vi & vi arm.* 2. Fructuum ex die deiectionis cæterarumq; vtilitatum quas deiectus quieta possessione vsus percipere potuisset, Et omnino ad id quantum Actori interfit non esse possessione deiectum, *l. 1. §. ex die. ff. l. interdicto. l. si plures. §. deiectum. ff. eod. Old. eod.*

Quamdiu datur?

R. Intra annum vtilem à die spolij numerandum quoad damna. Quoad ea quę ad deiectorem aut eius successorem peruenerunt, perpetua est, *l. 1. §. 1. ff. de vi & vi arm. l. 2. C. eod.*

Qua sunt huius interdicti requisita?

R. 1. Actorem illatæ violentiæ tempore in aliqua possessione *(qualis enim fuerit non attenditur)* & rei quidem immobilis, *(quia ablata re mobili actio, vi bonorum raptorum, vel constitutio l. si quis in tantum C. vnde vi competit.)* qua deiectus

est

est fuisse. 2. Vim expulsiuam quolibet teli genere interueniisse. *l. quod est & l. si quis §. annis. ff. eod.* 3. Inferentem vim id non fecisse animo suæ possessionis recuperandæ: quod id si incontinenti quidem factum, *quia vim vi licet repellere*, interdictum hoc non competit, *l. 1. §. vim. ff. eod. Qua mandantem, & ratum habentem concernunt requisita, ex proposita definitione colligi possunt.*

An non sunt alia iure prodita remedia aduersus violentam possessionum inuasionem?

R. Imò vero complura, ex Imperatorum constitutionibus, & quidem istius violentiæ odio, cum interdictum vnde vi, ex Edicto Prætoris proficiscens, pertineret tantum ad deiectionem vi factam, & quidem de rebus immobilibus. Et quidem. 1. Ex *l. inuasor. C. vnde vi*, ex qua possessio rei alienæ etiam alio modo quam vi vsurpata repetitur. 2. Ex *l. meminerit. C. eod.* quæ speciatim respicit possessionem rei sibi debitæ occupatæ, sub specie rescripti principis vel præcepti iudicis, quo quis fortè iussus est protinus rem sibi debitam exigere, vel accipere. 3. Ex *l. si quis in tantum C. eod.* qua interdictum etiam datur pro rebus mobilibus & proprijs occupatis, Aliaque ex *l penult. & fin. C. eod. Item l. 1. & 2. C. si per vim aut alio modo &c. De quibus videantur Cuiac. par. C. Menochius in possessorijs, Vult. Iurisp. lib. 2. cap. 21.* Ijsque adde ex iure Canonico remedium saluberrimum, *ex cap. redintegranda*, quod sine vlla rerum & personarum distinctione contra quemcunque possessorem etiam bona fide & titulo possidentem datur; aliaque de quibus *Vult. & Menoch. eod.*

Quid obseruandum in remediorum recuperandæ possessionis deductione ab Actore?

R. In omni remedio deducet. 1. se possessionem, vel quasi rei controuersæ habuisse: 2. à Reo verò ipso eiusve mandato de eo eiectum. Petetque in pristinam possessionem restitutionem. Quod vtroque narrato capite probato, obtinebit, *Vult. eod. num. 59. Vide Oldend. & Bred. ad interdictum. vnde vi. Sed & obseruandum hisce omnibus succenturiare officium iudicis, Vult. eod. ex Menoch. num. 60.*

Quæ dicuntur hic tertia diuisione ab Imperatore interdicta simplicia, quæ duplicia?

R. Id iam ex parte dictum; puta Simplicia illa esse, in quibus constat vter litigantium possideat, vel non, adeoque vter Actoris, vel Rei sustineat personam. Haec in quibus Actoris & Rei par est conditio, vt vter possideat vel non, Actor, vel Reus sit non constet: §. 7. *hic.* Sunt verò simplicia ea quae sunt restitutoria, item exhibitoria, *vtpote in quibus Reus est manifestus aduersus quem restitutionem rei, vel exhibitionem Actor petit.* Duplicia, interdictum vti possidetis & vtrubi, *vt in quibus propria affirmata possessione, vtrimque aduersaria negatur*, §. *pen. hic.*

Operis noui nuntiatio.

An verò non sunt alia interdicta priuata ad possessionum iura conseruanda à praetore proposita, ab Imperatore non tractata, hic consideranda?

R. Omnino, data ex ea causa cum vel iniuria iam data, vel timetur futura per aedificationes. Inter quae omnino consideranda iniuria quae fit per nouum opus, quae vt inhibeatur respectu operis faciendi, ius nunciandi Praetor introduxit, *l.* 2. *ff. eod.* Et respectu operis facti, interdictum quod vi aut clam.

Quid est noui operis nuntiatio?

R. Est legitima prohibitio, *haec enim vocis nuntiandi hic est significatio, gl. in l.* 117. *h. t.* facta aedificanti vt ab opere nouo nobis nocituro desistat, donec de iure aedificantis constet, *Treut. disp. eod. thes.* 2.

Quis rectè nunciat nouum opus?

R. In causa publica rectè nuntiant nouum opus omnes eius loci ciues, *l.* 1. §. *vlt. hic*, non incolae aut peregrini; inquilinus tamen, vel colonus nomine locatoris, *arg. l.* 1. *C. si per vim.* in priuata is demum qui est dominus, etiam emphyteuta, superficiarius, creditor pignoratitius; etiam qui modo habet seruitutem, *l.* 3. § *pen. hic. l.* 9. *hic, Treut. eod. lit. a. b.*

Quomodo fit nuntiatio?

R. Vel per partem, idque nudis verbis: *quae vsurpatur tum cum in suo quidem, sed contra ius seruitutis vicinus aedificat, l.* 1. §. 2. *l.* 5. §. 10. *hic, non cum in nostro aedificatur, nisi possessionem amittere velimus, l.* 1. §. 3. *d. l.* 5. §. 10. *hic.* Vel lapilli iactu.

l. 1.

l.1 §.6.quod vi. d.l.5.§.10. vbi Gothofr. Vel per Prætorem, eius officio implorato, *gl. §.2. & seq. hic. Quibus posterioribus speciebus vtimur cum in nostro ædificatur, ne possessionem amittamus, dd. ll.*

Cui rectè nunciatur?

R. 1. Ei qui pristinam operis faciem mutat, *l.1.§.5.l.21.§.3 ff.h.t.2.* Et quidem vicino proximo vel inferiori. Satis tamen est in re præsenti cuicunque fieri qui domino renunciare possit. *l.5.§.1. l.10.hic. Quod si opificibus domino ignorante nuntietur, & illi, spreta nuntiatione, ædificare pergant, dominus nouum opus suis impensis destruere cogitur, argum. l.5. §.9. & seq. l.1.§.5. hic.*

Quis est effectus nuntiationis?

R. Quod 1.post eam factam ædificans ab opere cessare, & cum nuntiante prætoriæ iurisdictioni vt ius ædificationis examinetur, committere, debet, *l.1.§.4.hic.* 2.Si secus faxit, antequam missa facta sit nuntiatio, aut in ea caussa existat vt mitti debeat, puta oblata satisdatione, demoliri iussu Magistratus condemnetur; nulla facta cognitione, ius ædificandi habuerit ædificans, nec ne, *d.l. prætor. §.1. hic. Vvesf. eodem.*

Dicis de remissione nuntiationis, dic quomodo ea tollatur?

R. 1. Morte nuntiantis, *l.8. §.6.hic.* 2. alienatione rei cuius caussa nuntiatum, *l.& §.eod.* 3.satisdatione de opere demoliendo, & in pristinum statum restituendo, si iniuria factum probetur; *l.21.§.1. & seqq. hic.* 4. Prætoris contraria prohibitione, *l.16.hic.5.* Vel post caussam cognitam remissione, *l.1.pr.& §.9.l.8. §.4.hic. Treut.thes.3.hic.*

Quod vi aut clam.

Quod est interdictum quod vi aut clam?

R. Est restitutorium quod datur ei cuius interest opus factum non esse, *l.11.§.10. § fin. l.13. §.3. l.16.§.1. hic.* contra eum qui vi aut clam in re soli, vel solo cohærenti aliquid fecerit, *l.15.§.7.hic.* ad id vt lite æstimata actor in eam restituatur in qua erat ante operis constructionem. Et quidem intra annum; nisi caussa cognita aliud conc datur,

l.15.§.3. & seqq. Aduersus heredes in quantum ad eos peruenit, *d.l. & §. Vvesf. par. eod.*

De damno infecto.

An non & aliud his accedit interdictum?

R. Omnino; de damno infecto, hoc est, nondum quidem dato, sed quod metuimus, *l.2. hic.* quod datur metuenti damnum ex vicini ædibus, aut tecto, iuranti se non calumniæ caussa petere, *l.7.pr.l.13.§.12. hic.* si id cui damnum metuit iure habet ædificatum, *Treut. eod. thes.5. lit.b.* ita succurrit Prætor vt iubeat dominum aut possessorem earum ędium, vnde damnum timetur, cauere suo nomine per stipulationem, alieno per satisdationem de damno, si quod datum fuerit, resarciendo, *Treut.9. Vvesf. eod. Qui de eodem videantur latius. Equidem cum hic iudicia possessoria hactenus, nec dum vero de possessione egerimus, de ea quamuis non agat Imperator, aliquid nobis dicendum, tanquam de altera dominij parte.*

De Possessione.

Dic ergo quid est possesio?

R. *A Sedibus quasi sedis positio, quod in re possessa sedem ponamus, sec. Labeonem, l.1. pr. ff. de acq. poss. dicta,* est detentio seu detentatio rei vacuæ in commercio existentis cum animo eam sibi habendi.

Explica definitionem?

R. Possessionem definio per detentionem, generis loco; quod latius pateat detentio quam possesio, *l.49. ff. de ac. & am. poss.* & ista nihil aliud est quam rei, κατοχή; quę fit quocunque tenendi affectu, *l.1. pr. eod.* & sine animo sibi habendi, generis nomen retinet. Item quia vt quis possideat in eo est positum vt rem apprehendat, & animum sibi detinendi habeat, *l.3. pr. & §. ex contrario. ff. eod. Rei,* & quidem simpliciter, non vt vulgo, rei corporalis, *(licet non malè)* quia eo ipso quod possesio est rei detentio, constat esse rerum corporalium, vt quæ propriè teneri adeoque possideri possunt, nisi tangantur: & rerum incorporalium inde tãtum est

quasi

quasi possessio, *l.*10. *ff. de seru. vind. l.*3. §. *vlt. ff. de vi & vi arm. Vacuas* quia duo eandem rem in solidum nequeunt possidere, *d. l.*3 §. *ex contrario. ff. de acq. poss. In commercio existentis* Quia earum rerum quæ non sunt in commercio nulla est possessio. *Quod nobis haberi non possunt. Obrecht. disp. de acq. & am. pos. thes.* 90. *Cum animo eam sibi habendi* pro differentia à generali detentione, quia distinguitur possessio ab ea detentione quę fit nomine alieno. Item vt includatur definitione tam naturalis, quam ciuilis possessio, *Obrecht. eod. thes.* 95.

Quotuplex ergo est possessio?

R. Si possidendi causas spectemus; tot sunt genera possessionum quot sunt causæ acquirendi eius quod nostrum non sit; veluti pro emtore, pro herede, donato, legato, &c. *titulis distinctis in digestis*. Si formam; alia est quam naturalem, alia quam ciuilem dicimus, *l.*38. *De V. O. l.*1. §. *deijcitur. ff. de vi & vi arm. Obrecht. eod. th.* 128. *& seqq.*

Quæ est naturalis possessio?

R. Quæ non fit animo domini, sed alia quadam rem sibi habendi ratione, *Obrecht. eod. thesi* 187. Quę in *voluntariam* quatenus quis volente domino rem vacuam apprehēdens, sibi habere cupit, ex. gr. mariti quæ ab vxore, & vxoris quæ à marito rem dono accepit. *l.*1. §. *si vi. l.*16. *ff. de acq. poss. l.*1. *in fin. ff. pro donato.* & non *voluntariam*, cum quis sine voluntate domini rem occupans sibi habere constituit, distinguitur. Ex. gr. 1. clam, hoc est furtivè possessionem ingressus, si dominus deiectus, vel timore accedere nolit, vel qui clam possidere cœpit dominum ingredi volentem vi prohibuit. 2. qui alterum vi de sua possessione deiecit, *l.*1. §. *vi possidere ff. de vi & vi arm.* 3. qui precario rem possidet, *Nempe vi, clam & precario poss. dere, coniunguntur. l.*1. *ff. vti possid. Obrecht. cap.* 5. *eod. per totum.*

Quæ est ciuilis possessio?

R. Quæ fit cum animo & cogitatione dominij. *l.*22. §.1. *ff. de noxal. act. l. pen. C. de furt.*

Quomodo acquiritur possessio?

R. Per nos, cum corpore & animo rem vacuam apprehendimus. *leg.* 3. *pr. l.*8. *l.*30. §. *quod per colonum. ff. de acq. poss. l.*153. *ff. de R. I.* Et corpore quidem, siue *naturaliter*,

cum actu fit & ipso corpore; puta rerum mobilium apprehensione, & immobilium occupatione, *Obrecht. eod. thes.* 233. siue *similiter*; cum magis animo & affectu, quam corpore res accipitur, puta cum imaginatione, cogitatione, & intrepretatione iuris apprehenditur, *Obrecht. eod. thes.* 236. puta. 1. cum per corporis vniti partem apprehensam totius rei possessio acquiritur, *Obrech. eod. th.* 239. 2. cum demonstrata fundi vacua possessione ea alteri traditur, *Obrecht. eod. thes.* 235. 3. cum quis rem cuius custodiam habet transferentis voluntate possidere cupit, *Obrecht. thes.* 262. 4. Cum instrumentum auctoritatis seu tituli à possessore traditum accipimus, *l.* 1. *C. de donat. eod. thes.* 276. Animo, cum adest iudicium, certa affectio ac destinatio rem pro suo, vel sibi habendi, *l.* 3. *pr. ff. de acq. poss. Obrecht. eod. cap.* 6. Per alios; & quidem, siue sint in nostra potestate, siue non sint, *sec. dicta. lib. 2. thes.* 9. modo ipsi eam sibi acquirere possint, *l.* 3. *C. eod. l.* 51. §. 1. *ff. eod* (*nisi sint vel infantes, furiosi, capti ab hostibus, municipes, (hereditas iacens, ignorantes, Obrecht. eod. cap.* 10.) Item animum possidendi habeant, *l.* 1. §. 9. 10. *hic.* & acquirant nostro nomine, *d. l.* 1. §. 19. 20. ac voluntate nostra, *l.* 1 §. *hac qua. & §. seq. ff. eod.*

Quomodo retinetur possessio?

Rz. 1. Animo nostro & corpore simul. 2. animo solo, *l.* 3. §. 10. 11. *ff. eod.* 3. animo nostro & corpore alieno, *l.* 9. *hic. qui nostro nomine sunt in possessione, serui nostri, coloni, inquilini, fructuarij propriè possidere dici non possunt, l.* 10. §. 1. *hic. Gayl.* 1. *obs.* 5. *num.* 10. *Quod eadem res à pluribus in solidum possideri non possit, l.* 3. §. 5. *hic. Treut. hic. thes.* 4. *Vnde & per eos, qui nostro nomine in possessione sunt, retinetur, Perez. hic.*

Quomodo amittitur?

Rz. *Nobis inuitis*, 1. mutata conditione rei possessæ, *puta forte sacra, aut religiosa facta, l.* 30. §. 1. *& 4. hic.* 2. personæ possessoris, in alterius fortè potestatem redactæ, *d. l.* 30. §. 3. vel humanis exemtæ, *d. l.* 3. *pr.* 3. detentione ipsa; puta rebus immobilibus à flumine mari, vel hominibus occupatis, *d. l.* 30. §. 8. vel magistratus autoritate. *d. l.* 30. §. 2. & in mobilibus rapina, furto, &c. *l.* 13. *pr. Consentientibus*, idque vel animo & corpore simul sine exceptione, vel animo solo

etiamsi

etiam si adhuc corpore quis rei incumbat, *l. 3. §. in amittenda, l. 17. §. 1. ff. eod. puta protinus vbi quis se possidere nolle constituerit, Quia hoc casu ex possessione fit simplex detentio. Vult. Iurispr. 1. cap. 47. num. 38.*

Quomodo probatur possessio.

Rz. Explicatum id supra sub tit. de actionibus cum de rei vindicatione ageremus.

Quis est effectus possessionis?

Rz. Nobiliores sunt. 1. quod possessor probationis onere leuetur, *c. sape de rest. spol.* 2. fructus lucretur. 3. non cogatur titulum suæ possessionis allegare vel probare, *l. 11. C. de pet. her.* alijque. Item quod nemo ea inuitus priuari possit, ne quidem iniusta sine causæ cognitione, *l. 2. in fin. C. si propt. publ. pens. l. 6. C. vnde vi. Vnde fit vt impedimentum aliquod ei struenti impune resisti possit, Treut. eod. thes. 5 & sec. ante dicta.*

TIT. XVI.

De pæna temere litigantium.

CVm Imperator, postquam de actionibus, item interdictis quæ actionis sunt loco, exceptionibus, & ijs per quos agere possumus hactenus differuerit: nunc exemplo legislatorum, non Romanorum modo, sed & Græcorum, qui pænas certas, ad coercendam in mouendis litibus hominum temeritatem, constituere, & ipse de ijs hic agat dic,

Quibus panis coercentur litigantes?

Rz. Tribus. 1. iuramento calumniæ (*de quo cum sub tit. de actionibus actum sit, hic agere supersedemus*) 2. pænæ pecuniariæ metu. 3. infamia.

Quæ constituta est in temere litigantes pœna pecuniaria?

Rz. Olim in decimam litis partem multabantur; Hodie victus victori in expensas condemnatur; moderatione iudicis comitante: ita tamen vt post inficiationem condemnatus plusquam petitum sit condemnetur; puta duplum: Idque in talibus actionibus, in quibus litem ex inficiatione in duplum crescere modò diximus, *Text. hic & Schneid. eod.*

Quomodo notantur temere litigantes infamia?

R. Id non habet locum in damnatis omnibus iudicijs, ſed in quibuſdam tantum: Veluti furti, vi bonorum raptorum, iniuriarum, de dolo, tutelæ, mandati, depoſiti, directis, non contrarijs actionibus: Item pro ſocio, non tamen condictione furtiua, *quia tantum rei reſtitutionem vrget; Vti & contraria actiones ſtatim dicta indemnitatem tantum ſpectant Actorum; cum in directis de fide rupta agatur. Text. hic. Perez. eod.*

An non infamia euitari poteſt in iſtis actionibus?

R. Omnino. 1. ſi quidem Reus ante ſententiam vt ab actione deſiſteretur precibus, non pretio impetrauerit: (*quod qui pretio id impetrauerit confeſſus crimen videatur; non qui precibus.*) 2. Si iuſſu iudicis, *cui parere neceſſe habet*, idem pactus eſt, *l.* 18. *C. d. tit. l.* 6. § *fin. ff. de his qui not. inf. Perez. eod.*

An non præter hos temeraria litis inſimulari etiam alij poſſunt?

R. Omnino; qui non petita venia iudicis tales, quibus reuerentiam debent, in ius vocarunt. *In quos panam* 50. *aureorum conſtitutam ſupra dictum.* §. *fin. hic.*

De infamia.

Dixiſti infamiam eſſe panam temerè litigantium; quid eſt infamia?

R. Infamia eſt exiſtimationis, (*quæ eſt dignitatis illæſæ ſtatus legibus ac moribus comprobatus.*) *l.* 8. *C. ex quib. cauſ. infam. irrog. Pac. Epitome. diſp.* 14. *h. t.*

Quotuplex eſt?

R. Duplex. 1. *iuris*, ex edicto prætoris, Iur. Canonico, ſententia iudicis irrogata. 2. *facti*, quæ eſt talis qua opinio alicuius apud bonos & honeſtos viros modò grauatur. *l.* 20. *hic. l.* 27. *C. de inof. teſt.*

Qui notantur edicto pratoris?

R. Mulier intra annum luctus nubens, quæ olim ipſo iure erat infamis; muliebria paſſus, miles ignominioſè dimiſſus, calumniæ pręuaricationiſque publico iudicio damnatus, alijque quos recenſet, *Pacius Epit. eod. theſ.* 20.

Qui notantur I. Ciuili?

R. Sepulchrorum violatores, improbum fœnus exercentes,

tes, periuri, mulier in adulterio deprehensa, prohibitas nuptias contrahentes, *aliique ibidem recensiti à Pacio thes.* 21. Obseruandum tamen ius canonicum hac in parte non omnino cum ciuili conuenire; & aliquos quidem Iure ciuili non tamen canonico, & vice versa, infames fieri: regulariter tamen qui Iure Ciuili notantur etiam Canonico infames esse. *Pac. eod. thes.* 22. *Vbi & qui iure Canonico infames sint remissiuè.*

Quæ requiruntur vt quis sententia sit infamis?

R. 1. Vt sententia sit iudicis non arbitri. *l.* 13. §. *ex compromisso. D. h.t.* 2. sit definitiua, non interlocutoria. *l.* 17. *l.* 9. *ff. eod.* 3. Reus non alieno, sed suo nomine condemnetur. *l.* 6. §. *si quis alieno. ff. eod.* 4. vt condemnatus ipso iure non notetur infamia. *Quod tum ipso iure, non sententia censeatur notatus. Pac. eod. thes.* 23.

An non vt sententia aliquis sit infamis, ita & sententia alicui fama conseruatur?

R. Omnino; puta si in tali caussa quæ per se famosa est iudex pœnam legitima grauiorem, non pecuniariam imponat: Veluti si furem releget: *l.* 13. §. *pœna grauior. ff. eodem.*

Quamdiu durat infamia?

R. Infamia iuris perpetua est; à iudice proficiscens tam temporalis esse potest, quam perpetua; quatenus ex causa per se non famosa, vel ita famosa proficiscitur. *Pac. eodem thes.* 25.

Qui sunt effectus infamiæ?

R. Effectus infamiæ iuris & facti communes sunt: 1. quod ita notatus repellatur à dignitatibus, *c. infamibus de R. I. in* 6. 2. heres scriptus ab extraneo, à consanguineis testatoris præteritis repellatur ab hereditate. *l.* 27. *C. de inoff. test.* 1. Effectus infamiæ iuris speciales sunt, quod talis non possit esse testis. *l.* 3. §. *pen. De test.* 2. Nec aduocatus, *l.* 1 *ff. de postul.* 3. Nec (iure quidem Canonico) procurator, omnino iure Ciuili, §. *vult supr. de except.* 4. Nec accusator: *l.* 8. *ff. de accus. Pac. eodem.*

De ordine iudicij.

Vidimus supra de personis iudicium constituentibus, nunc agamus de quæstione in iudicium deducta aut deducenda, dic quid est quæstio?

R. Est res controuersa; vel in iure, vel in facto consistens, *Vult. 2. Iurispr. cap. 2.*

Quomodo vtraque definitur?

R. Illa est, qua de facto in iudicium deducto quæritur, *Vult. eod.* Hæc, qua de facti merito, hoc est seu de iure quod facto applicatur; seu facti in iudicium deducti iustitia, vel iniustitia, *Vult. eod.*

Quotuplex est meritum facti?

R. Duplex: vel generale, iuris historia definitum, siue legibus, siue statuto, siue consuetudine; vel speciale, quod nullo quidem iure definitum est; sed pro iudicis, vt boni viri arbitrio specialiter ad factum accommodatum, *Vult. eod. cap. 3.*

Quomodo deducitur quæstio in ius?

R. Recte hic Imperator, §. *vlt.* dicit, omnium actionum instituendarum initium esse ab ea edicti parte, qua prætor edicit de in ius vocando; *id est, quæstionem in iudicium deduci per citationem.*

Quid est citatio?

R. Iure veteri varijs modis à vocatione in ius distincta, promiscua hodie vtriusque appellatione; est actus solennis quo Reus ad ius dicendum vocatur iuris experiundi causa, *Pac. disp. XXV. de ritu iudicior. Vult. 2. Iurispr. cap. 28.*

Quotuplex est?

R. 1. Vel verbalis, vel realis. Et verbalis quidem vel *publica*, quæ fit publicè per edictum, campanam, clamorem: vel *priuata*, quæ priuatim fit in personam citandi rei: idque vel *voce*, vel *literis*: Et *voce* quidem, vel in faciem, vel ad domum rei; *Literis*, vel simpliciter, vel dilatoriè, vel peremtorie: *Quarum illa i. e. dilatoria citatio citatum non prius reddit contumacem quam tribus vicibus emissa: Hæc particulam seu clausulam peremtoriè, & tantum temporis quantum alia tres citationes*

nes continet. Realis citatio dicitur quãdo Reus (ob certas causas) per apparitores apprehenditur, & in iudicium ducitur: *Quæ non habet locum nisi apud iudicem maiorem, saltem mixtum imperium & ordinariam iurisdictionem habentem*. Et fit vel *captura*, vel *arrestatione*, vt loquuntur; seu *manus iniectione*, in personam vel rem facta, publica magistratus authoritate, securitatis gratia; ne suo statu moueantur, siue res siue personæ, donec negotium vel causa de qua quæritur expediatur aut componatur. *Rosb. c. 22. ad 28.*

Citatione expedita, quid deinceps in iudicio agitur?

℟. Offertur Reo libellus ab Actore: Reus ad deliberandum inducias petit, contendere velit, nec ne: Contendendum si putauit, lite contestata exceptionibus intentionem Actoris elidit: vel antequam litem cõtestetur dilatorijs vtitur, lite contestata, Actor exceptiones rei deluit replicatione, Actoris replicationes Reus duplicatione. Atque ita secundum fori constitutionem deinceps proceditur, donec de causa concludatur & facta conclusione à partibus (*iudici enim non concluditur, adeò etiam vt factam à partibus conclusionem rescindere possit*) sententia feratur & executioni mandetur: Quæ tamen executio per interpositam appellationem suspenditur.

De Citatione.

Postquam summariè quid in iudicijs agatur exposuisti, restat vt de singulis partibus agamus specialius: Dic ergo primo quid citatio continere debeat?

℟. 1. Nomen & cognomen iudicis, (*qui si delegatus sit, tenorem suæ iurisdictionis citationi inserere debet. Gayl. 1. obs. 48. num. 17. 20.*) 2. citati. 3. eius ad cuius instantiam fit. 4. causam. 5. locum iudicij. 6. terminum ad comparendum ideoneum, *Rosb. eod. cap. 22. Schneid. hic, num. 9.*

Qualis fieri debet?

℟. Fieri debet iuxta iudicij cuiusque stylum, & quidem pro circumstantiarum, personæ scil. citandæ, ratione loci, temporis qualitate, opportunitate, scriptis verbis, vel per nuntium. Item vel in personam, siquidem copia eius haberi pos-

ri possit, expediri, vel eius in familiam, vel eo loci vbi verisimiliter ad notitiã eius peruenire possit, affigenda *Rosb. eod.*

Quomodo legitimè expeditur?

R. Si ad citationis conceptionem legitimam accedat commissio iudicis nuntio data; item eiusdem relatio, eaque ad acta referatur. *Treut. eod. th.* 4.

Quod est tempus iustum & idoneum citationis?

R. De iure ciuili viginti dierum, *Nou.* 53. *c.* 3. hodie in Camera arbitrarium pro lõginquitatis & propinquitatis locorum ratione. Vt & in alijs iudicijs. Omnino autem idoneũ designari debet, *Rosb. eod. num.* 23. *Vult. eod. num.* 31.

Iudex quatenus citare potest & debet?

R. Citatio fieri debet ab omni iudice, siue ordinario, siue delegato, *Vvest. par. hic. num.* 13. Et in omnibus quidem caussis & terminis iudicialibus, in quibus aliqua cognitione opus est, *Rosb.* & præiudicium vertitur rei; Nisi ipse Reus reperiri, facile non possit; quo casu, vt & alijs, generalis sufficit citatio; alias de iure non valens; omnino vero hodie de consuetudine. *Rosb. eod. num.* 31. *Debet verò cauere iudex ne extra territorium citet; Quod ita citanti impune non pareatur. l. vlt. ff. de iurisd.*

Qui citari debent?

R. 1. Omnes quorum interest principaliter, quod caussa eorum agatur. *l.* 47. *ff. de re iudic.* & qui absentes sunt. *Quod præsens in iudicio, frustra citari videatur. Dd. relati à Iason. in l.* 1. *hic.* Sed non absentes si actum præsentes impedire nequirent, *l.* 26. *De R. I. Treut. eod. thes.* 6. *lit. a.* 2. Nec (*sine venia quidem*) ij quibus reuerentia debetur, *l.* 2. *l.* 4. 5. 6. 7. 8. *&c. hic.* 3. Nec (*omnino*) iudex de caussa cognoscens nec qui apud eum caussam agit & similes de quibus, *l.* 2. *hic.* 4. Non pupillus, sed eius loco tutor, idq; modò verbali citatione; *l.* 22. *h.* 5. Nec Reus extemplo extrahi debet, *l.* 2. *C. qui ad Eccles. c.* 6. *de immun. Eccles. nisi sit publicus latro, d. c.* 6. *aut voluntarius homicida, c.* 1. *de homic.* 6. Nec miles in expeditione versans; minor, clericus, *Gayl. l. obs.* 48. *num.* 26. Doctores legum, Professores Academiarum, vnà cum vxoribus & liberis, *c.* 20. *& fin. de off. deleg. &c. l.* 6. *C. de prof. & med. Treut. eod. lit. c.*

Quis

Quis est effectus citationis?

R. 1. Perpetuat delegati Iurisdictionem. 2. inducit vitium litigiosi: præoccupat Iurisdictionem, seu operatur preuentionem, *l. 29. ff. de iurisd.* id est, vt si citatus plures habeat iudices, ibi fieri debeat iudicium, vbi cœptum est, *l. vbi ff. de iudic.* 3. litis pendentiam inducit, *vt ea facta nihil innouetur, Mynsi. 4. obs. 26. Modò emanauerit, & ad partem citatam peruenerit: aut saltem quod non peruenirent per ipsum factum sit, Mynsi. eod.* 4. interrumpit præscriptionem. *Nou. 199.* 5. Denique, quod est principium substantiale & fundamentum processus, vt sine ea omnino vitietur, §. *fin. hic. Rosb. eod. num. 42. & seqq.*

Qua sunt specialiter consideranda in citatione reali?

R. Quod (*vt dixi ante*) non fiat à quibuscunque sed à maioribus tantum iudicibus saltem mixtum imperium & ordinariam iurisdictionem habentibus, *Gayl. 1. obs. 48. num. 13.* 2. multæ personæ priuilegio ab hac sint exemtæ; *sec. ante dicta.* 3. Regulariter tantum fiat in criminalibus causis, non in ciuilibus; *Nisi forte facta litis pendentia citatus legitime comparere noluerit: vel de fuga sit suspectus. Rosb. eod. cap. 26. num. 4.* 4. In criminalibus etiam, vt recte fiat, præcedere debet delicti cognitio; *Et tum, ne Rei moniti fuga elabantur, statim locum habet, Rosb. eod.* 5. Quod in Ecclesia fieri non possit, nisi in ea delictum sit commissum. Vel etiam extra eam dolo malo ex proposito. *sec. ante dicta. Rosb. eod.*

De Arrestatione.

Qualis citatio realis est arrestatio?

R. Arrestatio (*remedium extraordinarium iure regulariter prohibitum, consuetudine introductum*) est manus iniectio, qua publica magistratus authoritate, res vel persona, securitatis gratia, sistitur ad instantiam Actorum, donec negotium, de quo quæritur, expediatur vel componatur, *Peck. de iur. sist. c. 1. num. 14.*

Quotuplex est?

R. A caussa efficiente est, vel publica quæ fit publica authoritate legis, vel magistratus, vel iudicis; Vel priuata,

quæ

quæ fit à priuato creditore, citra authoritatem publicam, ex priuata conuentione, vel pacto. *Rosb. eod. cap.* 28.

Quomodo ritè fiunt arresta publica autoritate?

℟. 1. Si fiunt à iudice competente, hoc est ab ordinario in loco arresti, *l.vlt. ff. de iurisd. (mores nempè quemcunque iudicem in loco iurisdictionis in hac re faciunt competentem vt debitor suspectus remissionem ad forum suum postulare non possit, Gayl. de arrest. tit. 6. princ.)* 2. Non statim ad simplicem petitionem cuiuslibet creditoris, sed quando adest in debitore mora, & ex ea caussa iusta arrestum petendi, *Rosb. eod. num.* 16. *licet de consuetudine facile ad arrestum pro cedatur.*

Quæ res & personæ arrestari possunt?

℟. Quæstio hæc decisa est ex antecedentibus: Nempe nec personas, nec res vllas debitorum sisti aut arrestari posse, nisi ex iusta necessitatis aut vtilitatis caussa, puta suspectæ dilapidationis, & periculo fugæ, vel moræ quam maximè nociuæ. *sec. dicta. Rosb. eod.*

Quid faciendum in iudicio vt procedat arrestatio?

℟. Eo modo quo dictum est impetrata, parti insinuanda est, eaque citanda ad excipiendum contra factum arrestū: ex parte autem Actoris dicenda arresti ratio in primo post factum arrestum iudiciali termino: Quod si vtrinque peccetur, Actore arrestum non probante, absoluitur Reus: Reo exceptiones proponere negligente, confirmatur, & ex confirmatione vires suas accipit. Cessat tamen oblata & præstita sufficienti cautione. *Rosb. eod num.* 40. *&* 57.

Quid si arrestum violetur, id est, arrestatus sua bona quo minus detineantur efficiat?

℟. Pæna ea est arbitraria; sed & eximentis & occultantis rem arrestatam pæna est, vt ipse debitum soluere creditori teneatur; prout ex diuerso per calumniam aliquem arrestans de iniuria & calumnia tenetur. *Peckium de iurr sistendi hic omnino consuli velim.*

De contumacia eiusque pœna.

Cum finis citationis sit comparitio, quid si hunc citatio non assequatur, quid iuris?

℟. Iu-

R. Insimulatur, siue Reus, siue Actor ipse contumaciæ.

Quid est contumacia ?

R. In genere est citatione legitimè executa erga iudicem commissa inobedientia, quæ committitur quotiescunque ius dicenti non obtemperamus, nec quod ipse voluit agimus, *l.vnic.si quis ius dicent. l.35.princ.de re iud.*

Quotuplex est ?

R. 1. *Vera*, cum quis tribus edictis, vel vno peremtorio citatus, & citationem cognitam habens malitiosè comparere noluit. *Nec enim vera contumacia contrahitur sine malitia. c.4.& 5.ext.de dol.& cont.vt aduersa valetudine aut alia legitima caussa impeditus qui abest pro contumace haberi non possit. Marant. ord.iud.de cont.num.2.& seqq. Vmmius disp.hic.thes.1. 2. Præsumpta*, seu ficta; quando dubium est num citatio ad notitiam citati peruenerit; puta si fortè ad domum absente (*nec quo minus ipsi citatio insinuetur latente*) citato facta; *Marant. eod. num.8. Rosb.cap.33.eod.num.5.*

Quomodo dicuntur contumaces Actor & Reus ?

R. Committitur vel ab altero tantum, vel ab vtroque; idque vel omnino non comparendo, vel comparendo quidem, sed quæ agenda sunt non agendo; *Vult. Iurisprud.2. cap.30.*

Quomodo coercetur contumacia ?

R. Varias habet pœnas pro occasione & negotij qualitate. In termino citationis, in caussa quidem ciuili, Actore non comparente (*non criminali vbi accusatore emanente succedit officium iudicis*) ad Rei præsentis instantiam terminus circumducitur, ipseque ab obseruatione iudicij absoluitur: (*nempe in caussis simplicis querela & prima instantia, non appellationis. Vult.eod.ex Gayl.obs.59.*) Vel in caussa, Reo probandi onus in se suscipiente, proceditur, & secundum iustam caussam fouentem pronuntiatur, *Gayl.d.obs.59. Mynsi.2. cent.obs.63. & 5.Cent.obs.86.* 2. Reo ab instantia modo absoluto, Actor ad agendum admittitur quidem, sed non nisi refusis prius expensis. Reo per sententiam in caussa principali latam ab intentata actione absoluto, minimè; præclusa etiam ei appellationis via, *Soc.reg.104. & 105. Gayl.eod. obs.137. num.7. Reo non comparente.* 1. vel Actor procedit in caussa

cauſſa principali lite conteſtata, atque articulos pro confeſſis haberi petit, *Mynſ 4. cent. 66.* & in cauſſa ad probationes procedit, & vt per ſententiam cõtrouerſia finiatur, facit. *Quo caſu contumax, etiam victor, in expenſas condemnatur, Gayl. eod. obſ. 60 Mynſ. eod. obſ. 67.* 2. vel agit ad pœnam banni & proſcriptionis. 3. vel petit pro actionis intentatæ qualitate immiſſionem in poſſeſſionem bonorum Rei conuenti, *Qua fit decreto indicis. Vult. eodem.*

Quotuplex eſt hoc decretum?

R. Duplex. Primum quo Actor ob Rei contumaciam mittitur in poſſeſſionem bonorum cuſtodiæ cauſa, vt ea pignoris loco detineat, donec Reus compareat & reſpondeat, *Vult. eod. Rosb. cap. 31.* Secundum decretum eſt alterum Magiſtratus iuſſum, quo Actorem primò in poſſeſſionem cuſtodiæ cauſſa miſſum ob perſeuerantem contumaciam verum decernit poſſeſſorem, aut etiam dominum facit, *(ex. gr. ſi Reus damni infecti cauere noluit. l. 15. §. 6. de damn. infect. & ibi Vveſ. par.)* puta ſi quidem ipſe Reus ſit dominus, alias vſucapiendi concedit conditionem, *Vmmius. eod. theſ. 6. num. 31.*

In quibus locum habet hoc decretũ, & quæ ad id requiruntur?

R. Habet locum in perſonalibus actionibus, *Rosb. eod. quod in reali actione, in qua de dominio, vel quaſi quæritur, vt hoc decretum interponatur non eſt opus, (Puta quod dominus ex primo decreto poſſeſſor factus, fruſtra ex ſecundo decreto dominium, quod ſuo iure habet & vindicat, ſibi adiudicari poteret. tit. quibus alien. hic. Rosb. eod.) ſed ſolum ſententia declaratoria dominij feratur.* Vt autem locum habeat, requiritur. 1. *In iudice* cauſſæ cognitio, *l. 4. §. 4. ff. de damn. inf.* puta de debito, *l. cum proponas. C. de reb. aut iud. poſ.* 2. citatio Rei eaque peremtoria, *Rosb. eod. num 7.* & quidem poſt lapſum anni ab interpoſito primo decreto, *Rosb. eod. num. 5.* *In Actore* vt ſecundum decretum interponi petat. *In Reo* contumaciæ perſeuerantia, *Rosb. eod.*

Poſtquam Reus in iudicium comparuit quid fit?

R. Eo comparente intra annum poſt emanatum primum decretum, præſtita ab eo cautione de iudicio ſiſti & refuſis expenſis, id aboletur, *Vult. eod.* Poſt ſecundum demum decretum comparente, ſaluo poſſeſſoris iure lis in petitorio procedit, *Vult. eod. Quæ in Curijs noſtris pœna ſit contumaciæ,*

videa-

videatur instruct. Curiæ Holl. & Merula cap. de contumacia. Omnino vero comparente Reo libellus offerendus, vt apud se deliberet, contendere velit, an liti cedere, *Auth. offeratur C. de lit. contest. Marant. de ord. iudic. part. 6. de libel. oblat.*

De libello.

Quid est libellus & quomodo formandus?

R. Est scriptura intentionem actoris continens. *A forma accidentali nomen sortita; cum is siue scripto, siue citra scripturam exponi possit & quidem vel simpliciter vel articulatè. Ex quo accidenti conceptus scriptura libellus in simplicem & articulatum subdiuiditur. Vmmius. eod. thes. 8. Rosb. eod. tit. 33.*

A quo, cui, cuius sumtibus, in qua causa edi debet libellus?

R. Edi potest ab omnibus, siue suo, siue alieno nomine iudicium suscipientibus; Reo, vel eius defensori; sumtibus Actoris, vt aliqui; vel Rei, vt alij volunt, *(ita vt hic stilus curiarum sequendus sit, Vmmius. eod. thes. 9.)* In omni causa regulariter, tam ciuili quam criminali; non tamen semper simul, si ciuilis & criminalis causa; & si proprietatis & possessionis quæstio, vel præiudicialis alia causa concurrant. *Quod tum sufficiat super ea causa libellum edere, qua prius disceptanda venit. Vmmius. eod. thes. 10.*

In quibus consistit forma libelli?

R. Olim multum variatum. Hodie continet duo substantialia in actione ciuili. 1. Narrationem, seu controuersi facti expositionem: & id quidem necessariò; aliquando etiam iuris; & nō nisi propter factum ex quo ius sumitur; quod propositionem continet, cum factum contineat assumtionem seu minorem: Etsi vero non allegetur ius, ex narratione tamen post facti intellectum, ad id à iudice accōmodatur. 2. Conclusionem, seu petitionem narrationi subiectā, Conclusio in criminalibus non est necessaria. *Vmmius. eod. thes. 11.*

Quid requiritur in narratione?

R. Vt actionis instituendę requisita accurate proponātur. In criminalibus etiam vt proponatur locus & tēpus criminis perpetrati. Quod etiam in ciuilibus aliquādo requiritur, si agatur actione de iure vel facto infamante. *Gayl. 1. obs. 65.*

Quid in concluſione?

R. Vt pro inſtitutæ actionis ratione aptè formetur, *vtpote in qua forma libelli conſiſtat:* quod licet ex medio concludendi actionis qualitas colligatur & genus, id tamen maxime fiat ex concluſione, Adeò quidem, vt, licet vaga ſit narratio, ea tamen reſtringatur vel amplietur; *ita vt totus libellus ex concluſione iudicetur. Rosb. eod. Tit. 33. per totum.*

Quid requiritur in toto libello?

R. 1. Vt ſit aptus, *quod vt modo dictum, ex concluſione maxime iudicatur.* 2. Clarus & certus, *ideoque non generalis, ſed ſpecialis.* 3. Non contineat contraria, ſed conuenientia. 4. Non ſit conditionalis aut alternatiuus, ſed ſimplex: *Licet certi caſus ſint in quibus libellus generalis, vt in legitima, dotis, hereditatis petitione; & generalibus iudicijs quale eſt actio negotiorum geſtorum; aliiſque, admittatur: Et alternatiuus in certis etiam caſibus admittatur; puta ſi alternatio ex facto deſcendat alieno vel proprio, aut ab aliquo euentu dependeat; ſi ex obligatione alternativè agatur: ſi hypothecaria actio cum cæteris concurrat. Rosb. eod.*

Quid ſi in formam libelli peccatum ſit?

R. Liberum erit Actori eum emendare & mutare indiſtincte vſque ad litem conteſtatam: Poſt eam ſi minus intentione ſua actor complexus fuerit quam ei debetur, vel aliud pro alio petitum fuerit, vel ex alia cauſſa quam ei debetur; & quidem per errorem, non aliter; nec niſi errore probato. *Rosb. eod. cap. 34.*

De dilationibus.

Cum libellus Reo detur vt agere nec ne velit deliberet, an ei à iudice deliberandi non datur tempus, & quod?

R. Omnino datur petenti dilatio; nec modo Reo ad deliberandum, ſed etiam Actori; & ipſi etiam Reo ad actus iudiciales perficiendos aſſignata.

An igitur ſunt varia dilationum in iudicio genera?

R. Omnino: aliæ enim ſunt *Citatoriæ* quibus conſtituitur terminus citato ad comparendum; certus quidem de iure ciuili, vt modò dictum, dierum decem; moribus arbitrarijs. *Vmm. diſp. hic, theſ. 2. Gayl. 1. obſ. 59. num. 20.* Aliæ *deliberatoriæ.*

Reo

Reo datæ vt cedere liti nec ne velit deliberet, &c. ſpatio 20. dierum abſoluuntur, *niſi quod aliquando ob locorum diſtantiam plurium dierum ſint; & ex cauſſa prorogatio detur, Vmmius eod. theſ. 3.* Aliæ *præparatoriæ* ſeu *probatoriæ*; quæ, propter probationem faciendam; ſiue ante, ſiue poſt litem conteſtatam conceduntur, nec niſi quando probatio eſt neceſſaria *(quæ uis etiam denegentur certis caſibus, licet probatio ſit neceſſaria; puta ſi quis reſcriptum ad iudicem extraordinarium impetrauerit, l. 2. pr. C. de dilat. 2. quoties intra certum tempus lege conſtitutum datur actio, & Actor non maturè egit, ſed nimium ſe coarctauit, Quo caſu dilatione fretus non admittitur, l petenda. C de temp. in integ. Vmm. eod. num. 11*) Et in cauſſis quidē ciuilibus regulariter ſemel, *l. 1. C de dilat.* in criminalib. ſępius, *l. vlt. & ibi Dd. de ferijs.*

An verò etiam in ciuilibus aliquando non dantur plures dilationes probatoriæ?

R. Licet omnis probatoria dilatio de ſui natura ſit peremtoria, & proinde ſemel tantum detur: conceditur tamē. 1. ſi probare debenti ſubito iuſtum emerſerit impedimentum, vel 2. ſi altera pars facto aduerſarij ſit impedita. 3. vel nouæ ſuperuenerint exceptiones vel probationes, vel aliud incidens: *Quo caſu non modo ſecunda & tertia, ſed & quarta conceditur; ſed hæc non niſi præſtito à petente iuramento de non dolosa poſtulatione.* Non vltra quartam alia, licet ob vrgentes cauſas prorogetur aliquando. In criminalibus vero cauſſis Reo tres, Accuſatori duę dilationes concedi poſſunt. Hodie arbitratu ſuo in dandis dilationibus iudices vtuntur. *Gayl. 1. obſ. 91. Rosb. eod. tit. 37. num. 5. & ſeqq.*

An non aliquando partes non comparentes citra impetratam dilationem indemnes ſunt?

R. Omnino quando citationes incidunt in diem feriatum; id eſt, quo iudicia non exercentur.

De ferijs.

Quid ſunt feriæ & quotuplices, & quis earum effectus?

R. Feriæ (vt dictum) ſunt dies quibus iudicia non exercentur, *l. 5 ff. de ferijs;*

Quotuplices ſunt?

R. Vel ſolennes, vel minus ſolennes: Illæ vel ob cultum

diuinum; vt dies paſchatis, dominicus, natalis domini, epiphaniarum, aliæquæ: & in criminalibus tempus quadrageſimæ; vel profanam ob cauſſam, vt meſsium, vindemiarum, mercatuum publicorum; vel ob memoriam facti alicuius celebrandam conſtituti. Hi varij ſunt, repentini, & extraordinarij. *Vult. 2. Iuriſpr. cap. 30. num. 5.* Differunt autem effectu; quod in omnibus quidem à negotij forenſis tractatione abſtinendum regulariter: magis tamen in diebus feſtis, repentinis, quam in alijs. Item quod ideo ſacris & repentinis renunciari nequeat, omnino profanis. *Vult. eod.*

An non quadam in iudicium incidunt quæ non ſunt eius ſubſtantialia?

R. Omnino, & inter ea quidem eſt. 1. Reconuentio. 2. Interuentio. 3. Authoris laudatio & nominatio.

De reconuentione.

Quid eſt reconuentio?

R. Eſt petitio qua Reus conuenientem coram eodem iudice inuicem conuenit, *Fac. Epitome diſp. 25. theſ. 9.* Et propria quidem, quando ita inſtituitur vt cum conuentione pari paſſu ambulare poſſit. Impropria quæ ita non inſtituitur. *Rosb. eod. cap. 46. num. 2.* Illud fit cum proponitur vel ante, vel ſtatim poſt litem conteſtatam; hoc, ſi proponatur ſeriùs. *Mar. par. 4. diſp. 6. num. 8. Rosb. eod. num. 19.*

Quis, vbi & in qua cauſſa Aduerſarium reconuenire poteſt?

R. Quilibet, & quidem coram eodem iudice; ſiue is ordinarius ſit, ſiue delegatus; *l. cum Papinianus, C. de ſent. & interloc. om. iud. Non coram arbitro compromiſſario*, niſi de omnibus cauſſis ſit compromiſſum, *Mar. eod. num. 12.* nec etiam coram iudice appellationis. *Mar. eod. num. 16.* nec coram tali qui de cauſſa recognitionis cognoſcere nequit, vt laicus de ſpiritualibus: & in omni quidem cauſſa non prohibita puta 1. non in cauſſis executiuis, 2. & moram non patientibus; 3. nec in quibus ſimpliciter officium iudicis imploratur; *Rosb. eod. num. 10.* 4. In cauſſa criminali, ſi accuſatus criminaliter accuſantem velit ciuiliter reconuenire, *l. 2. § ſed ſi agam. ff. de iud. Iul. Clar. pract. crim. quæſt. 2. nu. 3.* vel etiam criminaliter,

ter: niſi ſuam vel ſuorum iniuriam proſequatur, *Clar. eod. quæſt. 14. num. 2. Mar. eod. num. 47.* 5. Super ſpoliatione conuentus non poteſt reconuenire niſi ſuper alia ſpoliatione, *c. vlt. ext. de ord. cogn.* 6. Sed nec poteſt reconuenire excommunicatus, *c. 5. in ſi ext. de except. Pac. eod. & Rosb. eod.*

Quis eſt reconuentionis effectus?

Bz. 1. Quod Actor iudicium reconuentionis ſubire teneatur. 2. modus procedendi in conuentionis cauſſa per reſcriptum datus intelligatur repetitus in cauſſa reconuentionis. 3. Vtrumque iudicium ſimul terminari debeat & eadē ſententia, modò de vtraque ſimul liqueat. Quod ſi non fiat, vel de altero tum pronunciare; vel, donec de vtraque pronunciet, ſententiā differre iudex poteſt. *Pac. Epit. eod. theſ. 11.*

De interuentione.

Quid eſt interuentio, quatenus admiſſa?

Bz. Interuentio eſt tertij pro ſuo intereſſe inter litigantes facta interpoſitio, *Vult. eod. num. 7.* Poteſt autem fieri in quacunque iudicij parte, etiam poſt ſententiam, partibus inuitis, *Rosb. tit. 47. numer. 3. modò interueniens ſit perſona habilis*, quod interueniens pro Actore habeatur, *Rosb. eod. num. 6.* Et quidem in omni cauſſa tam ciuili, quam criminali; ſed quæ *Ciuiliter pro intereſſe alicuius modò intentatur, Rosb. eod. num. 10.*

Ad quem finem fit interuentio?

Bz. Triplicem. 1. ad impediendum vel remouendum agentem, vel defendentem, *puta quando cauſſa interuenientem principaliter concernit, colluſionis ſuſpicionem concipientem.* 2. Ad alteri adſiſtendum, *puta cum vtriuſque tam litigantis quam tertij intereſt quo caſu & ipſe inſtruere cauſam poteſt.* 3. Poſt ſententiam ad impediendam eius executionem. *Gayl. 1. obſ. 70. nu. 19.* Quam tamen non impedit malitioſa interuentio, *Gayl. eod. Sed & quid præterea hic obſeruandum, vide Gayl. eod. num. 20.*

An ſemper admittitur interuentio?

Bz. Non. 1. niſi interueniens prius doceat de ſuo intereſſe. 2. ſi ius tertij ſeparatum eſt à iure principalis. 3. Quando tertius ſciuit cauſſam agitari & alium agere paſſus eſt, Puta ſi quidem agatur de iure tertij ad ipſum ſpecialiter ſpectante, *Gayl. eod. num. 23. & ſeqq.*

De laudatione & nominatione authoris.

Quid eſt authoris laudatio & nominatio quæ in iudiciũ incidit?

R. Authorem laudare eſt dicere titulum ſuæ poſſeſſionis, & authorem à quo cauſſam habeas nominare (*laudare enim priſca lingua idem eſt quod nominare*) *l.5. 3.§. 1. ff. de euict.* Hodie propriè laudare authorem dicitur is qui ſuo nomine re alieno poſſidet. *Rosb. cap. 48. num. 2. 3.*

Quatenus locum habet authoris laudatio & nominatio?

R. In iudicio tum petitorio, cum quis conuenitur actione reali, vel mixta ſuper re mobili vel immobili, item iuribus: tum in poſſeſſorio, in cauſſa poſſeſſionis recuperandæ: Idque quando quis conuentus à ſuo authore vult defendi. Fieri autem debet ſtatim litè mota, & quidem ante libelli oblationem & litis cõteſtationem; id eſt antequam Reus reſpondeat: *In quem finem etiam à iudice inducia, vt litem motam domino denunciare poſſit, reo ſunt concedenda.* Poteſt tum etiam fieri in quacunque iudicij parte, dummodo id fiat ante publicationem proceſſus, quando conuentus habet cauſſam onerofam; ſecus ſi lucratiuam. *Rosb. eod. num. 12. & ſeqq. ex Marant. eod. num. 3.*

Qualis author laudandus, & quo effectu?

R. Laudandus author proximus, non author authoris; niſi ipſi fortè actio per authorem cedatur, *Marant. eod. num. 5.* Hoc effectu quidem nominatur author; quod ipſe iudicium in ſe ſuſcipere, & cauſſam ſuam nominatus defendere teneatur; & Reus conuentus ab inſtantia abſoluatur; & laudatus author venire debeat ad litem defendendam, & eam teſtibus & tabulis inſtruendam: idque in foro rei conuenti, *In quo, licet perſona ſit priuilegiata, fori exceptio ei non prodeſt. l. vbi. ff. de iudic. Rosb. eod. num. 5. 6. 7.*

Quid præterea fit in iudicio, vtroque ſcilicet Actore & Reo comparente?

R. Poſt omnes dilatorias exceptiones aliaque in iudicium incidentia, proceditur ad litis conteſtationem, *quæ eſt fundamentum & ſubſtantia litis, & per quam lis verè incipit & ſubſiſtit. Gayl. 1. Obſ. 74. num. 1. Rosb. tit. 74. num. 1.* Fit autem vel ſimpliciter, vel adiuncta reconuentione.

De

De litis conteſtatione.

Quid eſt litis conteſtatio?

R. Eſt ipſius rei controuerſæ apud iudicem narratio, vnà cum petitione ab Actore facta, & Rei contradictione, *Vult. eod. cap. 31. num. 1. Vmmius. diſp. hic. theſ. 1.*

Quotuplex eſt?

R. 1. *Affirmatiua*, quando ad narrata & deducta in libello affirmative à Reo reſpondetur cũ clauſula animo litem conteſtandi. 2. *Negatiua*, quando narrata & deducta Actoris intentio negatur à Reo: idque ſiue explicite abſque vlla cõditione, vel limitatione, cum eadem clauſula animo litem conteſtandi negatiuè, vel implicitè; quando implicitè narrata prout narrantur, petita prout petuntur, negantur. *Rosb. tit. 49. num. 6 & ſeqq.*

Litis conteſtatio an in omnibus cauſsis neceſſaria eſt?

R. Non; Puta 1. non in cauſſa ſpirituali. *Rosb. cod. num. 16.* 2. appellationis, *(in qua tamen neceſſaria eſt in camera imperiali) Gayl. 1. obſ. 76. 3.* nullitatis ſed notoriæ. 4. in mandatis de relaxandis captiuis, *Gayl. eod. obſ. 78. 5.* attentatis, 6. cauſſis fiſcalibus, 7. fractæ pacis, 8. in alimentis decernendis. 9. in cauſſa ſpolij, aliiſque pluribus: & generaliter non in omnibus cauſſis ſummarijs, & in quibus ſine libello ſummariè & extra ordinem procedi ſolet. *Marant eod. diſt. 9. num. 20.*

Quis eſt effectus litis conteſtationis?

R. 1. Potiſſimi ſunt quod iudex poſt litem conteſtatam non poſſit recuſari, *niſi noua ſuperueniente cauſſa, l. apertiſsimi. C. eod.* 2. quod actiones temporales perpetuentur per eam; & ad heredes tranſeat actio iniuriarum, quæ alias annalis eſt. *l. ſi non conuitij C. de iniur. Excepta actione de dolo l. vlt. C. de dolo.* 3. interrumpat præſcriptionem omnem & vſucapionem; *l ſicut. C de præſc. 30. an. 4.* Conſtituat poſſeſſorem in mala fide, & mora. *l. mora C. de rei vind. 5.* pariat curſum vſurarum, *l. 31 ff. de vſur. 6.* inducat nouationem. *l. 3. C. de nouat. 7.* excludat libelli mutationem, *l. 3. C. de edend. 8.* faciat tutorem, curatorem, vel procuratorẽ dominum litis. *l. 11. & 22. l. ſeq. C. de procur.* Denique quod per eum ſiè demum rectè dicatur

cæpta; ita vt iudici subijciatur, & ad instantiã partes obligentur. *Aliqua. Vide Vult eod. nu. 1. Pac. eod. thes. 16. Rosb. eod. nu. 27.*

Quid fit post litem contestatam?

R. 1. Præstatur iuramentum calumniæ. 2. exhibentur positiones & articuli, item probationes fiunt & reprobationes. 3. fit processus publicicatio, fiunt allegationes: concluditur in causa. *Rosb. eod. Qua omnia mediam iudicij partem constituunt sprout finem seu tertiam partem constituit sententia definitiua.*

De Positionibus.

De iuramento calumniæ cum ante dixeris, dic quid sit positio?

R. Pars intentionis continens id super quo quis petit ab aduersario responderi ad eliciendam ab eo veritatem. *Mar. part. 6. h. t. num. 1. Incognita iure ciuili & consuetudine introducta, iure Canonico comprobata. Pac. eod. thes. 19.*

Quod est obiectum positionis, & vnde formari debet?

R. Obiectum eius est res omnis in iudicio probanda. In specie autem id proponendum quod inter partes, siue principaliter, siue incidenter controuersum est, *Vmmius. disp. eod. thes.* 1. Formari autem debet ex tenore libelli, eique esse similis & conformis, *Rosb. tit. 51. num. 13. Mynsi. 5. obs. 88.*

Quæ forma positionum est?

R. *Substantialis*, quod debent esse. 1. non obscuræ, 2. captiosæ, 3. superfluæ, 4. negatiuæ, 5. contrariæ; sed simplices & quidem positiue formatæ. *Accidentalis*, quod sint exhibendæ medio iuramento dandorum, *Vmmius. eod. thes. 3. ex Gayl. 1. obs. 79. Papiens. tit. 6.* Proprium est quod in scriptis omnes vna eademque vice fieri ita debent, vt & iudicis censuræ subcijantur, *Vmmius. eod. Gayl. 1. obs. 81. num. 14.*

Quis effectus positionum?

R. Duplex. 1. quod qui positiones producit ijs contenta censetur confiteri, 2. nec eam confessionem, *(vtpote iudicialem)* in alterius præiudicium reuocare possit, *nisi in continenti & positione nondum à iudice probata, Mar. de pos. num. 8. 3.* Quod Aduersarius ad eas respondere teneatur, id per contumaciam recusans & ipse pro confesso habeatur. *Gayl. 1. obs. 80. Pac. eod. thes. 21.*

De

De Interrogationibus & reſponſionibus.

Quid eſt affine poſitionibns ?

Bz. Interrogatio ; quod & ipſa fiat poſt litem conteſtatam, eo fine vt interrogans releuetur ab onere probandi, & ad illas reſpondere aduerſarius teneatur. Differt tũ à probationibus. 1. quod proponens aſſerat id quod ponitur, nihil interrogans. 2. quod ponat actor vel reus; interroget iudex vel aderſarius. *Pac. eod. theſ.* 24.

Reſponſio cum ad poſitiones & interrogationes aduerſario incumbat. dic iam qui reſpondere debeant & quomodo, ad quales poſſitiones, quando ?

Bz. Reſpondere debent ipſi principales, vel ipſorum nomine procurator ad id mandatum habens, & de facto inſtructus ; *Spec. de poſ.* §. 3. *& 6. num.* 19. Et quidem. 1. ad omnes quæ facti ſunt, *non quæ iuris : niſi forte ex ipſo facto ius deducatur, Gayl.* 1. *obſ.* 82. *vel ſuper iure non ſcripto ſeu conſuetudine, vel ſtatuto alicuius ciuitatis reſpondendum ſit, Mynſ.* 5. *obſ.* 88. Et 2. quidem facti proprij, non alieni, *Marant. part.* 6. *de interrog. num.* 11. 3. eaſque ad cauſſam facientes, non alias. *Spec. tit. de poſ.* §. 7. *num.* 4. Idque. 1. per verbum credit vel non credit; 2. ſiue ſimpliciter; ſiue per diſtinctionem, *Vult. eod. num.* 25. 3. (*vulgo tamen ſimplici reſponſione vtimur, niſi poſitio ipſa ſit multiplex, vel partim vera, partim falſa, Gayl.* 1. *obſ.* 82.) interueniente iuramento reſpondendorum, *Gayl.* 1. *obſ.* 79. *Mar. de poſ. in fine.* 4. clarè, ſingulariter, purè, & ſimpliciter *Gayl. eod.* 5. Saluo iure impertinentium & non admittendorum, *Quæ interpoſita proteſtatio efficit vt reſponſio ſuper impertinente articulo pro nulla habeatur. Gayl. obſ.* 81. *num.* 12. Denique intra terminum aſſignatum, *Fer. eod. gl.* 10. *num.* 1. *Vmmius. eod. theſ.* 6. 7. *Reſp. tit.* 52 *de poſitionibus.*

Quis eſt effectus reſponſionis ?

Bz. *Affirmatiua* quidem eſt. 1. quod reuocari non poſſit niſi in continenti, *Vveſ. par. de confeſſ.* Vel per errorem facti data ante litem finitam probetur, *c. vlt. ext de confeſſ.* 2. pleniſſime probat, *Mar. eod. num.* 21. 22. Et omnes contrarias probationes & præſumptiones, etiam firmiſſimas quæ pro

Reo

Reo sint, elidit. 3. habet vim sententiæ & executionem paratam, sed in ciuilibus. *l.* 1. §. 6. *de confessis.* 4. nocet confitenti, non alij. *c.* 1. *ext. de confess.* 5. Dubia si sit, recipit interpretationem confitenti vtiliorem. *Mar. eod. num.* 32. *Negatiua*, effectus sunt. 1. quod calumniosè negans pro diuersitate caussarum variè puniatur: puta condemnatione dupli, vel possessionis translatione. *l. vlt. D. R. V.* 2. quod positionibus ab aduersario negatis articuli producuntur & probantur. *Mar. eod. num.* 1. *Pacius. eod. thes.* 30. 31.

De Articulis.

Quid vocas articulos?

R. Partem intentionis, quæ continet id quod quis probare intendit, *Mar. eod.*

Quid differunt à positionibus?

R. Habent pleraque cum positione communia. Differunt tamen. 1. *ordine & tempore*, quod articuli positiones sequantur. 2. *forma*, quod positiones fiant per verbum *ponis* articuli per verbum *probare intendit.* 3. *Fine*, quia positiones fiunt vt ad eas aduersarius respondeat & ponens onere probandi leuetur; Articuli vt probentur. 4. *Effectu*, quia ad articulos aduersarius non cogitur respondere; omnino ad positiones, *Mar. eod. Pac. eod.*

De probationibus.

Quid est probatio?

R. Eius quod in controuersiam deducitur iudici legitimè facta demonstratio; *Vmmius. disp. eod. thes.* 1. seu intentionis dubiæ per argumenta iudicialis ostensio. *Treutl. disp. de probat. thes.* 1.

Quotuplex est?

R. Diuidi potest variè; nos sic distinguimus: quod aliæ sint veræ & propriæ; Aliæ quæ potius ab onere probandi releuent, quam probent, *Treut. eodem.*

Quotuplex est vera probatio?

R. Ab Oratoribus desumpta diuisione est, vel artificialis,

lis, vel inartificialis; vtraque vel plena vel semiplena, *Treut. eod. thes.* 2.

Quis debet probare?

R. Quilibet qui aliquid affirmat in iudicio, *Non qui negat, l.* 23. *C. de prob.* 1. nisi in sua negatione se fundet, *Bart. in d. l.* 23. 2. vel ius aut qualitatem puta naturalem neget. *Pacianus.* 1. *de prob.* § 3. *num.* 3. 3. de negantis officio gesto agatur, *Don. ad tit.* 1. *in fin. C. de prob. puta ita vt male gestum contendatur* § 4. aut denique contra negantem sit præsumtio, *Pac.* 1. *de prob.* § 1. *num.* 10. *Vmmius. eod. thes.* 4.

Quid debet probari?

R. Omnis controuersa intentio ad caussæ decisionem faciens; siue in facto, siue in iure consistat quæstio, tam in negotio ciuili, quam criminali; & nominatim quod in articulis est propositum. *Superflua probare volentem non audit iudex. Gayl. d. obseru. num.* 2. *Vmmius. eod. thes.* 3. *per ablegator.*

Quando proponenda probatio?

R. Post litem contestatam, *vt ante dictum*, probanda est caussa principalis controuersa: exceptiones, dilatoriæ saltem, statim ac proponuntur; *quod sint de differendo iudicio:* Similiter, priuilegiatæ, peremtoriæ, eodem tendētes, (vt plane litem impediant) statim probandæ sunt. *c.* 1. *& 2. vbi gl. & Dd. de lit. cont.* Omnes autem probationes proponi debent intra terminos dilationum iure concessos, *l.* 1. *ibi Dd. C. de dilat.*

Quales debent esse probationes?

R. Certæ & liquidæ, *l.* 6. *hic.* in criminalibus, præsertim capitalibus, luce meridiana clariores, *l.* 25. *C. h. t.*

Quis earum finis est & effectus?

R. *Finis* est, vt super re controuersa fides fiat iudici. *Effectus*, quod is secundum probata pronunciare debeat, *modò sufficientes sint probationes*, Et Actore nihil probante Reum absoluere ab instantia, etsi nihil præstiterit. *Quam redintegrare ex nouis probationibus Actor non potest; nisi Reus duntaxat inopia probationum, non contraria probatione vel purgatione à caussa sit absolutus, Vvesf. par. hic. num.* 6. *Treut. tred. thes.* 8.

Sufficientes sint probationes, nec ne, à cuius pendet arbitrio?

R. Iudicis, vtpote cui illæ fidem facere debent; *Vvesem. par. hic. num.* 10. Vnde si iudex probationibus contrariam

habeat

habeat scientiam, verè aliquid probatum non intelligatur: *quia id demum probatum intelligitur de quo fides iudici facta. Vvesf. eod. num. 2.*

De præsumtionibus.

Quæ ab onere probandi potius releuant quam probent?

Bz. Præsumtiones, iusiurandum, &c. *quod legitimæ probationis genus per se esse negat Cuiac. par. hic. Treut. eod. thes. 1. lit. ff.*

Quid est præsumtio?

Bz. Præsumtio, *alias coniectura dicta*, est rei controuersæ ex alijs positis, *Vmmius. eod. thes. 6. puta (ex ijs quæ plerumque fiunt facta, aut quæ plerumque fieri intelliguntur)* adducta demonstratio, *Vmmius. eod. thes. 6.*

Quot faciunt gradus præsumtionum?

Bz. Quatuor. 1. Est *Necessaria*, iuris & de iure dicta; contra quam non admittitur contraria probatio, *c. 20. is qui fidem ext. de sponsal ex. gr. filiusfam. miles præsumitur accepisse mutuo pecuniam in caussam peculij castrensis, l. vlt. C. ad SC. Maced. 2. Probabilis*, iuris dicta; quæ releuat ab onere probandi, idque in aduersarium transfert, vt secundum probationem iudicetur; nisi contraria probatione, vel firmiore præsumtione elidatur. *Puta res non præsumitur donata, nisi donatio probetur, l. 16. C. de prob. 3. Leuis*, semiplena probatio dicta; quæ non probat sine alijs adminiculis: Efficit tamen vt plerumque Reo, a iquando etiam Actori deferatur iuramentum quod suppletorium vocant: Qualis est quæ inducitur ex vno teste, & scriptura priuata, &c. *Spec. de prob. §. 3. num. 18. 4. Leuissima*, seu semiplena minor; quæ ad tale iuramentum deferendum non sufficit, *Dd. communiter: Vt si quis dicat mutuatam à se pecuniam quod egeret. Pac. Enchir. hic. thes. 25.*

Quæ itaque est efficacia præsumtionis?

Bz. Secundum iam dicta est, quod in aliqua consistat probatione, licet vera probatio non sit: ita vt qui præsumtionem pro se habet ab onere probandi leuetur, idque in aduersarium transferat: Quod contrarijs probationibus elidatur

datur & vna aliam præſumtionem tollat. *Vmmius. eod. theſ. 11. vbi vide hac latius explicata.*

Quæ dicitur artificialis probatio?

R. Inter eas emicat præſumtiua, de qua ſtatim diximus, quæ rem eiuſque qualitatem ex alio demonſtrat, *Vult. 2. Iuriſpr. cap. 2. num. 12.* Artificialis dicta, quod ex ipſa cauſſa & indicijs trahitur.

Quæ inartificialis?

R. Quæ extra cauſſam ſumitur, à teſtibus, inſtrumentis, confeſſione, &c.

De teſtibus.

Quis dicitur teſtis?

R. Is qui ad alicuius rei fidem faciendam legitimè vocatus teſtimonium perhibet in re controuerſa. *l. 16. Auth. rogati. l. 11. C. de teſt.*

An circa dicendum teſtimonium omnium eadem eſt ratio?

R. Minime: Sed 1. alij cogi poſſunt ad dicendum teſtimonium. 2. alij non poſſunt cogi. 3. alij poſſunt dicere teſtimonium, alij prohibentur; idque vel omnino, vel limitate. Puta vel pro certis perſonis, vel contra certas perſonas, vel in certis cauſſis.

Qui cogi poſſunt ad dicendum teſtimonium?

R. Regulariter omnes, *ext. de test. cog.* idque tam in ciuilibus, quam criminalibus cauſſis, *l. 16. l. pen. C. hic niſi vel excuſentur, vel prohibeantur, §. 4 §. 1. ff. eod. Pac. epit. eod. theſ. 15.*

Qui excuſantur?

R. 1. Cognati, Puta in linea recta: qui parentum & liberorum locum obtinentes omnino nec pro, nec contra ſe teſtimonium dicere poſſunt, *l. 9. ff. l. 9. C. tit.* Item collaterales; qui inuiti cogi non poſſunt, *l. 4. ff. tit. ex. gr. fratres. Vmmius. eod. num. 34. Ad quotum gradum vſque hoc procedat, variant, Dd. Vmmius. eod. num. 38.* 2. Affines, ſimiliter. Sed qui inuicem parentum & liberorum habent reſpectū, puta vitricus, priuignus, ſocer & gener, *Quippe qui extra eum numerum ſunt, cogi poſſe volunt. Rub. tract. de teſt. p. 99. Vmmius. eod. num. 37.* 3. Proxeneta, niſi de vtriuſque partis conſenſu, *Auth. de teſt.*

§. qui-

§. *quoniam vero.* 4. Publicani & qui quid exercitui præbendum conduxit, *l.19.ff.h.t.* 5. Sacerdos ad reuelanda secreta confessionis, *de iure canonico. Gayl.obs.*101. *num.*8. Personæ illustres, nisi ex speciali iussu Principis, *lib.pr. C.tot. Cogi tamen possunt persona priuilegiata, quando veritas obiter haberi nequit. Lanfran.de test.depos.num.*27. *Rosb.eod.num.*9.

Qui possunt esse testes?

R. Regulariter omnes in causis tum criminalibus, quã ciuilibus, modò non prohibeantur, *l.*1.*ff.h.t.*

Qui omnino prohibentur?

R. 1. Pupillus, *idque ob imbecillitatem iudicis. l.*3.§.*pen.ff.eod.* præterquam in crimine læsæ maiestatis, *l.*10. *ff. de quæst.*2. Furiosus, mente captus, *l.*20.*ff.ne furiosus, ff.qui test.fac.poss. nisi tempore dilucidi interualli.* 3. mutus surdus, *quod omnino testari per naturam non possit.* 4. Infames, *l.*3.§.*lege.ff.hic.*

Intellige de iure ciuili infamia iuris notatos. Puta nominatim. 1. publici iudicij damnatos, necdum restitutos, *d.l.*3. §.*lege,* 2. publici criminis reos. *l.*20.*ff.eod.* 3. qui in vinculis & custodia detinentur, 4. qui ad bestias, vt pugnarent se locarunt, 5. conuictos ad testimonium dicendum vel non dicendum pecuniam accepisse, *d.l.*3.§.*lege.* 6. Ob carmen famosum damnatos, *l.*21.*eod. Infamia facti modò notatos in causis ciuilibus quidem, non in criminalibus & alijs ijs assimilatis testimonij dicendi ius habere volunt vulgo. Dd Canonici omnes infames à dicendo testimonio volunt arcere Vmmius.eod.thes.*1.*num.*9. Denique arcentur serui, *l.quoniam C.h.t quia iuris ciuilis communionem non habent. Contra dominum tamen ipsi admittuntur tortura subiecti si interrogentur, nec veritas cognosci aliter possit, sed modò in caussa criminali: puta adulterij, læsa maiestatis, fraudati census, d.l.*7. *C.h.t. l.*1. *C. de quæst. non in alijs, nisi concurrant alia probationes. d.l.*1. *minimè vero in ciuilibus. d.l.*1.

Qui prohibentur contra certas personas testimonium dicere?

R. 1. Libertus contra patronum, *l.*12. *C.aut eius liberos, l.*3.§.5.*ff.eod. Omnino potest patronus contra libertum. Rosb.tract. hic pag.*532. Inimicus contra inimicum, *l.*3. *& ibi Dd. com. de test.* 3. hæreticus & iudæus contra Christianum, *l.*21. *C. de heret. & Manich.* 4. vxor contra maritum, & contra, *Farin.hic, quæst.*78.*num.*88. *Dd.com.* Laicus contra clericum, in caussa qui-

quidem criminali, *cap. de catero ext de teſt. præterquam grauiori, Parin. eod. quæſt. 61. num. 100. aut ſi aliter veritas haberi nequeat eod. n. 120.* 5. tutor, aduocatus contra pupillum clien. em, &c. *durante quidem iſto officio, Reuber. eod par. 91. Vmmius. eod. theſ. 2.*

Qui prohibentur pro alijs teſtari?

Rz. 1. Pro patrefam. domeſticus, *l. 24. h. t.* is eſt in alicuius domo viuens eiuſdem imperio & poteſtati obnoxius, *l. 11. §. 1. de furt.* 2. pro pupillo tutor, *Farin. eod. q. 60. nu. 272. ne quidem finita tutela, ibid num. 273. propter amorem quo pupillum proſequitur.* 3. pro ſocio ſocius, omnium quidem bonorum, *Vmmius. eod. num. 23. etiam particularis, cum de commodo ſocij agitur, Farin. d. quæſt. 60. num. 388. Vmmius. eod. Vbi & an & quatenus amicus pro amico; colonus, inquilinus & Emphyteuta pro domino; affinis pro affine, & conſanguineus pro conſanguineo teſtimonium ferre poſſint ex Farinatio, vt apud ipſum latè.*

Qui nequeunt in certis cauſsis ferre teſtimonium?

Rz. Non mulier in teſtamento, *ſupra. de teſt ord.* 2. minor viginti annis in crimine probando, *l. 20. de teſt.* 3. iudices, aſſeſſores, arbitri in cauſsis de quibus cognoſcunt, *l. quiſquis. C. de poſt. quamdiu quidem coram ipſis ventilatur. Quatenus ea finita vide Farin. d quæſt. 60. num. 158.* 4. qui de vniuerſitate, & corpore aliquo eſt in cauſsis vniuerſitatis iſtius & corporis, *At quatenus*, vide apud *Vmm. eod num. 31.* diſtinctum & limitatum. 5. Nemo in propria cauſſa, *l. nullus ff. l. omnibus. C. eod.*

Quot teſtes requiruntur?

Rz. Regulariter vnius teſtimonium nullum eſt, *l. 9. C. hic. c. 10. & 29. ext eod.* etiamſi in dignitate maxima poſiti, *cap. ego dolis dicto.* ne quidem principalis, *Clar. ſent. § ff. quæſt. 53. nu. 21. niſi de facto proprio vel coram ſe geſto deponat: §. 21. & ibi Mynſ. ext. eod.* Sed ad minimum duo teſtes requiruntur, *l. 12. ff. h. t.* ſiue in cauſa ciuili; ſiue criminali, *cap. 23. & 28. ext. eod.* Aliquando etiam plures; *puta ſeptem teſtes in ſolenni teſtamento; quinque in reliquis vltimis voluntatibus. Plures caſus oſtendit Specul. de teſt. 3 11. l 1. & ſeqq.*

Quando & quomodo teſtes producendi & recipiendi ſunt?

Rz. 1. Regulariter poſt litem conteſtatam; non ante, *c. 1. & c. quoniam ex tut. lit. non conteſt.* Niſi certis caſibus: *puta ad æternam rei memoriam, aut alia iuſta de cauſſa; puta peregrinationis.*

tionis, senij, valetudinis, &c. Gayl. 1 obs. 92. Vmmius. eod. thes. 7. intra terminum probationis à iudice datum. 2. Et parte aduersa præsente & citata, *l. pen. C. eod.* sumtibus producentis; *l. 11. l. 16. §. C. h. t. Nec deponent nisi in loco in quo iudex causam cognoscit. Marant. de test. prod. num. 6. præstito apud iudicem iuramento se veritatem dicturos omnem & solam de quibus examinandi sunt, c. 2. de test. ext. tit.*

An testes semper testimonij dicendi causa ad iudicem venire cogantur?

R. Regulariter quidem, *Fer. prin. tit. 10. gl. 2. num. 3.* Excipiuntur. *(in ciuilibus, non in criminalibus in quibus testium præsentia videtur necessaria, Nou. 90. c. 6. in fi)* 1. testes alterius territorij, quorum respectu necessariæ sunt ad Magistratum loci in quo testis degit, literæ, quas rogatorias seu mutui compassus vocant. *Ruber. tract. hic. par. 2. numer. 210.* 2. Absentes, præsertim si longum sit iter. *l. 3. §. vlt. ff. h. t. Nou. 90. cap. 5.* 3. personæ egregiæ, *l. 15. ff. de iureiur.* 4. heres & valetudinarij, *d. l. 15. 5.* qui in ædibus suis examinandi, *c. si testium. ext. de test. 6.* mulier honesta, *d. l. 15. Nou. 124. c. 1.* maximè grauida & vicina partui, *Pacian. de prob. 4. num. 6. 7.* Quibus producens sumtus necessarios non suppeditat. *l. quoniam. C. de test. Vmmius eod. thes. 8. Pac. eod. thes. 14.*

Quomodo instituendum examen?

R. Iudex, vel cuicunque examen commissum, *(quod in causa ciuili quidem, non criminali fieri potest, Lanfr. c. 8. num. 16. Gayl. 1. obs. 96. num. 10.)* 1. clam partibus, *Lanf. eod. num. 15. per Auth. At qui semel, C. de probat. Nou. 90. c. 4. 2.* singulos separatim, *l 14. C. eod. 3.* cum super articulis à producente propositis, *(quod fieri solet cum directorio ostendente super quibus articulis testes singulos velit examinari)* tum super interrogatorijs, seu quæstionibus, super ipsis testium personis, item super ipsa lite, veritatis eliciendæ causa ab eo contra quem testes producuntur propositis. *Vmmius. eod. thes. 10. 11. 4.* nec tantum super ipsa rei veritate, sed etiam *(petente id producente)* super scientiæ ratione: *Quod is omnino petere, & rogatus testis vt dictum eius valeat, præstare debet, c. cum causam, ext. de testibus. Marant. 1. 6. de test. num. 9. & 19.* Non petente, excusatur non reddens, si de ijs deponat

nat quæ sensu corporeo percipiuntur; minimè de ijs quæ intellectus iudicio percipiuntur (puta aliquem esse dominum) omnino non rogatus reddere tenetur, *Bald. in l. solam C. h. t. Rosb. c. p. 57. num. 18. & seqq.* Vt & in criminalibus, *l. fin. C. de præbat. 4.* Finita depositione silentium testi sub pœna imponitur, qua quid prodens ante publicationem plectitur, *Rosb. 57. num. 22.*

Quid fit post examinationem testium?

R. Operam dat iudex vt vlterioni productioni renuntietur, *Gayl. 1. obs. 91.* atque ita testium dicta publicata litigatoribus communicat, *Farin. quæst. 75. num. 88. Vvest. par. hic. num. 5.* Eo effectu vt vlterior testium productio impediatur, super ijsdem quidem, vel directè contrarijs articulis, minimè si alij probandi sunt, *cap. 29. ext. de test. Plures casus quibus post publicationem testium vlterior admittitur productio, vide apud Gayl. 1. obs. 105. Vmmium. de test. num. 47.*

Quid fit facta publicatione?

R. Plerumque excipi solet. 1. vel contra ipsas testium *personas*; quod vel omnino, vel causæ ratione ad dicendum testimonium sint inhabiles. 2. vel contra eorum *dicta*, & quidem variè, puta quod sint contraria, (*si vel idem testis sibi, vel alter alteri contradicat*) varia, obscura, incerta, ambigua, præmeditata, falsa, non verisimilia, non congruentia facto & naturæ rei, vaga, & extra articulos & interrogata, singularia, sine scientiæ causa, siue omni, siue non idonea. 3. vel contra examen *ipsum*; quod non sit legitimè factum *Vmmius. eod. thes. 14. Rosb. tit. 61. late. Quo facto Iudex cognoscit, quibus testibus plus debeat tribuere. eod.*

De instrumentis.

Quid hoc loco vocatur instrumentum?

R. Instrumenti vocabulum, πολύσημον, siue multiplex: accipitur hoc loco pro scriptura ad fidem & probationem rei quæ illa continetur, facta.

Quotuplex est?

R. *Publicum*, quod fit authoritate publica idque, vel apud acta iudicij, vel à tabellionis munere fungente,

eoq; specialiter rogato: *Nou.73.c.2. Publicũ dictum ratione effectus non causse: cum coram notario factum testes desideret, & in dubium reuocari possit. d. Nou.73. Treut. disp. hic. thes. 1. lit. d.* Vel *priuatum*; quod fit sine authoritate publica; quo pertinent apochæ, antapochæ, syngraphæ, rationes, inuentaria, *Vul. eod.num.64.* Publica tamen instrumenta propriè instrumenta dicuntur.

Quotuplicia sunt instrumenta Notariorum?

R. Duplicia: Vel *protocollum*, vt vocant; seu summaria gesti actus annotatio; quâ notarij publici substantialia negotiorum breuiter comprehendunt; *Lanfr. praxi. cap. 9. num. 10. Vigl. in §. nihil 5. & 6. Inst. de testam.* Vnde postea instrumentum latius extensum in solemni forma conficiunt: Vel transumtum; Quod est instrumentum authenticum ex protocollo solenni forma cum præfatione & clausulis consuetis plenè descriptum, *Bald. Rub. C. de fid. inst. Vvesenb. par. hic. num. 2.*

Instrumenta notariorum quas debent continere clausulas?

R. Solennes; quales sunt. 1. de consuetudine inuocatio diuini nominis, 2. annus regnantis principis, *Nouell. 47. c. 1.* indictio; *d. cap. 1.* Item annus, mensis, dies, *Nouell. 44. c. 2. l. 4. C. de tabula.* locus contractus, vel actus alterius gesti; *Fab. in §. item Inst. de inutil. stip. puta domus, non præcisè conclave. Soar. lit. 1. num. 118.* subscriptio Notarij cum signo; *l. 22. §. si quis & ibi Castr. C. de test. c. 6. hic. Vvesenb. par. hic. num. 5.* Non item testium subscriptio in transumto, nisi lex eam requirat. *Vvesenb. eod. num. 5.*

Quæ fides est instrumentorum?

R. Instrumenta publica, *quæ quidem verè publica sunt, puta coram iudice facta*, plenam faciunt fidem, vt nulla in contrarium probatio admittatur. *Publica*, quoad effectum tantum *(qualia diximus esse Notariorum)* si omnia substantialia contineat protocollum, & præterea clausulas solennes transumtum *(modò per eundem Notarium cuius est protocollum facta sit transumtio)* fidem facit; non tamen talem quin per testes contrarios, vt dictum, elidi possit: *Quæ quidem de ipsis authenticis exemplaribus; non transcriptis, (copias vocant,) intelligenda: tamen exempla probant contra producentem, siue exemplantem, si vtriusque partis consensu scripta & approbata sint; vel in archiuo publi-*

publico ciuitatis reperiantur ; Denique de verbo ad verbum per ipsum Actorem & Notarium sint extracta . Priuata instrumenta fidem contra scribentem , & acceptantem quidem faciunt ; sed quod ad alios attinet , si habent trium testium subscriptionem , secundum , *l. scripturas C. qui pot. in pign. & N.73.l.2.* fidem plenam faciunt . Si nullos habent testes, *(quorum variæ sunt species , puta rationes , priuatæ annotationes, apochæ, antapochæ,)* regulariter contra scribentem , *(vt diximus)* valent ; interdum tamen etiam probant pro scribente semplenè ; *puta si altera pars eandem scripturam , vel eius partem produxerit, si sit continua, scriptor nobilis, aut integræ famæ fuerit, aut mors scriptoris fidem scripturæ auxerit . Quando tamen satis instrumento sit probatum iudex arbitrabitur , Vmmius. thes. 3.4.5 6. & ibi notata. Vvesp.par.hic. num.6. Rosb.eod.per totum, maxime num.36.& seqq.*

Quando & quomodo instrumenta sunt producenda ?

R. Regulariter post litem contestatam vsque ad conclusionem in causa; *Vmmius. thes.7. num.28.*

Ad quid obligatur producens ?

R. Facta productione respondere rogatus tenetur an & quatenus instrumentis vti velit. *Quod si falsum sit instrumentum quo se vsurum professus est , in pœnas incidit : si pro parte vsurum se tantum dixit, qua pro se faciat , falsi suspicione, si qua forte in instrumento est, præter eam se non obstringit .*

Quis est finis & vsus instrumentorum ?

R. Quod per ea facilius probetur quod actum est ; inde vt solennitas actus perficiatur in ijs in quibus scriptura requiritur ; siue ex lege , siue ex conuentione partium ; Et in quibus probationis ergo adhibetur scriptura plenam fidem faciunt. *Vvesp. eod. num.6.*

Quæ sunt potissimæ exceptiones contra instrumenta ?

R. 1. Quod sint contraria, falsa, à protocollo discrepãtia, à Notario non confecta, aliqua parte cancellata, interlineata, additionibus in margine aucta. *Vvesp.eod. nu.8. Rosb.tit.63.*

De Confessione .

Quid est confessio ?

R. Quando maior in iudicio præsente aduersario spon-

te & ſciens ſuper re litigioſa aliquid affirmat contra ſe, *Rosb. tit. 65. num. 1.*

An non duplex eſt confeſſio?

R. Omnino eſt vel extraiudicialis, quę fit extra iudicium apud probos & fide dignos homines: vel iudicialis quæ fit in iudicio. *Rosb. eod. num. 2. Definitur tamen potius hæc quam illa; quia ſpeciatim iudicialis ad ſpeciem probationis refertur.*

Quid requiritur vt alicui ſua noceat confeſſio etiam extraiudicialis?

R. Plura. 1. vt confitens ſit maior 25. annis, 2. vt confeſſio ſponte fiat, & quidem, parte præſente, per duos teſtes probata. 3. non fiat errore facti 4. fiat cum cauſſa. 5. ſit geminata. 6. à parte acceptata. *In criminalibus facta quandocunque per officium iudicis reuocari poteſt. Rosb. tit. 65. princ.*

Quis eſt effectus iudicialis confeſſionis?

R. Superat omne genus probationis, & infringit omnes alias probationes per teſtes & inſtrumenta factas, & habet vim ſententiæ; vnde probata probatio dicitur, confeſſus pro iudicato habetur, *Rosb. eod. num. 31. & ſeqq. Hodie tamen obtinet vt ſententia opus ſit. Vveſemb. par. de confeſſis. num. 8.*

Confeſſio vt iudicialis dicatur quid requiritur?

R. In cauſſis requirentibus plenam cognitionem fieri debet coram iudice pro tribunali ſedente; non coram Notario, vel coram arbitratore, *Coram arbitro tamen facta an pro iudiciali habenda variant Dd. Rosb. eod. num. 32.*

Quomodo explicanda eſt confeſſio in dubio?

R. Si per ſe certam non habet interpretationem, ſemper explicanda in fauorem confitentis. *Planè vt in alijs probationibus contra producentem fit interpretatio.*

De concluſione.

Factis probationibus & allegationibus quomodo proceditur in iudicio?

R. Ad cauſſæ concluſionem. *Modò renũciatum ſit omni probationi aut ſufficienter probatum iudex iudicet. Nam & ipſa concluſio cauſſa nihil aliud eſt quam probationum & allegationum renunciatio, eiuſdemque iudicis arbitrio ſubmiſſio. Rosb. eod. tit. 70.*

Quo-

Quotuplex eſt concluſio?

R. Diuidunt eam 1. in *expreſſam*, quæ fit verbis expreſſis, Vel *tacitam*, quando partes ſimpliciter cauſſam ad ſententiam referunt ſine proteſtatione de non amplius deducendo. 2. In *puram*, quæ fit ſimpliciter & abſolutè, & *euentualem*, quæ fit cum conditione & reſeruatione. 3. In *particularem*, quæ fit ſecundum aliquem articulum ſpecialem; & *generalem (de qua hic)* quæ totam cauſſam concernit. *Rosb. eod.*

Quis eſt effectus concluſionis?

R. Quod poſt eam nulla admittatur exceptio, allegatio, vel probatio; *Niſi iudex* ex officio ad pleniorem cognitionē id requirat, *Mar. part. 6. de concluſ. num. 1.* Vtpote qui reſcindere concluſionem partium poteſt, & cuius reſpectu nunquam concluſio facta videtur, *Gayl. 1. obſ. 107. num. 5. Mynſ. 3. obſ. 17. 4. obſ. 60. 6. Obſ. 56.* Vel cauſſa ſit criminalis; vel matrimonialis, criminali comparata. Poſt quas concluſas, cum maximi ſint præiudicij, allegationes, & informationes iuris admittuntur, *Dd. in c. cum dilectus ext. de fid. inſt.* In alijs tamen cauſſis probationes admittuntur, per confeſſionem partis, rei euidentiam, conſilia. *Mar. eod. nu. 2. Rosb. eod. nu. 10. & ſeqq.*

De ſententia eiuſque effectu.

Quid reſtat concluſa cauſſa?

R. Vt per ſententiam decidatur.

Quid eſt ſententia?

R. Litis inter partes litigantes per abſolutionem, vel condemnationem definitio, *Rosb. tit. 71. num. 1.*

Quotuplex eſt?

R. *Definitiua*, quæ principali cauſſæ pronunciatione iudicis per condemnationem, vel abſolutionem finem imponit: *Interlocutoria*, quæ non ſuper principali negotio, ſed ſuper aliqua incidente, vel emergente quęſtione, dum principalis cauſſa eſt in pendenti, à iudice fertur. *Rosb. eod.*

Quid debet ſententia definitiua continere?

R. Vel condemnationem, vel abſolutionem, *l. 3. 4. ff. de re iud. Mar. d. loc. num 1.* ſiue verbis expreſſis, ſiue æquipollentibus; *l. 27. 53. ff. eod.* Idque ſi vnus articulus in controuer-

ſiam ſit deductus: *Vtraque enim & condemnatio & abſolutio eadem ſententia contineri poſſunt, deductis in controuerſiam pluribus articulis. Mar. eod. num. 122. Treut. diſp. de re iudic. theſ. 2. lit. a.*

Quotuplex eſt ſententia interlocutoria?

R. Duplex: Alia *ſimplex*, quæ in finibus interlocutionis ſimpliciter conſiſtit: Alia *mixta*, quæ vim habet definitiuæ, *eique ob eam vim tum quoad formã interponendæ appellationis, tum quoad alios effectus iuris æquiparatur. Rosb. eod. num. 4. & ſeqq.*

Quando dicitur ſententia interlocutoria habere vim definitiuæ?

R. Quando quidem principaliter & integrè non definit cauſſam *principalem*, attamen indirectè tangitur quæſtio & definitur ad definitiuam ſpectans: Aut quando per illam exſpirante officio iudicis, alia poſt ſententia non ſperatur. *Rosb. eod. num. 6.*

Quæ requiruntur vt valeat ſententia?

R. Duo. 1. vt iudex eam ferens ſit competens & cauſſę cognitionem habeat. *l. vlt. ff. de iuriſd. 2.* Vt iudicet ſecundum formam legibus præſcriptam, *idque vel ſolus, ſi ſolus iudex fuerit; ſin minus, reliqui tum ipſo, iudicare debent, l. 27. §. 4. de recep. arb. Mar. d. loc. num. 49.*

Quæ pertinent ad formam ſententiæ ferendæ?

R. 1. Vt feratur de rebus in iudicium deductis & ad iuriſdictionem iudicis pertinentibus; & quidem lite conteſtata, & cauſſa, probationibuſque plenè cognitis. 2. Idque fiat ita vt in ſcriptis concipiatur, atque ita pronuncietur in loco cõſueto, interdiu, à iudice pro tribunali ſedente; poſt partes litigantes ad audiendam ſententiam citatas. *Treut. diſp. hic. th. 3. per. ibi. alleg.*

Qualis debet eſſe ſententia?

R. Debet. 1. iudex rei certæ ſententiam proferre, vel verbis, vel per relationem pro rei & cauſſæ natura expreſſæ, *t. t. C. de ſent. quæ ſine cert. quant.* licet de incerta quantitate actum fuerit, Vt puta in materia intereſſe. *Treut. eod. theſ. 4. 2.* Debet iuri eſſe conſentanea, ſiue ſcripto, ſiue conſuetudinario, *l. 32. hic. Quæ enim talis non eſt, ipſo iure nulla eſt. l. 19. de appell. Treut. eod.*

In quibus differt ſententia definitiua ab interlocutoria?

R. In pluribus. 1. quod interlocutoria litem non finiat, &

per

per iudicem (*nisi vim definitiuæ habeat*) reuocari possit; non verò à partibus, elapso decendio: Minimè verò reuocari possit definitiua. 2. Quod à definitiua iure Ciuili possit appellari: non ab interlocutoria; *nisi tale grauamen contineat, quod per appellationem à definitiua instituta reparari non possit. De iure Canonico ab omni grauamine appellare licet.* 3. Ab interlocutoria nō potest appellari, nisi in scriptis causis grauaminum expressis: A definitiua etiam viua voce. Nec priori, modo, nisi ex interuallo instituatur appellatio, necesse est prouocare. 4. Interlocutoria debet iustificari ex eisdem actis; ex nouis potest definitiua. 5. Definitiua in scriptis fertur, sine scriptis, verbis potest ferri interlocutoria. *Rosb. eod. num. 8. & seqq. Plures differentias v. apud Marant. hic.*

Contra quem ferenda sententia?

R. Contra eum qui vel suo, vel alieno nomine litem suscepit. *l. 1. vbi gl. & Dd. C de sent. & interl. In Camera tamen in personam domini concipitur, sive ipse, sive per procuratorem litem sit cōtestatus & prosecutus. Gayl. 1. obs. 111. pr. Non contrà tertium, vt cui res inter alios acta non debet præiudicare, l. 63 ff. de re iud.*

Quis finis & effectus sententiæ?

R. Interlocutoria quidem ad finem eundem tendit cum definitiua; effectu tamen differt. Puta simplex interlocutoria causam principalem non definit, sed eò tendit, vt in ea melius & tutius procedatur: Definitiuæ finis est, vt lites sopiantur, §. 2. *hic. Treut hic. thes. 6.*

Quomodo id fit?

R. Cum in rem iudicatam transit.

Quando transit in rem iudicatam?

R. Post decendium, *Nou. 23. & 119. c. 5.*

Quæ est vis iudicati?

R. Quod sententia ius inter partes, non tertium faciat, *l. 3. princ. de agnosc. lib.* nec prætextu nouorum instrumentorum retractari possit, *l. 4. C. h. t.* & ex ea vincenti ob rem iudicatam conuento exceptio iudicati, *tit. de except. rei. iudic.* alias actio, vt satisfiat sententiæ, datur. *Quæ ciuilis est & ex l. 12. tabl. descendit. Cui. 3. obs. 30. Treut. eodem th. 6. lit. g.*

An non executio etiam suspenditur aliquando?

R. Omnino; puta quando ſententia impugnatur à parte ſuccumbente.

Modi ſententiæ impugnandæ.

Qui ſunt modi potiſſimi quibus impugnatur ſententia?

R. Duo. 1. vel ex allegata nullitate, (*quæ eſt vitium ob defectum ſolennitatum & ordinis in proceſſu obſeruandorum, l. 2. & 3. ff. quæ ſent. ſine appell.*) Vel ex allegata iniquitate. *Fer. in form. ſent. definit. §. nos. Rosb. tit. 72. princ.*

De nullitate.

Quis nullitatem poteſt proponere, & quod iudicis in ea recipienda officium?

R. Nullitatem proponere quilibet poteſt ratione ſui præiudicij, etiam tertius. *Vant. tr. de nullitat. tit. quid ſit nullitas. nu.* 7. Propoſitam verò ſi iudex, ex cognitione actorum obſeruet, admittere: ſi dubia ſit, expeditioni cauſſæ potius fauere debet. *Rosb. eod. num. 3.*

Quot modis deducitur nullitas?

R. Vel *principaliter*, quando per ſe & ſeparatim agitur pro ea declaranda, (*quod poteſt fieri vel coram eodem iudice; vel coram iudice appellationis, & maximè de conſuetudine obtinet*) Vel *incidenter*; puta ſi de ea tantum agatur ſecundario. Principaliter verò de ſententiæ reformatione; quomodo coram iudice priori proponi & cognoſci debet. *Rosb. eod. num. 5.*

Ex quibus cauſſis oritur nullitas ſententiæ?

R. Ex *varijs*. 1. ex defectu perſonarum in iudicio verſantium; Idque vel *iudicis*, ſi à iudice incompetente, corrupto, recuſato, incapace, & prohibito lata ſit. Ratione *delegati iudicis*, ſi extra cauſſam delegatam, vel vltra terminũ delegationi conſtitutum lata. Vel *litigantium*, quando non habent perſonam ſtandi in iudicio; Idque ſiue ratione Actoris, ſiue Rei, maximè tamen Rei. 2. Ex *defectu proceſſus*, puta. 1. ſi lata ſit non obſeruata forma ac ſubſtantialibus proceſſus; eiuſque ſolennitatibus; puta libelli oblatione, litis conteſtatione, probationibus vel cauſſæ cognitionibus omiſſis; ſi

præci-

præcipitata sit & temeraria. 3. Si lata sit omissis solennitatibus ad sententiam requisitis, puta à iudice non sedente pro tribunali; tempore & loco non consuetis; puta in ferijs, sine scriptis; nisi fortè in causa breui. 4. Si lata sit post finitam Iurisdictionem, & extra territorium ius dicentis. 5. Si non continet vel expressam vel æquipollentem absolutionem, vel condemnationem. 6. Si incerta, obscura, dubia. Denique si lata ex causa notoriè falsa, manifesto errore, contra manifesta iura, &c. *Rosb. eod. num. 11. Ex Vantio de nullitat. per. tot. Marant. iudiciorum. dist. 12. Ferrar. sent. definit.*

Quis est effectus nullitatis?

R. Quod per eam principaliter deductam causa principalis ad iudicem nullitatis deuoluatur, vt is sententiam, vel reformet, vel confirmet. *Qui tamen superiori inhibere, atque executionem impedire non potest, nisi nullitas in continenti probari possit. Quod secundum communem Dd. distinctionem in Camera Imperiali determinatum testantur, Mynsing. & Gayl. Rosb. eod. n. 32.*

Quibus modis potissimum impugnatur iniquitas sententiæ?

R. Similiter duobus. 1. per *appellationem.* Quæ est prouocatio facta ratione grauaminis à minore iudice ad maiorem. 2. Per *supplicationem*, seu preces oblatas iudici à condemnato, à quo iudice alias appellari non possit, vt causam reuideat, & sententiam emendet. *Rosb. eod. tit. 72. num. 1. & 76. num. 1.*

De appellationibus.

Quotuplex est appellatio?

R. Duplex: Vel *iudicialis*, quæ fit in iudicio à minore iudice ad maiorem; Vel *extraiudicialis*, quæ fit extra iudicium ad superiorem, idque vel à præsenti, vel à futuro grauamine. Ita vt non appelletur à iudice, sed à parte extra iudicium, vel quando appellatur à iudice extraiudicialiter procedente, *Rosb. eod. tit. 73. num. 3. 4.*

Quæ differentia est inter iudicialem & extraiudicialem appellationem?

R. Differunt in pluribus; maximè quod 1. appellatio iudicialis fiat à minore ad maiorem iudicem; in extraiudiciali (quia non est tam appellatio, quam prouocatio ad causam)

iudex

iudex non appellationis, sed ordinarius sit adeundus. 2. In extraiudiciali appellatione non habet locum inhibitio, omnino in iudiciali, *Rosb. eod. num. 8. & seqq. Gayl. 1. obs. 120. num. 4. & seq. Vbi etiam differentias plures notat per Panorm. in cap. bonæ memoriæ num. 17. de appell. remissive, vt & Rosb. eod.*

Qui possunt appellare?

R. Omnes per iniquitatem iudicis vel imperitiam condemnati, *l. 1. l. 5 ff. de appell.* etiam tertius pro suo interesse, *d. l. 1. Gayl. d. obs. 120. num. 5.* aut mandatum habens, *l. 1. ff. de appel. recip. Non. 1. condemnatus ob contumaciam veram l. contumacia. ff. de re iud. l. 23. §. fin. ff. de appell. 2. confessus & convictus. l. 2. C. quor. appell. non recip. 3. qui appellationi renuntiauit, vel sententiam quoquomodo probauit, c. gratum. 2. ext. de off. iud. deleg. 4. non debitor fiscalis, aut tributarius publicus l. 8. C. eod.*

Ad quem debet appellari?

R. Ab inferiore iudice ad superiorem, *l. 1. l. 2. ff. hic.* etiam à delegato ad delegantem, seu eum qui iudicem dedit, *l. 1. pr. l. 2. ff. quis à quo appell. Nisi non vniuersa, sed vnius modo causa iurisdictio demandata, d. l. 1. §. fin.*

A quibus appellari non licet?

R. 1. A summo Principe, *l. 1. §. 1. ff. à quib. app. non lic. 2.* Senatu *d. l. 1. §. sciendum. 3.* Præfecto prætorio, *l. 19. ff. h. t. 4.* Iudice dato cum clausula ne liceat ab eo appellare, *d. l. 1. §. vlt. 5.* Executore; nisi modum excedat, *l. 5. ff. quor. app. non recip. 6.* Arbitro compromissario, *l. 32. §. cum quidam. ff. de recep. arb. l. 1. C. eod.*

Quo ordine appellandum?

R. Gradatim, omisso, vt loquuntur, medio, *l. 21. ff. de appell. Rosb. eod. num. 21. Nisi medius iudex sit inhabilis. 2. vel suspectus. 3. vel iustitiam deneget, Mynsi. 1. obs. 67. Gayl. 1. obs. 119. Rosb. eod. n. 15.*

Quomodo appellandum, & quando?

R. Ita vt coram iudice à quo interponatur appellatio. Nisi vel copia eius haberi non possit, vel eius aditum appellans horreat. Vt quibus casibus coram Notario interponi alijsque personis fide dignis in scriptis possit, *Rosb. eod. nu. 21. per allegat.* Et quidē intra decendium, vel à die latæ sententiæ, *Nou. 27. pr. & 25. eod.* vel à tempore scientiæ, *l. 2. C. de appel.*

In quibus caussis licet appellare?

R. Re-

R. Regulariter in quacunque causa, siue maiore siue minore, *l.2. C. de appell. nisi specialiter prohibitum sit; Lanfran. tit. de interlocut. & appell. num.60.* Puta excipe. 1. causam quæ sit intra legitimam appellandi quantitatem; *Nou.23. §. illud etiam vers. nulla & post.* 2. Si res dilationem non recipit. *l.7. pr. ff. de appell. recip.* 3. si ab executione appelletur, *l.4. pr. ff. de appell.* nisi vt dictum executor modum dicatur excedere, vel malè sententiam interpretari; *d. l.4. & l.5. quor. app. non recip.* 4. Item in causa momentaneæ possessionis, *l. vnic. C. si de moment. poss. &c. De quibus, & reliquis modis quibus regula fallit vide Lanfranc. d. tit. de appell. num.60. cum seqq.* Sed & de iure ciuili regulariter non appellatur ab interlocutoria; *l. apertiss. C. de iudic. quod & in Camera seruatur, Gayl. 1. obs. 129. Mynsi. 2. Obs. 46. & 1. obs. 66.* de Canonico à quocunque grauamine, *c. cord. de appell.*

Quid faciendum post interpositam appellationem?

R. Appellans intra. 30. dies petere debet apostolos; *l. iudicib. C. de appell.* ijsque impetratis se iudici intra terminum præfixum offerre, & vt appellatio recipiatur petere, *c. personas & tit. ext. de appell. (Introducendæ verò appellationis tempus, vtpote communi iure non definitum, arbitrio iudicis à quo relinquitur)* Denique appellationem prosequi hodie intra annum, & ex iusta causa intra biennium; *Not. in auth. ei qui & ibi Bald. C. de temp. appell. Clem. sicut. de appell.*

Quis est finis & effectus appellationis?

R. Finis quidem. 1. vt per eam iniquitas & imperitia iudicis corrigatur. 2. Vt quod in priori instantia per aduocatos fortè & iudices prætermissum est, siue in causæ deductione, probatione, siue etiã cognitione & iudicio, suppleatur, *l. eos. §. si quis autem. C. de appell. Effectus* appellationis iudicialis est, quod iurisdictionẽ iudicis à quo respectu causæ illius suspendens, eiusdem cognitionem ad superiorem iudicem deuoluat. *l.6. de his. qui not. inf.* 2. quod pendente appellatione nouari nihil possit, *tit. ff. nihil nou. app. interp. Rosb. eod. num.37. & seqq.*

Dixisti de apostolis, quid sunt, & quotuplices?

R. Apostoli sunt literæ *testimoniales*, datæ à iudice à quo ad iudicem ad quem; quibus an interpositæ appellationi de-

deferat, vel non deferat declarat, *l. vnic. ff. de libell. dimiſſ.*

Quotuplices ſunt?

R. Vel *dimiſſorij*, per quos iudex appellationi deferens, appellantem à ſua iuriſdictione ad iudicem ad quem dimittit, *d. l. vnic.* Vel *refutatorij*, quibus appellationi tanquam friuolæ non defert, *l. fin. §. in refutatorijs. C. de appell.* Vel *reuerentiales*, quibus defert appellationi in honorem iudicis ſuperioris, *d. c. cordi de appell. l. eos. §. ſuper his.* Quibus accedunt *teſtimoniales*, qui à notarijs dãtur; aliiſque honeſtis perſonis quando coram ijs appellatum: Et *conuentionales*, qui dantur quando pars aduerſa admittit appellationem iudice, vel renuente, vel permittente. qui ab ipſo appellato dantur. *Mar. par. 6. de appell. Rosb. eod. cap. 74.*

A quo petuntur apoſtoli, & quomodo dantur?

R. Petuntur & dantur ab eo, à quo, vel coram quo eſt appellatum; ad eum qui de appellatione eſt cogniturus. *d. l. vnic. ff. de libell. dimiſſ.* Dandi petenti, ſiue in iudicio, ſiue extra iudicium appellatum ſit, *d. c. cordi. de appellat. Imo & non petente appellante poſt interpoſitam appellationem dare iudex debet, l. 6. §. vlt. C. de appell Poſteriori tamen caſu, licet quidam non neceſſariam iſtam petitionem ſtatuant, tutior tamen eſt: Suntque inſtanter petendi intra terminum præſcriptum; quod aliàs appellationi renunciaſſe appellans videtur; prout reuera effectus petitionis, eſt quod per eos vel deferatur appellationi, vel eadem refutetur: Effectus ceſſationis in petendo eſt, quod deſerta efficiatur appellatio, Rosb. eod. num. 9. & ſeqq.*

De inhibitione.

Quid eſt inhibitio?

R. Prohibitio iudicis ſuperioris facta inferiori ne in cauſſa procedat vlterius, vel quid attentet. *c. non ſolum. de appellat. in 6. Rosb tit. 75. num. 1.*

A quo, apud quem, contra quem, ad quid petitur?

R. Ab appellante apud iudicem appellationis contra inferiorem, vt deferat appellationi, vel ne aliquid pendente appellatione attentet, *Rosb. eod. num. 2.*

In quibus cauſſis locum habet, quomodo conceditur, & quo effectu?

R. Re-

R. Regulariter locum habet in cauſſa appellationis iudicialis, non extraiudicialis; *Gayl. 1. obſ. 144. num. 8.* ſiue iudex inferior detulerit appellationi, ſiue non, *Gayl. 1. eod. num. 8. Niſi ab interlocutoria ſimplici appellatum ſit, aut ratione nullitatis non notoriæ. Gayl. eod.* vel à tertio pro ſuo intereſſe, *Gayl. eod.* vel per inhibitionem cauſſæ principali præiudicetur, *Gayl. d. obſ. 149. nu. 1.* aut agatur interdicto retinendæ poſſeſſionis. *Gayl. d. obſ. 144. num. 9.*

Quando, & quomodo conceditur, & quo effectu?

R. Ad inſtantiam partis, aduerſa parte citata, *Mar. par. 6. de appel.* cum cauſſæ cognitione, (*præſertim ſi ſit appellatum ab interlocutoria, vel ipſa appellatio ſit extraiudicialis*) puta an appellatio ſit deuoluta nec ne, puta an fruſtratoria an prohibita, *Mar. eod.* Eo effectu, ne iudex à quo vlterius in cauſſa procedere poſſit, ſiue detulerit appellationi, ſiue non. 2. & ſi quid nouatũ, id per appellationis iudicẽ in priſtinũ ſtatũ reſtituatur, *d. c. non ſolum. de appellat. in 6. Rosb. eod. num. 5. & ſeqq.*

De ſupplicatione.

Quid eſt ſupplicatio?

R. Precatio oblata à condemnato iudici à quo aliàs non licet appellare, vt cauſſam recognoſcat & emendet ſententiam, *l. 1. ff. à quib. appell. non lic.*

Quis poteſt ſupplicare, ad quem, quò caſu, quoties, quando?

R. Supplicare is poteſt cui ordinarium appellationis remedium non competit, *Mar. de appell. num. 12. (nempe admittitur modò vbi ceſſat appellationis remedium)* ad eundem iudicem à quo propter ſublimitatem, vel factam prohibitionẽ non licet appellare, *l. 1. ff. à quib. appel. non lic.* vel ſi ſtatuto, aut priuilegio cauſſę ad certam ſummam ſint reſtrictæ à quibus appellare non licet, *Mynſ. 6. obſ. 15.* In caſibus modò in quibus de iure licet appellare, *Dd. in l. 1. C. ne liceat in vna cauſ. ter. prouoc. (niſi fortè beneficio ætatis, fauore matrimonij, vel cauſſa diſpenſationis, Mar. eod. num. 14.)* & quidem tantum aduerſus ſententiam definitiuam, *l. 2. C. vt lit. pen.* Idque tantum ſemel, cum bis liceat appellare, *l. 5. & ibi Bald. C. deprec. imper. offer.* Et quidem vel in continenti, vel poſt in ſcriptis,

Mar.

Mar. de appell. num.25. Infra decem dies, *puta si iudici eidem offertur supplicatio. Auth. quæ supplicatio. C. de precib imper. offer.* Si superiori, puta Principi; intra biennium, *l. vnic. C. de sen. prof. prat. Rosb. eod. num.10. & seqq.*

Quis est effectus supplicationis?

R. 1. Quod si oblata sit intra decem dies, sententia non aliter mandetur executioni, *(quam non suspendit, Mynsi. 1. obs. 48. in fine,)* nisi præstita à victore satisdatione de restitutione cum augmentis, quantum fuerit in condemnatione in casum reformatæ sententiæ, *d. Auth. quæ supplicatio.* 2. Post decem dies sit, procedit executio sine satisdatione, saluo iure retractationis ei qui se grauatum putat. *Nou. 129. cap. 5. Rosb. eod. Pacius Epitomè disput. 29. de Supplicat. thes. 6.*

TIT. XVII.

De officio iudicis.

CVm Imperator postquam de iure Actoris & Rei huc vsque egit, nunc de ijs agat quæ partes & officium iudicis spectant, dic Quid est officium iudicis?

R. Ius quod ad dirimendas lites, tollendaque grauamina quomodolibet secundum æquitatem à iudice exercetur, *Oldend. præf § de officio iudicis.*

Quotuplex solet esse in iure consideratio officij iudicis?

R. Duplex: *Vna* quatenus spectatur in iudicio, vel extra iudicium: *Altera*, quatenus est, vel iure adstrictum, vel eo solutum; quod eius arbitrio & æquitati nonnulli casus sint commissi, *Licet vbique iudex vir bonus esse debeat, id est, boni & innocentis viri officio fungi, vt plurimum officium iudicis accipitur specialiter, cum de re ea agitur, cuius nomine stricto iure actio non datur; æquum tamen est Reum condemnari. l. 49. ff. de act empt. l. 8. ff. de eo quod certo loco. Vult. com. Inst. hic. prin. Quod officium nullam obligationem, multo minus actionem supponat, l. quæro. 54. ff. locati.*

De quo officio iudicis hoc loco agit Imperator?

R. De eo quod versatur in iudicijs. *Vult. eod. num. 4.*

In quibus consistit officium iudicis quod in iudicijs spectatur?

R. In

R. In tribus. 1. in causſæ cognitione. 2. de cauſſa cognitaſententiæ pronunciatione. 3. ſententiæ executione. *Vult. eod. num. 5.*

Quomodo hoc officij genus exponit Imperator?

R. In genere docet officium iudicis eſſe vt iuxta præſcripta leges, conſuetudines & mores iudicet. *Text. princ. hic. Quod tamen ita facere debet, vt non præcisè ſemper verba & voces, ſed mentem & ſententiam legis, l. ſcire leges. 17. ff. de legibus, (maxime in facti ad leges, qua generales ſunt ſpeciali applicatione, ob varietates in facto circumſtantias. Vult. hic. num. 16.) ſequi debeat: Ex magna vero & euidenti cauſſa interdum à legibus & conſuetudinibus recedere poteſt, Mynſ. 2. obſ. 14. Vult. eod.*

Quid præterea in officio iudicis in genere conſiderandum?

R. In genere iudex facto narrato obſeruabit 1. *proceſſum*; puta tanquam iudicij formam ſecundum quàm litigantibus procedendum; vt cognoſcat an ſecundum præſcriptum proceſſum ſit; vt, ſi contra factum, nulliter proceſſum declaret. 2. *Factum*, tanquam materiam, & in eo quidem 1. factum per ſe, ſeu quid narratum ſit, & quid in eo verum, aut falſum. 2. Facti meritum, de quo ſi nihil conſtitutum, vel vſu receptum, ex æquitate, vt diximus, iudicabit: ſin certum ius cõſtitutum & vſu receptum, ſecundum illud iudicabit. 3. Spectabit quomodo in facto, conſiderato merito eius, ſit pronunciandum; puta an ſtrictè ſecundum cõcluſionem libelli, *(quod vltra petita pronunciare non debeat;)* an vero ex clauſula ſalutari, qua petitur adminiſtratio iuſtitiæ ſuper narratis omni meliore modo, pronunciare velit ac poſſit, *Vult. eod. num. 17. & ſeqq.*

Quæ conſiderabit in accommodanda æquitate ad factum?

R. 1. An iſti accommodationi locus ſit, puta an lex ſit obſcura & ambigua; an plana: Si obſcura ſit, legiſlatorem ipſum adibit, vt legem interpretetur; ſin plana, ipſe pro ſua æquitate conſilium legis ſequetur; non (vt dictum) verbis præcisè inherendo, ſed quantum legis ratio permittit, eam relaxando, & benignè interpretando: aut quod legi deeſt, quæ ad eandem vtilitatem tendunt, vel interpretatione tali, vel ſaltem iuriſdictione ſupplendo. *l. 13. ff. de legib. l. 18. ff. eod. Vult. eod.*

Quid

Quid in specie circa officium iudicis hic tractat Imperator?

R. Quomodo iudex secundum leges, consuetudines, adeoque normam iudicare debeat per species & exempla explicat; non omnino, sed quædam duntaxat; puta actionum noxalium, realium, petitionis hereditatis, ad exhibendum, familiæ herciscundæ, & communi diuidundo, finium regundorum. *Text. hic.*

Quomodo docet iudicandum in actione noxali?

R. Si quidem condemnandum sit, condemnabit eum cuius seruus damnum dedit: Vel in damni æstimationem; & quidem id prius iubendo: Vel in noxæ, id est, corporis quod nocuit deditionem: *Vtpote quæ euitandæ æstimationis damni caussa lege est introducta.* §. 1. *hic.* l. 6. §. 1. *ff. de re iud. Perez. hic.*

Quomodo condemnabit in actione reali?

R. Si in ea petitor nihil probauerit, absoluit possessorem licet nihil præstiterit. Reo probante rem suam esse, iubebit eam restitui vnà cum fructibus in sententia exprimendis, & omni caussa, §. 2. *hic. Quod restitutio non videtur facta, nisi restitutis fructibus & omni caussa,* l. 37. l. 20. §. 1 *ff. de R. V. l.* 75. & 81. *ff. de V. S.*

An eodem semper modo iudicabit in omni casu?

R. Si reus possit rem statim restituere, simpliciter vt restituatur iubebit. Si se restituere in præsenti posse sine frustratione negat, petenti inducias concedet: ita tamen vt de litis æstimatione, (*hoc est rei controuersæ pretio*) per fideiussorem caueat. *l.* 21. *ff. de iudic.* §. 2. *hic. Vvolfius. hic.* Si frustratoriè inducias petit, statim manu militari auferenda est, *Perez. hic. Treut. disp. de rei. vind. thes.* 10.

Quid si actione personali actum fuerit?

R. Condemnato conceditur à lege humanitatis gratia quadrimestre spatium ad soluendum: *l.* 2. & 3. *C. de vsur. rei iud.* non tamen facultatem statim soluēdi habenti, vel si res penes ipsum exstet inducias istas petenti, *l.* 2. & 3. *ff. de rei iud.* Sed & arctare & prorogare id tempus ob caussam iudex potest. *Perez. eod.*

Quomodo procedit iudex in petitione hereditatis?

R. Eodem modo quo in singularum rerum petitione. Puta in vtraq; actione possessorem malæ fidei in omnes fructus

ctus perceptos & percipiendos: h.e. quos percipere potuit; bonę fidei poſſeſſorem in fructus perceptos poſt litem motam, vel qui culpa poſſeſſoris percepti non ſunt condemnabit; reſtituendos in rei vindicatione officio iudicis, in petitione hereditatis (quia fructus non rem ſingularem augēt, ſed hereditatem) iure actionis. *d.§.2. hic. verſ. & ſi hereditas. l.20.§.3.ff.de pet.her.l.33.& 35.ff.de R.V. Perez.eod.*

Quæ obſeruabit iudex in actione ad exhibendum?

R. Quia ea eſt rei vindicationis præparatoria, condemnabit Reum etiam vt rem exhibeat cum omni cauſſa quā habuiſſet Actor ſi, cum primum ad exhibendum agi cœpit, exhibita fuiſſet: hoc eſt litis conteſtatæ tempore, etiam fructuum medij temporis inter litem conteſtatam & rem iudicatam habita ratione, *l.9.§.5.6. vſque ad finem ff.ad exhib.§. 3.hic, Bred.ex Vvolfio.*

Quæ ſunt obſeruanda iudici in iudicio familiæ erciſcundæ?

R. 1. Singulas res ſingulis heredibus adiudicare debet *(puta vni Stichum, alteri Pamphilum: vni ædes, alteri agrum)* puta. I. quæ quidem nullam, vel non commodam diuiſionem recipiunt, *l.2.§.fin.l.ſeq.ff.eod.* 2. vel etiam quæ ipſo iure ſunt diuiſa, aut actiones hereditariæ, *§.ſi familia hic.* II. Diuidet alia quæ commodè diuidi poſſunt. 3. Si plus cui adiudicatum quam ad eum pro hereditaria portione pertineat, vel quis fructus rei hereditariæ perceperit, vel in ijs damnum dederit, eum in pecuniam cohæredibus condemnando, ad æqualitatem rediget portiones hereditarias. Idque ſiue duo modò, ſiue plures ſint cohæredes, *l.2.§.pen. l.44. §.2.& paſſim. ff.fam.erciſc.* III. Quædam tamen relinquere debet puta libros improbatæ lectionis, magicos, & ſimiles, *leg.4. §.1.ff.eod.* ſcelere à defuncto quæſita, *d.l.4. §.1.eod.* 4. Tabulas teſtamenti & cautiones hereditarias apud eum relinquet qui maiore ex parte heres ſcriptus eſt; modò is caueat de authenticis quando opus ſit exhibendis: vel omnibus in æquas portiones inſtitutis in quem ſors cadat, vel apud communem amicum ex cōſenſu electum, vel in æde ſacra deponi iubebit: ita tamen vt cæteris ad quos ea res pertinet detur exemplum recognitum, *d.l.4. §.vlt.& l ſeqq. ff.eod. Pac. Epit. diſp. 19. de act. theſ. 14. 15. 5.* Sed & iubebit, ad facilio-

rem diuisionem, in casibus necessarijs bonorum ex familia ab heredibus perceptorum collationem.

De collationibus.

Quid est bonorum collatio?

R. Est rei propriæ in commune illatio, vt hereditati cōmuni permixta, inter omnes cohæredes æqualiter diuidatur, *gl. & Dd ff. de coll. bon. Vvef. eod. num.* 1. Iure prætorio introducta, *Vvef. par. hic.* & deinde partim interpretatione, *l.* 10. *ff. hic.* partim Imperatorum constitutionibus ampliata, *l.* 17. *l.* 10, *l.* 20. *& fin. C. hic. Nou.* 18. *c.* 6. *Treut. disp. hic. thes.* 1. *lit.* g.

Inter quos locus est collationi?

R. Inter solos descendentes & quidem proximos, *Vvef. par. hic. num.* 4.

Quid iuris circa eam?

R. Variatum apud Romanos sic. 1. vt olim emancipati tantum suis conferrent, iure nouo sui sibi inuicem, etiam emancipati, & quidem non modò filij, sed & nepotes mixtim concurrentes, *Treut. eod. thes.* 3. 2. Olim tantum locus erat collationi in successione legitima, eaque prætoria; hodie etiam est in testamentaria, *Nou.* 18. *c.* 2. nisi remittatur, *l.* 1. *C. hic. Auth. ex testamento. C. hic.* 3. Olim emancipati suis conferebant tam aduentitia, quam profectitia, *l.* 6. *C. hic.* sui suis nihil nisi dotem, *l.* 4. *eod.* Iure nouo præter dotem & donationem propter nuptias conferuntur tantum profectitia ea quæ defuncti in bonis mortis tempore fuere, *l.* 2. §. 1. *hic.* & ob causam, puta nubendi, ducendi vel similem data, *Treut. thes.* 5. *lit.* f. *hic.* Non donatio simplex, puta facta filio aut filiæ à parente de cuius successione agitur, *(Quatenus vel sui, vel emancipati non conferant, variant, Dd. Treut. eod. lit.* g.) non regulariter impensæ studiorum, *Treut. eod. lit.* h. nec sumtus in elocationę filiæ facti. *eod. lit.* 1. *licet varient. Dd.* non bona aduentitia, *l.* 17. §. *hic.* castrensia vel quasi, *l. fin. C. hic. Treut. eod. thes.* 5.

Quomodo fit collatio?

R. Vel re, puta per conferendorum bonorum diuisionem,

nem, minus accipiendo, delegando debitorem, actualem numerationem, &c. *l. pen ff. de coll. dot.* vel cautione, datis fideiussoribus, vel pignoribus de conferendo. *l.* 1. §. 10. *& seq. hic.* Idque pro portionibus hereditarijs, & ita quidem vt res in specie, non sola æstimatio offeratur, *l.* 11. *C. hic. Treut. eod. thes.* 7. *& ibi c.*

Quæ obseruanda iudici in iudicio communi diuidundo?

R. Eodem modo procedet iudex quo in superiori iudicio. 1. Si de pluribus rebus actum sit, numero potius, quam in partes eas diuidet. 2. Si de vna quę commodè diuidi possit, partes debitas singulis adiudicabit. 3. Si nullo modo, vel non commodè diuidi possint, vni quidem adiudicabit totã, sed condemnabit eundem in pecuniam, alteri pro rata dandam. Quæ etiam condemnatio in pecuniam fiet ex ijsdem caussis, ex quibus eam in iudicio familiæ erciscundæ fieri diximus, § *eodem. hic.*

Quæ obseruanda in iudicio finium regundorum?

R. 1. An adiudicatio sit necessaria dispicere iudex debet; *quæ vno quidem casu necessaria est, puta si euidentioribus finibus agros distingui expediat.* 2. Quo si ex vnius agro partem alterius agri domino adiudicet; hunc in certam pecuniam alteri pro valore ademptæ partis præstandam condemnabit. 3. Si quis malitiosè lapides finales mouerit, vel arbores exciderit, vel ad iussum iudicis metiri agros passus non fuerit, eum in litis æstimationem condemnabit, §. 6. *hic. l.* 3. *C. d. l.* 1. *& 2. de term. mot. Sed & hoc casu agitur de termino moto. Perez. eodem.*

Quis est effectus adiudicationis?

R. Quod his iudicijs adiudicatum fuerit eius vel dominium nobis confestim acquiritur, vel vsucapiendi conditio, §. *vlt. hic. l.* 7. *ff. de vsurp. & vsucap.*

De fructibus, accessionibus & vsuris pressiùs.

Dixisti in iudicijs fructus rerum, omnemque caussam vnà cum rebus adiudicari, explica hac occasione quid hic intelligis per omnem caussam?

R. Omnes accessiones; quæ sunt, vel hominis, vt serui

& ancillæ; peculium, huius etiam partus, vel aliarum rerum fructus & impensæ, *Vult. 2. Iurisp. cap. 64.*

Qui dicuntur fructus, & quotuplices sunt?

R. Fructus dicuntur vtilitates, quę ex re ipsa, vel eius occasione percipiuntur & percipi possunt: *Vmmius. d. § l. de fructibus. thes. 1.* Diuiduntur autem in naturales, industriales, ciuiles, & alijs modis in titulo de rerum diuisione à nobis explicatis: sub quo titulo de ciuilibus speciatim actum non sit, hic vbi restitutio fructuum speciatim consideranda, per occasionem de ijs agemus.

Quomodo adiudicabitur & fiet fructuum restitutio?

R. Si quidem de fructibus nihil nominatim conuenit, fit adiudicatio & restitutio in actionibus personalibus, siue bonæ fidei, *Vulgo. Dd* siue arbitrarijs à tempore moræ, *Donel. de Fruct. c. 3. pag. 40. & 42.* in strictis demum à lite contestata, etiam de iure Canonico, *Donel. eod nu. 43.* nec perceptorum modo, sed & percipiendorum, *l. 62. §. vlt. De R. V. Vmmius. eod. thes. 2.* In realibus, possessores *(qui hic sunt attendendi)* quatenus restituant, supra explicatum, *eod. titulo de rerum diuisione pag. 75. vbi Lector videat.*

Qui dicuntur fructus ciuiles?

R. Qui non ex ipso rei corpore proueniunt, sed eius tantum occasione percipiuntur; cuiusmodi sunt vsuræ, interesse, pensiones, mercedes, &c. *sec. dicta eod. tit.*

Quæ dicuntur vsuræ & quotuplices sunt?

R. Sunt quãtitatis accessio, soluendæ propter eius vsum. *Vmmius. eod. de vsuris. thes. 5.* Diuiduntur autem in vsuram in specie sic dictam, & fænus. *Borch. de vsur. cap. 2. apud Vmmium. eodem.*

Quando accedunt vsuræ quantitati?

R. Si aut mora à debitore est commissa, *vt in contractibus bonæ fidei, l. 17. § 4. l 32. §. 11. ff. de vsuris*, aut ipsæ per pactum aut stipulationem fuerint promissæ. *Trent. disp. de vsuris.*

In quibus iudicijs debentur vsuræ ex pacto, vel stipulatione?

R. Ex pacto debentur vsuræ, non nudo *Paul. 2. sent. 14. & ibi Cuiac.* sed adiecto contractui. *Vmm. eod. nu. 34.* Et quidem in bonæ fidei iudicijs tum directis, tum contrarijs, modò in con-

in continenti adijciantur, *l.5. C. de pact.* Ex ſtipulatione tantum in ſtrictis, *l.31. l.41. in fin. hic.* niſi res in ſtipulationem deducta menſura conſtet: *l.12. C. hic. In quibus, licet in continenti adiectum non ſufficit, leg.13. C. hic. Cum ex ſtipulatione, tam in bonæfidei iudicijs vſuræ debeantur quam ſtrictis, ſed intra quantitatem legibus præſcriptam, d. leg.31. & 41. hic. Treut. eodem. theſ.3.*

Quæ eſt vſurarum quantitas, ſeu modus?

R. Legitima ſanctione veteris iuris erat centeſima, (puta vt annuatim pro 100. duodecim ſoluerentur; *centeſima dicta, quod iſta vſura ſit centeſima ſortis pars, ſingulis menſibus, in quos veteres vſuras ſtipulabantur, ſoluenda:)* Poſt, & quidem certis caſibus modò permiſſa, vt in pecunia traiectitia: *l.26. §.1. C. hic. Nou.110.* cum illuſtribus trientes, vilioribus ſemiſſes, mercatoribus beſſes vſuræ determinatæ ſint: *l.26. C. hic.* Vt vltra eas in fraudem vſurarum nec pœnam adijcere liceat, *l.44. hic. Nunc verò recentioribus Imperij reſcriptis quincunces vſuræ communius probantur. Treut. diſp. de vſur. theſ.4. Sed & pro variarum nationum conſtitutionibus variè probantur, vel moribus tolerantur.*

Quomodo diſtinguis vſuras inter vſuras in ſpecie & fœnus?

R. Fœnus ſpeciatim eſt acceſſio ad ſortem creditam, ſtatim à tempore contractus currere incipiens, etſi creditoris nihil interſit: Ideoque merum lucrum, & quidem ex conuentione tantum eſt, *Vult.1. Iuriſp. c.44. num.87. Treut. eod. th. 2. per l. ibid. alleg. Vſura eſt* acceſſio ad quantitatem ex quacũque alia cauſa; quæ nõ tam propter lucrum accipientis, quã moram nõ ſoluentis, *(vt dictum)* debetur, *Treut. eod. & ibi lit. f.*

Quid eſt mora & quotuplex?

R. Mora eſt dilatio ex culpa creditoris, vel debitoris, ſoluendi vel non recipiendi debiti; Eſt puta duplex; Vel debitoris, cum debitum non præſtat; Vel creditoris cum oblatum non accipit. *Treut. eod. theſ.6. Vult. eod. nu.45. & ſeqq.*

Quomodo creditor committit moram?

R. Quando ſolutionem debiti iuſto loco, tempore, modo, & legitimè oblatã à debitore recipere recuſat, *Treut. eod.*

Quomodo debitor?

R. Cum ſiue expreſsè, *puta in puris obligationibus*, ſiue

ab ipso creditore, siue ab alio eius nomine, *l.* 1. *vt semel*; *l.*31. *ibi interpellatus. ff. de V.O.* siue tacitè interpellatus, *vt in obligationibus in diem, in quibus dies pro homine interpellat*, vel omnino non soluit, vel non iusto tempore, *Treut. eod. thes.*7. *Puta nisi iusta sit recusandi caussa, l.*23. *l.*24. *hic. Treut. eod.*

Quis est effectus mora in vtroque?

℟. *In debitore*, 1. quod transfert in eum rei casum, vt ea pereunte perinde teneatur ac si adhuc extaret, *l.* 23. 24. 82. 127. *De V. O.* 2. perpetuat obligationem, *l.*91. §. 3. *& ibi Cui. ff. de V. O.* 3. inducit præstationem fructuum & vsurarum, *l.*38. *hic.* In creditore, quod in eum transfertur periculum rei oblatum opportuno loco & tempore debitum recipere recusantem *arg. l.*122. *De V. O. Treut. eod. thes.*8. Sed vtrumque, nisi mora purgetur.

Quomodo purgatur mora?

℟. A creditore iterata debiti petitione, *l.* 7. *ff. hic. l.*17. *ff. de per. & com. rei vend.* A debitore, si quidem re adhuc integra, vel creditori moram remittat, *l.*32. *hic.* vel ipse opportuno loco & tempore, debitum offerat, obsignet, deponat. In obligationibus puris, vel penalibus stipulationibus sine die vsque ad litis contestationem, *l.*122. §. 2. *De V. O.* in obligationibus in diem, citra pœnam ante acceptum iudicium, *l.* 8. *vbi Cost. si quis caut.* Diem cum pœna, si contineant, non admissa purgatione, *l.*23. *de O. & A. Treut. eod. thes.*9.

Quotuplex est fœnus?

℟. Duplex, vel *terrestre*, id est, vsura quæ debetur ex pecunia data debitori citra periculũ nauigationis, aut alioqui omnino sine periculo creditoris: Vel *nauticum*, quod debetur vel ex pecunia traiectitia, quæ trans mare periculo creditoris vehitur, (*vnde & ita dictum*) *quod propriè fœnus tale est, l.* 4. *de fœnore naut. Vel, & impropriè quidem*, quando citra nauigationem pecunia datur periculo creditoris, *Treut. eod. thes.* 2.

Quales vsuræ & quatenus in hoc fœnore debentur?

℟. Ratione periculorum maris. 1. debentur etiam ex nudo pacto; cum & in se σὺν ἀλλαγμα, habeant. 2. Et quidem centesimæ, tanquam periculi pretium, *l. pericul. ff. h. t.* quod contra naturam mutui creditor suscipit, *§. item is cui hic. Quib. mod. re contr. obl. Vvess. par. hic.*

Dixisti

Dixisti de vsuris; sed an vsura sunt licita?

R. Multa circa permissionem vsurarum est disputatio: alijs omino, alijs nec naturali, nec diuino, nec ciuili iure absolutè prohibitas asserentibus. Non naturali iure; quia nō repugnat naturali iuri si vsuras accipiam pecuniæ qua careo, ab illo qui ex ea lucrum facit: Non diuino; si faciendo id, damno proximum non afficiam. Non ciuili; quia ista permissio ad Reip. & in ea commerciorum conseruationem est vtilissima: *(quæstionem modò attingimus)* Damnantur tamen vsuræ indistinctè Iure Canonico: licet quoad modum legibus præscriptum id neget Molinæus, *Tract. de Vsur.*

Quatenus ergo, permittuntur vsuræ Iurè Canonico?

R. Respectu interesse, vt loquuntur; id est, quatenus sunt interusurij ex ære alieno, quod quis aliquo tempore vt suum vsurpauit, æquabilis & congrua compensatio; puta ob defectum lucri, quod ipse dominus ex propria pecunia percipere potuisset. *Ob rationem ne quis indebitè cum alterius iactura locupletetur, Gayl. 2. obs. 5. ex Panorm. vbi vide cap. 22. Fer. in vtramque partem Tit. 43. gl. 3.*

De impensis.

Quæ vocantur impensæ, & quotuplices sunt?

R. Impensæ in genere sunt sumtus erogati vel in ipsam rem quæ iudicio petitur, vel in litem qua petitur. *Vmmius disp. de impensis. thes. 1.*

Quotuplices sunt quæ in rem ipsam fiunt?

R. Vel *necessariæ*, quibus non factis res vel peritura esset, vel futura deterior, *l. 19. De V. S.* Vel *vtiles*, quæ rem faciunt meliorem, *d. l. 79.* Vel *voluptariæ*, quæ speciem tantum exornant, & fructū non augent, *d. l. 79. Vt patet iam ex antedictis.*

Quid iuris circa earum restitutionem?

R. Et hoc iam patet, puta. 1. bonæfid. possessorem omnes impensas necessarias, *l. 48. ff. de R. V.* regulariter & quidem officio iudicis, *Vmmius. eod. num. 9. sed quanti fuerint impensæ facta tempore, non quanta tempore restitutionis, l. 38. ff. de pet. her.* consequi, nec minus malæfidei possessorem, *d. l. 38. Vmmius. thes. 2. eod.* Vtiles itidem iudicis officio bonæfidei

poſſeſſor conſequitur, *Vmmius eod. theſ.* 3. Malæfidei poſſeſſor eas tollendi demum habet facultatem, *Vmmius, eod num.* 12. 13. Voluptuarias vterque tantum tollendi & abradendi facultatem habet, *Vmmius. eod. vbi diſtinctè.*

Quid iuris circa impenſas in litem factas?

Bz. Cum & iſtæ ſint duplices, vel *delicatæ*, à litigantibus ſua ſponte, non exigente cauſſa factæ, aliæ *neceſſariæ*, iuxta iudiciorum ſolitum morem factæ, *Aſin.* §. 32. *num.* 3. Hæ tantum veniunt in reſtitutionem, *Gayl.* 1. *obſ.* 151. *num.* 1. Eæque vel ob ipſum proceſſum, ob examen teſtium, ſportularum ſolutionem, cibaria, aliaque in itinere neceſſariò factæ quæ moderatione iudicis reſunduntur, de quibus, *Gayl. d. obſ.* 151. *& latè, Vmmius. eod theſ.* 5.

Ob quas cauſſas refunduntur impenſæ in litem?

Bz. 1. In *citatione temeraria*, I. Si Actor in termino non paratus eſt expedire id, ob quod Reum cõparentem citauit, *Sich. in l.* 2. *C. de dilat. Vt quo caſu Reus non niſi refuſis expenſis cogitur reſpondere.* 2. Cum pluribus exiſtentibus Ti ijs in ius is eſt vocatus quem cauſſa non tangit, *Accurſ. in l.* 79. *princ. de iudic.* 3. De induſtria iudex incompetens aditus. *Aſin. praxi* §. 32. *c.* 2. II. Ob contumaciam, de qua ſupra, *Vmmius hic. nu.* 23. III. Remoratum proceſſum, *l.* 4. *C. de fruct. & lit. expenſ.* ſiue libelli id fiat mutatione, emendatione, tranſitu de petitorio ad poſſeſſorium, *Aſin. eod. ampl.* 17. Item ſi quis in interlocutoria ſuccumbit, modò ea fuerit lata ſuper articulo facti, *Lanfr. c. vlt. num.* 16. non iuris, *Quia talis articulus ſine ſumtu à iudice expediri nequit, Lanfr. eod.* 2. Aut ſi ſuccumbens ſine iuſta cauſſa ſuper illo articulo litigauit; *Lanfr. eod. num.* 17. *Gayl. obſ.* 151. IV. Ob victoriam, ob quam quacunq; de cauſſa fuerit actũ, in qualibet inſtantia victus, modò temere iudicium ſuſceptum appareat in omnes expẽſas in litem factas condemnandus §. 1. *ff. de pœn. tem. litig. Vmmius. eod. theſ.* 7. Iuſtam verò ſi cauſſam litigandi habuit, ab earum reſtitutione liberandus, *l.* 9. *ff. de iudic. Nou.* 28. *c.* 10. Quæ etſi arbitrio iudicis committendæ, *Aſin. eod.* §. 32. *c.* 2. variè à Dd. recenſentur, *& pleraque ab Vmmio. eod. num.* 3. *ex Menocho arb. iud. quæſt. caſu.* 117. *Aſin. d. cap.* 2. *Lanfranco. d. c. vlt. num.* 3. *& ſeqq.*

De

De in integrum restitutione.

An non præter superiora duo remedia ordinaria, sententiæ impugnandæ, aliud non est remedium extraordinarium?

R. Omnino & quidem prætoriũ, restitutio in integrum; Quæ est redintegrandę rei, vel causſæ actio, qua cõtra æquitatem læsus, à Prætore, vel alio Magistratu id imperium habente, *Treut. disp. cod. thes.* 1. in pristinum statum reponitur.

Quis potest restituere?

R. Omnes qui propriam vel mandatam habent iurisdictionem; & ex constitutione Iustiniani, etiam ij qui notionem habent absque iurisdictione. *l. vlt. C. vb. ap. quem cogn. in integ. rest. & ibi Cuiac. in paratit. Sed ita vt nec magistratus minor, nec par imperium habens; sed vel ipse qui iudicauit, vel superior magistratus aduersus latam sententiam restituat. l.* 16. §. 7, 18. *ff. de minor. Pac. epit. disp.* 29. *thes.* 9.

Qui restituuntur in integrum?

R. 1. Metum passi. 2. dolo decepti. 3. Minores, 25. annis. 4. Absentes Reip. causſa, & cæteri qui quarta parte Edicti continentur. *Vide in ff. tit. singularibus.* 5. Respublica, *l. pen C. eod.* 6. Ecclesia, *c.* 3. *ext. h. t.* & quæcunque loca pia. *Mar. par.* 6. *tit. de appell. num.* 89. 7. Victi per falsos testes, vel instrumenta falsa, *t. t. C. si ex falſ. instrum.* 8. Quicunque generali edicti clausula continentur. *l.* 1. *infra. ff. Ex quib. cauſſis maior. Pac. eod.*

Quomodo & intra qua tempora restitutio petenda?

R. Petenda à parte læsa, siue per se, siue per procuratorem mandatũ ad hoc habentem, implorato officio iudicis, partibus præsentibus, causſa ob quam petitur plenè probanda: non tamen ob minorem causſam in præiudicium maioris, & quidem intra quadriẽnium iure nouo (cum olim petenda esſet intra annum vtilem:) licet hoc quadriennium in Camera non obseruari testetur *Mynſ. obſ.* 51. & aliàs quoque aduersario non reclamante, aut legitima causſa existente vltra illud tempus peti posſe statuendum; nec minor ætas intra illud tempus includitur. *Treut. eodem thes.* 2. & 3.

Quis

Quis eſt effectus reſtitutionis in integrum impetratæ?

℟. Quod non læſis tantum ipſis, ſed & eorum ſucceſſoribus (quod magis reale cenſeatur,) *l.6. C. hic. licet alij varie diſſentiant*, ita ſuccurratur, vt per eam impediatur executio ſententiæ latæ; imò, vel ea petita tantum, nihil ſit innouandum, donec res finiatur, *l.vn. C. in int. reſt. poſt.* Niſi fortè conſtet eam animo morandi tantum petitiam eſſe, *Mynſ. 1. obſ.48. & 6. obſ.60.*

De executione.

Quis eſt proceſſus ſeu ordinis iudiciarij finis?

℟. Executio; ſeu rei iudicatæ perfectio & perſecutio, parte citata, in bona vel corpus rei facta: *l. vlt. & pen. C. de execut. rei iud. Mar. part.6. h. t. num.1.*

Cuius ſunt partes iudicatum exequi?

℟. Ordinarij iudicis, penes quem eſt iuriſdictio & imperium, *l.2. & 3. ff. de iuriſd. l ſi vt proponas C. de execut. rei iudic.* ſiue ipſe iudicauerit, ſiue delegatus, ſiue arbiter, *Mar. eod. num.4. & 5. Quia imperij magis eſt quam iuriſdictionis, d. l.1. & 3.*

Quod eſt officium iudicis in executione?

℟. Verſatur in eo vt rem iudicatam ad effectum deducat; &, prout iudicata cauſſa poſtulat, bona, res, nomina, debita, pignora debitoris capiat, & diſtrahat, in territorio quidem ipſius ſita vel exiſtentia; ſecus, per literas, vt vocãt, requiſitoriales à iudice, in cuius territorio ea ſita ſunt vel exiſtunt, ſubſidiariam operam ad executionem petat. *Rosb. tit.79. num.5.6.7. Mynſ.3. obſ.68. & alibi porro allegat.*

Per quæ, in quibus bonis, quo ordine, & intra quod tempus fit executio?

℟. Fit executio per apparitores, authoritate iudicis iuriſdictionem habentis, in bonis condemnati proprijs, ſeu ijs in quæ ius habet: in realibus ſtatim; in perſonalibus poſt 4. menſes à die latæ ſententiæ (*licet in praxi aliud obtineat*) Eo ordine, vt primò res mobiles & mouentes; iiſque deficientibus planè, vel non ſufficientibus, immobiles capiantur & diſtrahantur; in ſubſidium ad iura deueniatur. *Rosb. eod. num. 11. & ſeqq. Marant. eod.*

TIT.

TIT. XVIII.

De iudicijs publicis.

Hactenus de iudicijs priuatis & ciuilibus dictum; quomodo & quatenus agit Imperator de iudicijs publicis.

℟. Cum *lib.1 ſit.1* dixerit de priuatis ſe tantum acturum, parcè iam agit de iudicijs publicis; & vno quidem, vt obſeruare eſt, titulo. Nos quidem; eius veſtigijs inſiſtentes, vnà modò & breuiter quidem, tractabimus 1. iudiciorum publicorum generalia. 2. eorundem ſpecies.

Iudiciorum Publicorum Generalia.

Qua circa generalia publicorum iudiciorum conſideranda?

℟. 1. In quibus conueniant & differant à priuatis. 2. Quotuplicia ſunt. 3. Quis in ijs procedendi modus.

Explica ſingula?

℟. 1. *Conueniunt*, quod in vtriſque efferatur libellus. 2. fiat litis cõteſtatio. 3. recipiantur probationes. 4. feratur ſententia, eaque mandetur executioni. *Differunt*, in inſtituendo & exercendo iudicio; cuius ratio, quoad iudicium ciuile ſupra explicata, quoad criminale nunc cõſiderabimus. *Perez. hic.* Sunt autem *duplicia*, Vel *capitalia*, quorum pœna mors, ſiue naturalis; ſiue ciuilis; Vel non *capitalia*, ex quibus pœna pecuniaria, ſed vel relegatio, vel corporis aliqua coercitio, §.1. *hic*. Procedendi modus in vtriuſque per viam inquiſitionis, vel accuſationis; illæ à magiſtratu eſt. Hæc coram magiſtratu cui id à lege, vel Principe eſt ſpecialiter datum inſtituitur, *Treut. eod. theſ.1.*

Quis magiſtratus vindicat crimina?

℟. Qui cum poteſtate eſt. Olim à populo electus, *l.2. §. 23 ff. de orig. iur.* poſt ex Principis conſtitutionibus Præfectus vrbis, *l.1. ff. de off. præf. vrbis*, in prouincijs proconſules ac præſides *l.13. ff. de off. præſ. l.1. ff. de off. eius cui mand. iurisd.* Licet his etiam ex lege & SC. eiuſmodi coercitio in nonnullis demandata, *d.l. 1.* Nunc verò pertinent iſta nedum

ad

ad ſuperiores magiſtratus, ſed & ad municipales; vt omnimodæ iuriſdictioni ius gladij inſit, & iure magiſtratus competat, *Dd. in d. l. 1. de offic. eius. cui. &c.*

Quomodo procedit magiſtratus per inquiſitionem?

R. Vel *generaliter*, cum de delicto quidem, (*quod ante omnia fieri debet, & quidem aliunde quam ex delinquentis confeſſione, Clar. §. fin. quæſt. 4.*) non tamen de delinquente conſtat, *quo caſu in eum teſtes rogantur, Clar. eod. quæſt. 5.* Vel ſpecialiter, cum de vtraque conſtat, ſiue ex fama publica, perſonis fide dignis, facti cum omnibus circumſtantijs, relatione, denuntiatione, ſiue à parte offenſa, motu proprio vel extraneo, ſiue etiam officij neceſſitate, ſiue tandem etiam Reo in flagranti crimine deprehenſo, aut aliunde ex delicti notoreitate, *Treut. eod. theſ. 2.*

Quis, & quomodo procedit per accuſationem?

R. Ita procedit populus, oblato inſcriptionis libello quo crimen cum omnibus circumſtantijs perſonæ, loci, temporis continetur, ab ipſo accuſatore, vel ſi literas non nouit, ab alio ſubſcripto, *l. 2. §. pen. ff. de accuſ. l. pen. & vlt. C. eod. Inſcriptionis neceſſitatem hodiè ceſſare vulgò, Dd. volunt, Treut. eod.*

Qui poſſunt accuſare?

R. Omnes qui non prohibentur; ſed & quatenus non prohibentur. Nempe. 1. Generaliter prohibentur accuſare. 1. mulier. 2. pupillus. 3. miles qui ſtipendia meret. 4. magiſtratus. 5. infamis. 6. Qui duo iudicia aduerſus duos ſubſcripta habet. 7. Qui pecuniam accepit ad accuſandum, vel non accuſandum. *l. 8. ff. h. t.* 8. Qui falſum teſtimonium ſubornatus dixit, *l. 9 ff. eod. 9.* Pauper minus quam quinquaginta aureos in bonis habens, *l. 10. ff. eod.* 10. Reus criminis, *l. 19. C. de his qui acc. non poſſ.* 11. Seruus, *Vveſ. par. h. t. num. 6. Admittuntur tamen ferè omnes in crimine læſæ maieſtatis, l. 7. l. ſeq. ff. ad leg. Iul. Mai. 2. fraudatæ annonæ, l. 13 ff. h. t. 3. cum quis ſuam ſuorumve iniuriam perſequitur, l. 12. 49. ff. eod. l. 5. &c. C. de ijs qui acc. non poſſ.* 11. Speciatim accuſare prohibentur liberi parentes. 4. liberti patronos. 5. Laici clericos; niſi ſuam ſuorumque iniuriam proſequatur *ſec. ius pontificium, c. 14. ext. de teſt. Pacius. Enchir. diſp. 32. h. t. theſ. 17. & ſeq.* conſanguineus conſanguineum in capitali, aut alioqui magno crimine,

ne, *l.13.C.eod.In leui non prohibetur, l.18 C.qui accuſ.non poſſ. Patius Epitome.eod.*

Qui poſſunt accuſari?

R. Rei vtriuſque ſexus, cuiuſcunque ætatis, *modo doli ſint capaces, vt puberes & pubertati proximi, l.3. De V. S.* & conditionis, etiam ſerui, *l.1.l.12.* §. *pen.l.17. ff.h.t.* Non legati & magiſtratus, *l.12.pr.ff.h.t.* 2. Nec abſentes, ſiquidem agatur de crimine capitali, *l.6.C.eod.Cui iuri ſtatutis municipalibus, & generali conſuetudine abrogatum. Clar.d.* §. *fin. quæſt.44. num.3.* Mortui, niſi læſæ maieſtatis crimen intentetur, §. *publica.a.iudicia. hic. l.vlt. C.ad l.Iul.Mai. & Patius eod.*

Quomodo fiunt accuſationes & inquiſitiones?

R. Diuerſa hic ratio eſt ex abſentia, vel præſentia Rei. Abſens Reus (publice affixis, vel ad magiſtratum domicilij emiſſis literis) intra annum, à die citationis computandum, comparere iubetur; annotatis interim bonis ipſius; Et contra contumacem proceditur vt bona in fiſcum cogantur. Præſens captus cuſtodiæ traditur, vel fideiuſſoribus cõmittitur, indagandæ veritatis cauſſa, *Treut. eod. theſ.4.*

Quomodo indagatur veritas?

R. Ex ſufficienti probatione, non præſumptionibus, (*ex quibus ſolis in criminalibus, nemo damnatur*) *l vlt.C.de prob.Mynſ. 6.obſ.67.num.9. Vigel conſt. Carol.c.3.q.6.reg.8.* Vel propria rei confeſſione: *Vigel eod. Sufficiẽter tamen etiam cenſetur probatum Reo in flagranti crimine deprehenſo, Mynſ.6.obſ.3.num.10. Clar.* §. *fin.quæſt.8. verſ ſcias tamen, Vigel. d.Reg.8.*

Quomodo aliàs indagatur veritas?

R. Per examen ab ipſo iudice & duobus aſſeſſoribus idoneis & Notario factum, idque teſtium in iure nõ reprobatorum. *de quo ſupra tum de teſtibus agemus, Treut.eod.theſ.5.*

Quomodo per propriam confeſſionem?

R. Per eam indagatur alia probatione deficiente. Ob indicia tamen grauiora, etiam in delicto enormi per tormenta, *l.1.*§.*1.l.18.*§ *ff. de quæſt.* ſiquidem id patiatur Reorum cõditio. Quia non poſſunt omnes torqueri, *Clarus.eod.quæſt.64. Damhoud.c.41. Treut eod lit.h. remiſſivè.*

Qualia indicia ſufficiunt ad torturam?

R. Tractant id *Clarus eod. quæſt.21. Vigelius. d. c.4. quæſt.1.*

Dam-

Damhoud.c.36.Gomez lib.3.c.13.num.7. In genere autem omnino ſtatuendum, non leuibus indicijs,& argumẽtis Reum debere eſſe oneratum, ſed penè conuictum, *l.9.princ.ff.eod. Nec enim à tormentis incipiendum, Pac.eod.diſp.33. theſ.23.*

Quis tortura modus?

R. Arbitrio iudicis pro qualitate perſonæ & ratione ſuſpicionis committunt, *l.7.10.§.vlt.de quæſt.Vigel.d.c.4.quæſt.4. reg 1.Conſt.Carol.58.*

Quid ſi Reus in tormentis nihil confiteatur?

R. Abſoluendus eſt ab inſtantia, *arg.8.C.de quæſt. Variè tamen Dd. apud Damhoud.cap.41. Clar.eod.q.64. Gomez.3.Reſol. cap.13.num 3.Treut.eod.theſ.3.*

Quotuplices ſunt pœnæ?

R. Vel *Capitales*, quibus Reo mors, ſiue naturalis, ſiue ciuilis, hoc eſt ſeruitus, vel deportatio infligitur, *Vveſ.par. de pœnis.num.2.* & ſtrictè ſupplicia dicuntur, *l.21.ff.h.t.* Vel *non capitales*, vt exilium, relegatio, coercitio corporis; quæ ſine vitæ periculo infamiam irrogant, vel aliæ quæ damnum modò ſine infamia continent, vt ademtio dignitatis vel alicuius alterius actus, *Vveſ.eod.num.4.* Pœna carceris aut vinculorum iure ciuili non admittitur,niſi in ſeruis,*l.35. ff.h.t.l.6.l.ſeruus 10.C.eod.* Omninò in liberis hominibus,Canonico. *c.3. ext. h.t. in 6.* Conſuetudo varia eſt varijs locis, *Clar.eod.quæſt.70.num.4. Pac.eod.theſ.30.*

Quid ſequitur pœna capitalis irrogationem?

R. Iure Romano olim omninò bonorum publicatio, *l.1.princ.de bon.dam.tt. D.& C.eod.* Nouiſſimo iure minimè, adgnatis vſque ad tertium gradum exiſtentibus. Niſi in crimine læſæ majeſtatis, *Vveſem.par. de bon. damnat. 6.* vel ſola bonorum publicatio loco pœnæ imponatur, *Dd. vulgo teſte Clar.d.quæſt 78. Treut.eod.th.7. lit.C.*

An non crimen etiam alijs rationibus quam pœna tollitur?

R. Omnino tollitur interdum abolitione (*licet non per pœnitentiam*) eaque vel *publica*, facta fortè ob diem inſignem, vel rem proſperè geſtam, à Principe; Vel *priuata*, Actore poſtulante idque cum cauſſæ cognitione; Vel *legalis*, quæ fit. 1.per litigatorum mortem. 2.præſcriptionem 20. annorum. 3.aut peremtam inſtantiam. *Treut.eod.theſ.8.*

An

An citra abolitionem accusator desistere potest ab instantia?

R. Minimè; sed ex, *l.1.ad SC. Turp.* punitur desistens, nisi minor sit vel mulier. *l.15. §.2.eod. Treut. eod. lit. g.*

De publicorum iudiciorum speciebus.

Quæ species publicorum iudiciorũ ab Imperatore explicantur?

R. Læsæ maiestatis crimen, adulterij, vis publicæ & priuatæ, homicidij, speciatim etiam parricidij, falsi, peculatus, plagij, ambitus, repetundarũ, annonæ, de residuis, *Text. hic.*

Quod est læsa maiestatis crimen, & qua lege coercetur.

R. Læsæ maiestatis crimen est, quod committitur propriè contra summum principem, & imperij statum: *& pro sui atrocitate, modò generis nomen retinet, modò in specie perduellio dicitur. §. 3. hic, l. vlt. C. hic.* Impropriè dicitur maiestatis crimen committi in Legatos Principis, eiusq; Consiliarios, *qui quasi pars corporis ipsius principis videntur, medò intuitu Principis ladantur,* Quomodo moliens aliquid contra ciuitatem non agnoscentem superiorem in suam patriam maiestatis reus dicitur, *Quam communem dicit, Decian. cons. 18. num. 315. Vult. eod. Superiorem agnoscentium maiestas nulla est, ideoq; nec ladi potest, Vvesenbec. eod. num. 4. l. quisquis ad. l. in l. maiest. Vult. Iurispr. cap. 47. in margine, num. 3.*

Qui committunt hoc crimen?

R. Ij soli, qui Principi, vel Reipub. contra quem delinquitur sunt subditi ratione originis, vel domicilij; *Communis opinio. Quod in eos maiestas locum habeat. Paceod. disp. 30. th. 23.*

Quando videntur maiestatem ladere?

R. Quando. 1. aduersus ipsum Principem, vel eius securitatem committunt; idque, quod ad Principem attinet, quando honori eius, vel maiestati derogant. Quod quidem variis modis fit. 1. statuas vel imagines Principis violando. 2. animo hostili in Principem aliquid machinando. 3. seditionem in Rep. concitando. 4. exercitum Principis iniussu colligendo. 5. reseruata principi iura sibi adscribendo, vectigalia noua absque eius autoritate imponendo, *l. 2. 3. 4 ff. h. t. 6.* monetam adulterinam cudendo, &c. *l. 2. C. de fals. monet. Perez. hic.*

Quo-

Quomodo plectuntur criminis læsæ maiestatis rei?

R. Gladio, cruce, alij etiam exilio olim mulctabantur, *l. 5. C. ad l. Iul. Mai.* Et hodie quidem semper morte; non eadem, sed, pro grauitate criminis grauiore.

Quæ sunt in pœna hic notanda?

R. Quod non tantum principalis reus, sed & conscius, adiutor, minister gladio puniatur, *l. quisquis. pr. & 5. pen. C. hic.* aut memoria eius, etiam mortui damnetur, *l. pen. & vlt. C. hic.* bonis confiscatis, filij eius infamia perpetua notentur, & à successione patris remoueantur, filiæ ex bonis matris siue testatæ, siue intestatæ, Falcidiam tamen detrahant; Emancipationes, donationes à reis factæ, & dotes ab eis datæ reuocentur, *d. l. quisquis per totum, Pac. eod. thes. 25.*

An non euitari pœna eius legis potest?

R. Is eam euitat qui consiliorum arcana, licet serò, patefacit. Initio factionem studio laudis initam detegens præmio honoratur, *d. l. quisquis, §. vlt. Pac. eod. thes. 26.*

An non præterea quædam sunt in ipso hoc crimine singularia?

R. Omnino. 1. quod in eo non effectus modò, sed & conatus puniatur; licet in actum non exierit, *Cicero in officijs. 2.* Quod conscij reum criminis deferre debeant, nulla admissa ex consanguinitate, vel affinitate, quamuis arcta, excusatione. *d. l. 5. §. pen. hic. 3.* Quod quilibet, etiam aliàs inidoneus, ad accusationem admittatur. *l. 3. & 4. C. h. t.* 4. Quod seruus in caput domini, item omnes postulati & ad testimonium prouocati, etiam ipsi accusatores in caput accusati torqueantur. *l. 5. C. h. t.* 5. Quod in hoc crimine accusatus statim post accusationem institutam à bonorum suorum administratione remoueatur. *l 7. & 8. ff. eod. 6.* Denique quod hoc crimen morte non extinguatur. *d. l. 5. §. 4. & l. fin. C. h. t. Perez. hic.*

An non est crimen læsæ maiestatis diuinæ?

R. Imò blasphemiæ & hereseos. Prioris rei capitalem luunt pœnam, de iure ciuili, *Nou. 77. quæ consuetudine mitigatur.* Posterioris de Iure Ciuili priuilegijs omnibus exuti, & ab omni dignitate remoti, vel exilio puniuntur, vel vltimo supplicio; *leg. 1. 5. 7. & 20. C. de heret.* Iure Canonico excommunicantur, filij eorum ad secundam generationem

nem incapaces sunt beneficiorum, *l.3.& 13. C. de heret.*

Quod est secundum crimen publicum & quomodo definitur?

R. Secundum crimen publicum est adulterium & definitur alieni tori, seu matrimonij violatio, *l.6. ff. ad l. Iul. de adult.*

An ergo lege Iulia de adulterijs hoc solum crimen punitur?

R. Imo verò non tantum adulterium; sed & stuprum, incestus, lenocinium punitur, *l.12. & passim, Dd. h.t.*

Adulterium in genere quidem definitisti, sed an non varijs modis accipitur?

R. Omnino: Vel enim accipitur 1. anguste, quatenus in nuptam committitur, *l.6.* § 1. *hic. l.*10.11. *pr. D. V. S. à nobis modò definitum.* Vel latè, quatenus in sponsam, etiam alienam committitur. Quippe quod tum matrimonij spes violetur, *l.*13. §. *Diui & si minor D. h.t.* 3. Vel adhuc latius; ita vt stuprum etiam comprehendat, siue cum virgine, vidua, aut puero commissum, vt in lege Iulia de adulterijs quæ stuprum & adulterium promiscuè accipit. 4. latissime pro omni illicita coniunctione. *c. nemo t. dicat aliquis.*32.*q.*4. *Pac. eod. disp. hic. thes.*12.

Quot modis accipitur stuprum?

R. Stuprum est illicitus coitus cum virgine aut vidua honestè viuente, aut etiam cum puero: propriè tamen & strictè accipitur pro virginis defloratione: *cler. illa* §. *stuprum,* 364. Latissime dictum adeò non distinguitur ab adulterio, vt etiam comprehendat quemuis illicitum coitum, *d. c. nemo.*3.2. *quæst.*4. *Pac. eod. th.*3.

Quid differt à scortatione & concubinatu?

R. Scortatio propriè est meretricius coitus; stuprum verò coitus cum honestè viuente; *c. meretrices.*31. *quæst.*4. Concubinatus in specie dicitur, quando quis apud se detinet mulierem, cum qua se coniungit sine maritali affectione. *l.*144. *De V. S. t. ff. de Concubinis.*

Incestum quid, & quotuplex?

R. Est coitus ratione sanguinis vel affinitatis illicitus: *l.* 38. *princ. ff. h.t.* Idque vel iure *gentium*, inter eas personas commissum, quæ parentum & liberorum locum inter se obtinent; Vel iure ciuili inter transuersales commissum;

eosque cognatos, & affines; vtroque iure. *d. l.* 38. §. *quare, l. Vt. de Rit. Nupt. Pac. eodem. thes.* 8.

Quot modis committitur?

R. Per qualemcunque coitum, per matrimonium, *d. l.* 38. §. *nonnunquam*, stuprum, *d. l.* 38. §. 1. concubinatum, *l.* 11. §. 1. *ff. eod.* scortationem, *d. l.* 38. adulterium, *d. l.* 19.

Quid est lenocinium?

R. Est crimen turpis coitus administrum, castitatis furtum, seu latrocinium à Iustiniano appellatum. *Nou.* 14. §. *Sancimus. Pac. eod. thes.* 10. Puta lenocinium facit qui mulieres quæstuarias prostituit, §. *lenocin. l.* 43. §. *leno. De Rit. nupt.*

Quinam omnino eo tenentur?

R. 1. Qui adulterium aut stuprum suasit. *l.* 12. *ff. h. t.* 2. Qui quæstum ex adulterio vxoris vel viri fecit. *l.* 2. *l.* 8. *l.* 29. *ff. eod.* 3. Qui, infamandæ vxoris caussa adulterum subiecit, vt deprehenderet, *l.* 14. §. 1. *ff. hic.* 4. qui domum suam stupro vel adulterio committendo præbuit. *l.* 8. *& seq. ff. eod.* 5. cum cuius ope & consilio, vel dolo malo in adulterio deprehensi vt se redimerent factum, *l.* 15. *cuius, pr. ff. hic.* Item qui pro comperto adulterio, vel stupro celando pecuniam accipit, &c. *l.* 8. *pr. D. quod metus caussa, Pac. eod. thes.* 11.

Quæ horum omnium criminum pœna?

R. *Scortatio* extra pœnam huius legis est; licet meretrix sit infamis: *Pac. eod. thes.* 6. etiam concubinatus, tanquam iure ciuili permissus; *l.* 3. §. 1. *ff. de concubinis. Licet vtrumque crimen damnatum sit iure Canonico.* Adulter gladio punitur, *leg.* 39. *C. h. t.* §. 4. *hic.* Adultera, ex nouissima Iustiniani constitutione, virgis cæsa in monasterium detruditur. *Nou.* 134. *c.* 10. *Stuprum*, violentum *(raptum dicunt)* item quod contra naturam est, gladio punitur; sed & posterius, *l.* 31. *C. h. t.* §. 4. *hic.* de consuetudine, igne *Clarus.* §. *eod. num.* 4. In pupillam quondam suam hoc crimen committens, bonis omnibus confiscatis, patitur deportationem, *l. vn. C. si quis eam cuius tut. fu. corrup.* Aliàs stuprator qui sine vi viduam honestè viuentem, vel virginem stupravit si honestus sit, confiscationem dimidiæ partis bonorum, si humilior, corporis coercitionem cum relegatione patitur, §. 4 *hic.* iure Canonico virginem nondũ desponsatam stuprans eam dotare

tene-

tenetur & niſi pater puellæ renuat, ducere: *c.1. ext. de adult.* De conſuetudine alterutrum tantum facere tenentur. *Papon. lib.22. tit.9. arreſt.9. Clar. § ſtuprum. num. 3. Inceſtus* pœna etiam capitalis eſt. Qui tamen ætate vel errore id commiſit, ſi eo comperto diſſoluatur coniunctio, excuſatur: *l.38 ff. h.t. l.4. C. de inceſt. nupt.* Nuptiæ vero inceſtæ omnino diſſoluuntur, *d.l. legibus*, lenocinium iure ciuili etiam morte plectitur, *Nou.* 14. licet in praxi aliquando mitius. *Damhoud. pract. crim. cap.91. num.8.*

Permiſſumne eſt patri, vel marito adulterij crimen à filia vel vxore commiſſum vindicare?

R. Patri olim legibus permiſſum fuit filiam in adulterio deprehenſam vnà cum adultero occidere; non marito. Cui tamen quandoque permiſſum adulterum ita deprehenſum domi ſuæ occidere, ſed tantum qui infamis ſit; non vxorem, *l.20. & ſeqq. ff. ad l. Iul. de adult. l.5. C. eod.* Eam tamen ſi occiderit, extra pœnam quidem vltimi ſupplicij eſt; ob iuſtum dolorem; non tamen omne ſupplicium euitat, & inſuper lucrum dotis amittit, *Perez. hic.*

Quibus permiſſa eſt adulterij accuſatio?

R. 1. Marito; idque vel iure mariti intra 60. dies vtiles; Vel, ijs tranſactis, iure extranei, computandis à tempore ſoluti matrimonij. 2. Patri intra idem tempus, quod ei non currit agente marito. 3. Poſt idem tempus lege Iulia permiſſum omnibus: Poſtea vero id reſtrictum ad quinque proximas perſonas; Vtpote quas ad accuſationem hanc dolor ex admiſſo crimine mouere debet, *l.3. & 6. C. ad l. Iul. de adult. l.4. ff. eod. l.30. C. eod. Perez. hic.*

An non ceſſat aliquando hæc accuſatio?

R. 1. Si maritus accuſationem tacitè vel expreſsè recuſet. 2. ipſe lenocinij reus ſit. 3. ſi vxor ſit extra culpam, *vtpote vi compreſſa, vel ſi, iuſta ignorantia, alium pro marito excepit, vel eum mortuum rata alteri nupſerit.* 4. ſi intra ſex menſes à ſoluto matrimonio; Vel intra quinquennium eo durante non proponatur accuſatio. *l.20. §.5. & 6. ff. h.t. Perez.*

Quod eſt crimen vis publicæ & priuatæ, & qua lege punitur?

R. Lex Iulia iſtam vim publicam & priuatam punit, §. 8. ab imperatore propoſita. Nobis placet ordinem Dige-

ſtorum ſequi. Dicitur autem, *Publica vis*, 1. quæ fit armis. *ita à potiori*, §. 8. *hic*. quod armorum vſus ſit publicus, non priuatus, *l.* 1. *ff. hic*. 2. quæ fit à perſona publica. 3. in perſonam publicam, *l.* 7. *ff. ad l. Iul. de vi publ.* 4. qua violatur ius publicum: *Puta cum puella inuitis parentibus abducitur, aut femina per vim ſtuprum infertur, l.* 3. §. *praterea, eod. aut reus vinctus detinetur ne Roma ad iudicium adſit, l.* 8. *ff. eod. Priuata*, quæ fit ſine armis, à perſona priuata, in priuatam, citra iuris publici violationem; puta cum quis ſine armis eijcitur poſſeſſione, §. *eod. Pac. eod. diſp.* 31. *theſ.* 23.

Qua pœna vtriuſque violentiæ?

R. Pœna violentiæ publicæ olim aquæ & ignis interdictio; *l.* 10. §. *fin. h. t.* poſtea deportatio cum bonorum publicatione. §. 8. *hic. l.* 3. *ad l. Iul. pecul.* Hodie vtriuſque eſt arbitraria, pro ratione circumſtantiarum vſque ad mortem. *Perez. hic.*

De raptu.

Quid eſt raptus?

R. Eſt violenta fœminæ abductio libidinis explendæ cauſſa. *Puta violenta magis eorum reſpectu quibus inuitis fit, quam eius qua rapitur; quod & in volente raptus poteſt committi, l. vnic. C. de rapt. Vult.* 2. *Iuriſp.* 48. *num.* 40.

Qua pœna raptus virginum, ſeu viduarum?

R. Commiſſi in fœminam honeſtam, cuiuſcunq; conditionis, deſponſatam ſeu non, vltimum ſupplicium, *l.* 5. §. *fin. ff. d. l. Iul. de vi publ.* vt iam dictum, & bonorum ademtio; *l. vn. C. de rapt.* Quæ raptis ſi ingenuæ ſint; ſi deuotæ, monaſterio ſeu Eccleſiæ addicuntur: ſi ancillæ vel libertinæ, bonorum publicatio ceſſat. *Vult. com. Inſt. hic.*

An ſoli raptores puniuntur?

R. Imo vero etiam conſcij & miniſtri raptus, gladio; Parentes patientiam præbentes deportatione, miniſtri ſeruilis conditionis igne citra ſexus diſcretionem, *l. vn.* §. 8. *hic. d. l. vn. Vult. eodem.*

De

De homicidio.

Quæ crimina puniuntur lege Cornelia de ſicarijs?

℟. Hac lege punitur crimen homicidij, veneficij, & incendij illati. *Vult. Com. Inſt. hic. Vveſ. par. ad d. l. Corn.*

Quid eſt homicidium?

℟. Eſt violenta vitæ hominis ademtio.

An omne homicidium violentum?

℟. Homicidij tres faciunt ſpecies. 1. *voluntarium*, quod committitur animi propoſito, & dolo, *qui facit vt legis Cornelia pœna locus ſit. leg.* 1. §. 3. *l.* 7. 14. 16. *hic.* 2. *Neceſſarium*, quod ſit ob neceſſariam corporis defenſionem, cum moderamine inculpatæ tutelæ; id eſt ſolum ad defenſionem corporis, citra vindictæ imaginem. 3. *Non voluntarium*, quod fit caſu, atque ita præter facientis opinionem; aut mentis inopia, puta ab infantibus, furioſis, dormientibus. *l.* 5. *C. ad l. Corn. de ſic. Perez. hic.*

In quale homicidium hac lege pœna decernitur?

℟. Ex his homicidijs lege Cornelia tenentur (vt dixi) qui ex dolo & propoſito hominem occiderint, *l.* 1. *pr. ff. hic.* aut eius occidendi, vel furti faciendi cauſſa cum telo fuerint, *d. l.* 1. vt quis capitis damnaretur falſum teſtimonium dixerunt, *d. l.* 1. §. 2. aut mortis alicui cauſſam præbuerunt, quãuis voluntas exitum non habuerit, *l.* 1. *pr. & l.* 14. *ff. hic.* §. 5. *Item lex Cornelia. hic. Perez. hic.*

Quid iuris hic itaque circa alias homicidij ſpecies?

℟. *Neceſſarium*, nec hac, nec alia lege punitur, modò in moderamine inculpatæ tutelæ conſiſtat, *l.* 1. *C. vnde vi. Bart. & Dd. in l.* 3. *De Iuſt. & iur. Non voluntarium*, in actu licito veniam meretur, in illicito, vel culpa non carente, ceſſante pœna legis Corneliæ, pro ratione circumſtantiarum, extra ordinem punitur, *Vult. com. inſt. hic. Conſtit. Carol. art.* 46.

Quæ eſt pœna ſicariorum ex lege Cornelia?

℟. Olim fuit aquæ & ignis interdictio, cui poſtea ſucceſſit deportatio & bonorum ademtio, qua hodie volunt affici gradu ſublimiores; ſequẽte gradu qui erant capite puniebãtur, id eſt morte. Beſtijs obijciebantur humiliores. *Vult. com.*

cod. num.7. Nouissimè autem pœna gladij est; nobiles siue ignobiles homicidium commiserint.

Dixisti inter cætera eos pœna eximi in necessaria defensione, qui intra terminos inculpatæ tutelæ consistunt; quando intra eos Rei constitisse iudicantur?

℟. Statuuntur intra istos terminos constitisse Rei, quando prouocati non aliter se ab offensione tueri potuere quã eo modo, quo se defendetunt; & in discrimine vitæ constituti, ne à prouocante occideretur, omni meliore modo cauerunt. *Gayl.2.obs.110.num.13.*

De veneficio.

Quinam dicuntur venefici?

℟. Qui venenum hominis necandi caussa faciunt, *l.* 1.§. 1. *l.3. hic.* etsi id ipsi non exhibeant, sed in eum finem tantum vendant, *argum. d. l.* Item qui artibus magicis in eundem finem vtuntur, §. 5. *hic.*

Quæ est vtrorumque pœna?

℟. Qui venenis ad hominem necandum vtuntur, eorum pœna gladius est. *arg.d.l.*1. *Clarus.hic. Vvesf. par.hic.* Qui magicis artibus, ignis, *l.3.C.de malif.Modò vita hominis ablata sit. Non consumato veneficio, id est, non secuto homicidio, aliter statuendum videatur, Vvesf.par.h.t. Clarus.*§. *hemicidium. num.* 74.

Quid iuris si fœmina partum obligat?

℟. Quamuis ex iure nostro abigentes partum exilio, id est, deportatione solum plectantur, seu relegatione in insulam, amissa parte bonorum, *l.8.ff.ad l.Cornel.de sic.l.4.ff. de extraor. crim.* tamen ex nouis constitutionibus, si post dimidium vterum gerentis tempus abigatur partus, capitale est crimen, tam danti pharmacum, quam suscipienti: Alias fustigatione & relegatione coercetur. *Schn.ad* §. *5.nec sic.eadem. hic.*

De Parricidio.

Parricidium qua lege coercetur?

℟. Parricidium coercetur lege Pompeia de Parricidijs et am-

etiamque ad eam lex Cornelia de ſicarijs pertinet, tanquam de eo lata primum, *Vult. Com. Inſt. hic.*

Quid eſt parricidium?

R. Parricidium propriè dicitur homicidium commiſſum inter parentes & liberos vtriuſque ſexus; quique eorum loco ſunt; *Quod parricidæ dicantur quaſi parentes cædentes*: Minus propriè inter collaterales & affines committitur; *puta inter fratres, ſorores, patruèles, conſobrinos, vxorem, virum, nurum, generum, vitricũ, priuignũ, ſocerum, patronum. Vult. Iuriſpr. eod. n. 6.*

Quæ pœna in parricidas ſtatuta?

R. Pœna huius delicti olim ex lege Pompeia fuit eadem quæ legis Corneliæ de ſicarijs: Ante eam alia more maiorum recepta, eaque ſingularis; reducta à Conſtantino, hic approbata ab Imperatore: Vt parricidia virgis ſanguineis cæderetur, & poſtea culeo inſutus cum cane, gallo gallinaceo, vipera & ſimia in mare abijceretur. §. 6. *hic. Quæ tamen non omnibus parricidis, ſed in ijs propriè ſic dictis locum habet; Cæteris legis Corneliæ pœna impoſita:* Hodie de conſuetudine variè puniuntur, gladio, rota, forcipibus; Vel etiam pœna ad imitationem veteris Romanæ ordinata, *Vveſ. par. hic. Treut. diſp. 3. de ſpeciebus. public. iudic. theſ. 7. lit. f.*

An ſolum hic ipſi parricidæ puniuntur?

R. Imò etiam puniuntur eiuſdem criminis conſcij & auxiliatores; mitius tamen conſcij; auxiliatores ordinaria pœna afficiuntur; vt etiam ipſi parricidæ ad actum proximum deducto conatu, licet euentus non ſit ſecutus. *l. 2. & 6. ff. h. t. Perez. hic. Bred. hic.*

De falſo.

Quid eſt falſi crimen, & qua lege coercetur?

R. Falſi crimen eſt actus dolóſus imitandæ veritatis, eiuſque corrumpendæ gratia ad proximum decipiendum factus & adhibitus: §. 6. *hic. Perez. eod.* Et hoc crimen coercetur lege Cornelia de falſis, *d. §. 6. hic. A Cornelio Sylla Dictatore lata & nominata, & potiſſimum quidem circa falſum in teſtamentis cõmiſſum. In cæteris inſtrumentis commiſſum ex SC. Liboniano vindicatur. Quod ipſum vt & cæteræ leges ſequentes & SC. quibus*

ad ſuperiores magiſtratus, ſed & ad municipales; vt omnimodæ iuriſdictioni ius gladij inſit, & iure magiſtratus competat, *Dd. in d. l. 1. de offic. eius. cui. &c.*

Quomodo procedit magiſtratus per inquiſitionem?

℟. Vel *generaliter*, cum de delicto quidem, (*quod ante omnia fieri debet, & quidem aliunde quam ex delinquentis confeſſione, Clar. §. fin. quæſt. 4.*) non tamen de delinquente conſtat, *quo caſu in eum teſtes rogantur, Clar. eod. quæſt. 5.* Vel ſpecialiter, cum de vtraque conſtat, ſiue ex fama publica, perſonis fide dignis, facti cum omnibus circumſtantijs, relatione, denuntiatione, ſiue à parte offenſa, motu proprio vel extraneo, ſiue etiam officij neceſſitate, ſiue tandem etiam Reo in flagranti crimine deprehenſo, aut aliunde ex delicti notoreitate, *Treut. eod. theſ. 2.*

Quis, & quomodo procedit per accuſationem?

℟. Ita procedit populus, oblato inſcriptionis libello quo crimen cum omnibus circumſtantijs perſonæ, loci, temporis continetur, ab ipſo accuſatore, vel ſi literas non nouit, ab alio ſubſcripto, *l. 2. §. pen. ff. de accuſ. l. pen. & vlt. C. eod. Inſcriptionis neceſſitatem hodiè ceſſare vulgò, Dd. volunt. Treut. eod.*

Qui poſſunt accuſare?

℟. Omnes qui non prohibentur; ſed & quatenus non prohibentur. Nempe. 1. Generaliter prohibentur accuſare. 1. mulier. 2. pupillus. 3. miles qui ſtipendia meret. 4. magiſtratus. 5. infamis. 6. Qui duo iudicia aduerſus duos ſubſcripta habet. 7. Qui pecuniam accepit ad accuſandum, vel non accuſandum. *l. 8. ff. h. t.* 8. Qui falſum teſtimonium ſubornatus dixit, *l. 9 ff. eod. 9.* Pauper minus quam quinquaginta aureos in bonis habens, *l. 10. ff. eod.* 10. Reus criminis, *l. 19. C. de his qui acc. non poſſ.* 11. Seruus, *Vveſ. par. h. t. num. 6. Admittuntur tamen ferè omnes in crimine læſæ maieſtatis, l. 7. l. ſeq. ff. ad leg. Iul. Mai. 2. fraudatæ annonæ, l. 13 ff. h. t. 3. cum quis ſuam ſuorumve iniuriam perſequitur, l. 12. 49. ff. eod. l. 5. &c. C. de ijs qui acc. non poſſ.* 11. Speciatim accuſare prohibentur liberi parentes. 4. liberti patronos. 5. Laici clericos; niſi ſuam ſuorumque iniuriam proſequatur *ſec. ius pontificium, c. 14. ext. de teſt. Pacius. Enchir. diſp. 32. h. t. theſ. 17. & ſeq.* conſanguineus conſanguineum in capitali, aut alioqui magno crimine,

ne, *l.13.C.eod.In leui non prohibetur, l.18.C.qui accuſ.non poſſ. Patius Epitome.eod.*

Qui poſſunt accuſari?

R. Rei vtriuſque ſexus, cuiuſcunque ætatis, *modo doli ſint capaces, vt puberes & pubertati proximi, l.3. De V. S.* & conditionis, etiam ſerui, *l.1.l.12.§.pen.l.17.ff.h.t.* Non legati & magiſtratus, *l.12.pr.ff.h.t.2.* Nec abſentes, ſiquidem agatur de crimine capitali, *l.6.C.eod.Cui iuri ſtatutis municipalibus, & generali conſuetudine abrogatum. Clar.d.§.fin.quæſt.44.num.3.* Mortui; niſi læſæ maieſtatis crimen intentetur, *§.publica.a iudicia. hic. l.vlt.C.ad l.Iul.Mai. & Patius eod.*

Quomodo fiunt accuſationes & inquiſitiones?

R. Diuerſa hic ratio eſt ex abſentia, vel præſentia Rei. Abſens Reus (publice affixis, vel ad magiſtratum domicilij emiſſis literis) intra annum, à die citationis computandum, comparere iubetur; annotatis interim bonis ipſius; Et contra contumacem proceditur vt bona in fiſcum cogantur. Præſens captus cuſtodiæ traditur, vel fideiuſſoribus cõmittitur, indagandæ veritatis cauſſa, *Treut.eod.theſ.4.*

Quomodo indagatur veritas?

R. Ex ſufficienti probatione, non præſumptionibus, (*ex quibus ſolis in criminalibus, nemo damnatur*) *l.vlt.C.de prob.Mynſ.6.obſ.67.num.9. Vigel.conſt.Carol.t.3.q.6.reg.8.* Vel propria rei confeſſione: *Vigel eod. Sufficiẽter tamen etiam cenſetur probatum Reo in flagranti crimine deprehenſo, Mynſ.6.obſ.3.num.10. Clar.§. fin.quæſt.8.verſ ſcias tamen. Vigel.d.Reg.8.*

Quomodo aliàs indagatur veritas?

R. Per examen ab ipſo iudice & duobus aſſeſſoribus idoneis & Notario factum, idque teſtium in iure nõ reprobatorum. *de quo ſupra tum de teſtibus agemus, Treut.eod.theſ.5.*

Quomodo per propriam confeſſionem?

R. Per eam indagatur alia probatione deficiente. Ob indicia tamen grauiora, etiam in delicto enormi per tormenta, *l.1.§.1.l.18.§.ff. de quæſt.* ſiquidem id patiatur Reorum cõditio. Quia non poſſunt omnes torqueri, *Clarus.eod.quæſt.64. Damhoud.c.41. Treut eod lit.h. remiſſivè.*

Qualia indicia ſufficiunt ad torturam?

R. Tractant id *Clarus eod. quæſt.21. Vigelius. d. t.4. quæſt.1.*

Dam-

Damhoud.c.36.Gomez lib.3.c.13.num.7. In genere autem omnino ſtatuendum, non leuibus indicijs,& argumẽtis Reum debere eſſe oneratum, ſed penè conuictum, *l.9.princ.ff.eod. Nec enim à tormentis incipiendum, Pac.eod.diſp.33. theſ.23.*

Quis tortura modus?

R. Arbitrio iudicis pro qualitate perſonæ & ratione ſuſpicionis committunt, *l.7.10.§.vlt.de quæſt.Vigel.d.c.4.quæſt.4. reg 1.Conſt.Carol.58.*

Quid ſi Reus in tormentis nihil confiteatur?

R. Abſoluendus eſt ab inſtantia, *arg.8. C.de quæſt. Variè tamen Dd. apud Damhoud.cap.41. Clar.eod.q.64. Gomez.3.Reſol. cap.13.num 3.Treut.eod.theſ.3.*

Quotuplices ſunt pœnæ?

R. Vel *Capitales*, quibus Reo mors, ſiue naturalis, ſiue ciuilis, hoc eſt ſeruitus, vel deportatio infligitur, *Vveſ.par. de panis.num.2.* & ſtrictè ſupplicia dicuntur, *l.21.ff.h.t.* Vel *non capitales*, vt exilium, relegatio, coercitio corporis; quæ ſine vitæ periculo infamiam irrogant, vel aliæ quæ damnum modò ſine infamia continent, vt ademtio dignitatis vel alicuius alterius actus, *Vveſ.eod.num.4.* Pœna carceris aut vinculorum iuré ciuili non admittitur,niſi in ſeruis,*l.35. ff.h.t.l.6.l.ſeruus 10.C.eod.* Omninò in liberis hominibus,Canonico. *c.3. ext. h.t. in 6.* Conſuetudo varia eſt varijs locis, *Clar.eod.quæſt.70.num.4. Pac.eod.theſ.30.*

Quid ſequitur pœna capitalis irrogationem?

R. Iure Romano olim omninò bonorum publicatio, *l.1.princ.de bon.dam.tt. D.& C.eod.* Nouiſſimo iure minimè, adgnatis vſque ad tertium gradum exiſtentibus. Niſi in crimine læſæ majeſtatis, *Vveſem.par. de bon. damnat. 6.* vel ſola bonorum publicatio loco pœnæ imponatur, *Dd. vulgo teſte Clar.d.quæſt.78. Treut.eod.th.7. lit.C.*

An non crimen etiam alijs rationibus quam pœna tollitur?

R. Omnino tollitur interdum abolitione (*licet non per pœnitentiam*) eaque vel *publica*, facta fortè ob diem inſignem, vel rem proſperè geſtam, à Principe; Vel *priuata*, Actore poſtulante idque cum cauſſæ cognitione; Vel *legalis*, quæ fit. 1.per litigatorum mortem. 2.præſcriptionem 20. annorum. 3.aut peremtam inſtantiam. *Treut.eod.theſ.8.*

An

An citra abolitionem accuſator deſiſtere poteſt ab inſtantia?

R. Minimè; ſed ex, *l.1.ad SC. Turp.* punitur deſiſtens, niſi minor ſit vel mulier. *l.15. §.2.eod. Treut. eod. lit.g.*

De publicorum iudiciorum ſpeciebus.

Qua ſpecies publicorum iudiciorũ ab Imperatore explicantur?

R. Læſæ maieſtatis crimen, adulterij, vis publicæ & priuatæ, homicidij, ſpeciatim etiam parricidij, falſi, peculatus, plagij, ambitus, repetundarũ, annonæ, de reſiduis, *Text. hic.*

Quod eſt læſæ maieſtatis crimen, & qua lege coercetur.

R. Læſæ maieſtatis crimen eſt, quod committitur propriè contra ſummum principem, & imperij ſtatum; *& pro ſui atrocitate, modò generis nomen retinet, modò in ſpecie perduellionis dicitur. §. 3. hic. l. vlt. C. hic.* Impropriè dicitur maieſtatis crimen committi in Legatos Principis, eiuſq; Conſiliarios, *qui quaſi pars corporis ipſius principis videntur, medò intuitu Principis ladantur*, Quomodo moliens aliquid contra ciuitatem non agnoſcentem ſuperiorem in ſuam patriam maieſtatis reus dicitur, *Quam communem dicit, Decian. conſ. 18. num. 315. Vult. eod. Superiorem agnoſcentium maieſtas nulla eſt, ideoq; nec ladi poteſt, Vveſ eod. num. 4. l. quiſquis ad l. in l. maieſt. Vult. Iuriſpr. cap. 47. in margine, num. 3.*

Qui committunt hoc crimen?

R. Ij ſoli, qui Principi, vel Reipub. contra quem delinquitur ſunt ſubditi ratione originis, vel domicilij; *Communis opinio. Quod in eos maieſtas locum habeat. Paceod. diſp. 30. th. 23.*

Quando videntur maieſtatem ladere?

R. Quando. r. aduerſus ipſum Principem, vel eius ſecuritatem committunt; idque, quod ad Principem attinet, quando honori eius, vel maieſtati derogant. Quod quidem varijs modis fit. 1. ſtatuas vel imagines Principis violando. 2. animo hoſtili in Principem aliquid machinando. 3. ſeditionem in Rep. concitando. 4. exercitum Principis iniuſſu colligendo. 5. reſeruata principi iura ſibi adſcribendo, vectigalia noua abſque eius autoritate imponendo, *l. 2. 3. 4 ff. h. t. 6.* monetam adulterinam cudendo, &c. *l. 2. C. de falſ. monet. Perez. hic.*

Quo-

Quomodo plectuntur criminis læsæ maiestatis rei?

R. Gladio, cruce, alij etiam exilio olim mulctabantur, *l. 5. C. ad l. Iul. Mai.* Et hodie quidem semper morte; non eadem, sed, pro grauitate criminis grauiore.

Quæ sunt in pœna hic notanda?

R. Quod non tantum principalis reus, sed & conscius, adiutor, minister gladio puniatur; *l. quisquis. pr. & 5. pen. C. hic.* aut memoria eius, etiam mortui damnetur, *l. pen. & vlt. C. hic.* bonis confiscatis, filij eius infamia perpetua notentur, & à successione patris remoueantur, filiæ ex bonis matris siue testatæ, siue intestatæ, Falcidiam tamen detrahant; Emancipationes, donationes à reis factæ, & dotes ab eis datæ reuocentur, *d. l. quisquis per totum, Pac. eod. thes. 25.*

An non euitari pœna eius legis potest?

R. Is eam euitat qui consiliorum arcana, licet serò, patefacit. Initio factionem studio laudis initam detegens præmio honoratur, *d. l. quisquis, §. vlt. Pac. eod. thes. 26.*

An non præterea quædam sunt in ipso hoc crimine singularia?

R. Omnino. 1. quod in eo non effectus modò, sed & conatus puniatur; licet in actum non exierit, *Cicero in officijs.* 2. Quod conscij reum criminis deferre debeant, nulla admissa ex consanguinitate, vel affinitate, quamuis arcta, excusatione. *d. l. 5. §. pen. hic.* 3. Quod quilibet, etiam aliàs inidoneus, ad accusationem admittatur. *l. 3. & 4. C. h. t.* 4. Quod seruus in caput domini, item omnes postulati & ad testimonium prouocati, etiam ipsi accusatores in caput accusati torqueantur. *l. 5. C. h. t.* 5. Quod in hoc crimine accusatus statim post accusationem institutam à bonorum suorum administratione remoueatur. *l 7. & 8. ff. eod.* 6. Denique quod hoc crimen morte non extinguatur. *d. l. 5. §. 4. & l. fin. C. h. t. Perez. hic.*

An non est crimen læsæ maiestatis diuinæ?

R. Imò blasphemiæ & hereseos. Prioris rei capitalem luunt pœnam, de iure ciuili, *Nou. 77. quæ consuetudine mitigatur.* Posterioris de Iure Ciuili priuilegijs omnibus exuti, & ab omni dignitate remoti, vel exilio puniuntur, vel vltimo supplicio; *leg. 1. 5. 7. & 20. C. de hæret.* Iure Canonico excommunicantur, filij eorum ad secundam generatio-

nem

nem incapaces sunt beneficiorum, *l.3.& 13. C. de heret.*

Quod est secundum crimen publicum & quomodo definitur?

R. Secundum crimen publicum est adulterium & definitur alieni tori, seu matrimonij violatio, *l.6. ff. ad l. Iul. de adult.*

An ergo lege Iulia de adulterijs hoc solum crimen punitur?

R. Imo verò non tantum adulterium; sed & stuprum, incestus, lenocinium punitur, *l.12. & passim, Dd. h.t.*

Adulterium in genere quidem definiuisti, sed an non varijs modis accipitur?

R. Omnino: Vel enim accipitur 1. angustè, quatenus in nuptam committitur, *l.6.* § 1. *hic. l.*10.11. *pr. D. V. S. à nobis modò definitum.* Vel latè, quatenus in sponsam, etiam alienam committitur. Quippe quod tum matrimonij spes violetur, *l.13.* §. *Diui & si minor D. h.t.* 3. Vel adhuc latius; ita vt stuprum etiam comprehendat, siue cum virgine, vidua, aut puero commissum, vt in lege Iulia de adulterijs quæ stuprum & adulterium promiscuè accipit. 4. latissime pro omni illicita coniunctione. *c. nemo t. dicat aliquis.32.q.4. Pac. eod. disp. hic. thes.*12.

Quot modis accipitur stuprum?

R. Stuprum est illicitus coitus cum virgine aut vidua honestè viuente, aut etiam cum puero: propriè tamen & strictè accipitur pro virginis defloratione: *cler. illa* §. *stuprum,* 364. Latissime dictum adeò non distinguitur ab adulterio, vt etiam comprehendat quemuis illicitum coitum, *d. c.nemo.*3.2. *quæst.*4. *Pac. eod. th.*3.

Quid differt à scortatione & concubinatu?

R. Scortatio propriè est meretricius coitus; stuprum verò coitus cum honestè viuente; *c. meretrices.*31. *quæst.*4. Concubinatus in specie dicitur, quando quis apud se detinet mulierem, cum qua se coniungit sine maritali affectione. *l.*144. *De V. S. t. t. ff. de Concubinis.*

Incestum quid, & quotuplex?

R. Est coitus ratione sanguinis vel affinitatis illicitus: *l.* 38. *princ. ff. h.t.* Idque vel iure *gentium*, inter eas personas commissum, quæ parentum & liberorum locum inter se obtinent; Vel iure ciuili inter transuersales commissum;

eosque cognatos, & affines; vtroque iure. *d. l.* 38. §. *quare, l. vlt. de Rit. Nupt. Pac. eodem. thes.* 8.

Quot modis committitur?

R. Per qualemcunque coitum, per matrimonium, *d. l.* 38. §. *nonnunquam*, stuprum, *d. l.* 38. §. 1. concubinatum, *l.* 11. §. 1. *ff. eod.* scortationem, *d. l.* 38. adulterium, *d. l.* 19.

Quid est lenocinium?

R. Est crimen turpis coitus administrum, castitatis furtum, seu latrocinium à Iustiniano appellatum. *Nou.* 14. §. *Sancimus. Pac. eod. thes.* 10. Puta lenocinium facit qui mulieres quæstuarias prostituit, §. *lenocin. l.* 43. §. *lenoc. De Rit. nupt.*

Quinam omnino eo tenentur?

R. 1. Qui adulterium aut stuprum suasit. *l.* 12 *ff. h. t.* 2. Qui quæstum ex adulterio vxoris vel viri fecit. *l.* 2. *l.* 8. *l.* 29. *ff. eod.* 3. Qui, infamandæ vxoris caussa adulterum subiecit, vt deprehenderet, *l.* 14. §. 1. *ff. hic.* 4. qui domum suam stupro vel adulterio committendo præbuit. *l.* 8. *& seq. ff. eod.* 5. cum cuius ope & consilio, vel dolo malo in adulterio deprehensi vt se redimerent factum, *l.* 15. *cuius, pr. ff. hic.* Item qui pro comperto adulterio, vel stupro celando pecuniam accipit, &c. *l.* 8. *pr. D. quod metus caussa, Pac. eod. thes.* 11.

Quæ horum omnium criminum pœna?

R. *Scortatio* extra pœnam huius legis est; licet meretrix sit infamis: *Pac. eod. thes.* 6. etiam concubinatus, tanquam iure ciuili permissus; *l.* 3. §. 1. *ff. de concubinis. Licet vtrumque crimen damnatum sit iure Canonico.* Adulter gladio punitur, *leg.* 30. *C. h. t.* §. 4. *hic.* Adultera, ex nouissima Iustiniani constitutione, virgis cæsa in monasterium detruditur. *Nou.* 134. *c.* 10. *Stuprum*, violentum *(raptum dicunt)* item quod contra naturam est, gladio punitur; sed & posterius, *l.* 31. *C. h. t.* §. 4. *hic.* de consuetudine, igne *Clarus.* §. *eod. num.* 4. In pupillam quondam suam hoc crimen committens, bonis omnibus confiscatis, patitur deportationem, *l. vn. C. si quis eam cuius tut. fu. corrup.* Aliàs stuprator qui sine vi viduam honestè viuentem, vel virginem stupravit si honestus sit, confiscationem dimidiæ partis bonorum, si humilior, corporis coercitionem cum relegatione patitur, §. 4 *hic.* iure Canonico virginem nondũ desponsatam stuprans eam dotare

tene-

tenetur & niſi pater puellæ renuat, ducere: *c.1. ext. de adult.* De conſuetudine alterutrum tantum facere tenentur. *Papon. lib.22. tit.9. arreſt.9. Clar. § ſtuprum. num. 3. Inceſtus* pœna etiam capitalis eſt. Qui tamen ætate vel errore id commiſit, ſi eo comperto diſſoluatur coniunctio, excuſatur: *l.38 ff. h.t. l.4.C. de inceſt.nupt.* Nuptiæ vero inceſtæ omnino diſſoluuntur, *d.l. legibus*, lenocinium iure ciuili etiam morte plectitur, *Nou.* 14. licet in praxi aliquando mitius. *Damhoud. pract.crim. cap.91. num.8.*

Permiſſumne eſt patri, vel marito adulterij crimen à filia vel vxore commiſſum vindicare?

Re. Patri olim legibus permiſſum fuit filiam in adulterio deprehenſam vnà cum adultero occidere; non marito. Cui tamen quandoque permiſſum adulterum ita deprehenſum domi ſuæ occidere, ſed tantum qui infamis ſit; non vxorem, *l.20. & ſeqq. ff. ad l. Iul. de adult. l.5. C. eod.* Eam tamen ſi occiderit, extra pœnam quidem vltimi ſupplicij eſt; ob iuſtum dolorem; non tamen omne ſupplicium euitat, & inſuper lucrum dotis amittit, *Perez. hic.*

Quibus permiſſa eſt adulterij accuſatio?

Re. 1. Marito; idque vel iure mariti intra 60. dies vtiles; Vel, ijs tranſactis, iure extranei, computandis à tempore ſoluti matrimonij. 2. Patri intra idem tempus, quod ei non currit agente marito. 3. Poſt idem tempus lege Iulia permiſſum omnibus: Poſtea vero id reſtrictum ad quinque proximas perſonas; Vtpote quas ad accuſationem hanc dolor ex admiſſo crimine mouere debet, *l.3. & 6. C. ad l. Iul. de adult. l.4. ff. eod. l.30. C. eod. Perez. hic.*

An non ceſſat aliquando hac accuſatio?

Re. 1. Si maritus accuſationem tacitè vel expreſsè recuſet. 2. ipſe lenocinij reus ſit. 3. ſi vxor ſit extra culpam, *vtpote vi compreſſa, vel ſi, iuſta ignorantia, alium pro marito excepit, vel, eum mortuum rata alteri nupſerit.* 4. ſi intra ſex menſes à ſoluto matrimonio; Vel intra quinquennium eo durante non proponatur accuſatio. *l.20. §.5. & 6. ff. h.t. Perez.*

Quod eſt crimen vis publica & priuata, & qua lege punitur?

Re. Lex Iulia iſtam vim publicam & priuatam punit, §. 8. ab imperatore propoſita. Nobis placet ordinem Dige-

ſtorum ſequi. Dicitur autem, *Publica vis*, 1. quæ fit armis. *ita à potiori*, §. 8. *hic.* quod armorum vſus ſit publicus, non priuatus, *l.* 1. *ff. hic.* 2. quæ fit à perſona publica. 3. in perſonam publicam, *l.* 7. *ff. ad l. Iul. de vi publ.* 4. qua violatur ius publicum: *Puta cum puella inuitis parentibus abducitur, aut femina per vim ſtuprum infertur, l.* 3. §. *praterea, eod. aut reus vinctus detinetur ne Romæ ad iudicium adſit, l.* 8. *ff. eod. Priuata*, quæ fit ſine armis, à perſona priuata, in priuatam, citra iuris publici violationem; puta cum quis ſine armis eijcitur poſſeſſione, §. *eod. Pac. eod. diſp.* 31. *theſ.* 23.

Quæ pœna vtriuſque violentiæ?

R. Pœna violentiæ publicæ olim aquæ & ignis interdictio, *l.* 10. §. *fin. h. t.* poſtea deportatio cum bonorum publicatione. §. 8. *hic. l.* 3. *ad l. Iul. pecul.* Hodie vtriuſque eſt arbitraria, pro ratione circumſtantiarum vſque ad mortem. *Perez. hic.*

De raptu.

Quid eſt raptus?

R. Eſt violenta fœminæ abductio libidinis explendæ cauſſa. *Puta violenta magis eorum reſpectu quibus inuitis fit, quam eius quæ rapitur; quod & in volente raptus poteſt committi, l. vnic. C. de rapt. Vult.* 2. *Iuriſp.* 48. *num.* 40.

Quæ pœna raptus virginum, ſeu viduarum?

R. Commiſſi in fœminam honeſtam cuiuſcunq; conditionis, deſponſatam ſeu non, vltimum ſupplicium, *l.* 5. §. *fin. ff. d. l. Iul. de vi publ.* vt iam dictum, & bonorum ademtio; *l. vn. C. de rapt.* Quæ raptis ſi ingenuæ ſint; ſi deuotæ, monaſterio ſeu Eccleſiæ addicuntur: ſi ancillæ vel libertinæ, bonorum publicatio ceſſat. *Vult. com. Inſt. hic.*

An ſoli raptores puniuntur?

R. Imo vero etiam conſcij & miniſtri raptus, gladio; Parentes patientiam præbentes deportatione, miniſtri ſeruilis conditionis igne citra ſexus diſcretionem, *l. vn.* §. 8. *hic. d. l. vn. Vult. eodem.*

De

De homicidio.

Quæ crimina puniuntur lege Cornelia de ſicarijs?

R. Hac lege punitur crimen homicidij, veneficij, & incendij illati. *Vult. Com. Inſt. hic. Vveſ. par. ad d. l. Corn.*

Quid eſt homicidium?

R. Eſt violenta vitæ hominis ademtio.

An omne homicidium violentum?

R. Homicidij tres faciunt ſpecies. 1. *voluntarium*, quod committitur animi propoſito, & dolo, *qui facit vt legis Cornelia pœnæ locus ſit. leg.* 1. §. 3. *l.* 7. 14. 16. *hic.* 2. *Neceſſarium*, quod ſit ob neceſſariam corporis defenſionem, cum moderamine inculpatæ tutelæ; id eſt ſolum ad defenſionem corporis, citra vindictæ imaginem. 3. *Non voluntarium*, quod fit caſu, atque ita præter facientis opinionem; aut mentis inopia, pura ab infantibus, furioſis, dormientibus. *l.* 5. *C. ad l. Corn. de ſic. Perez hic.*

In quale homicidium hac lege pœna decernitur?

R. Ex his homicidijs lege Cornelia tenentur (vt dixi) qui ex dolo & propoſito hominem occiderint, *l.* 1. *pr. ff. hic.* aut eius occidendi, vel furti faciendi cauſſa cum telo fuerint, *d. l.* 1. vt quis capitis damnaretur falſum teſtimonium dixerunt, *d. l.* 1. §. 2. aut mortis alicui cauſſam præbuerunt, quãuis voluntas exitum non habuerit, *l.* 1. *pr. & l.* 14. *ff. hic.* §. 5. *Item lex Cornelia. hic. Perez. hic.*

Quid iuris hic itaque circa alias homicidij ſpecies?

R. *Neceſſarium*, nec hac, nec alia lege punitur, modò in moderamine inculpatæ tutelæ conſiſtat, *l.* 1. *C. vnde vi. Bart. & Dd. in l.* 3. *De Iuſt. & iur. Non voluntarium*, in actu licito veniam meretur, in illicito, vel culpa non carente, ceſſante pœna legis Corneliæ, pro ratione circumſtantiarum, extra ordinem punitur, *Vult. com. inſt. hic. Conſtit. Carol. art.* 46.

Quæ eſt pœna ſicariorum ex lege Cornelia?

R. Olim fuit aquæ & ignis interdictio, cui poſtea ſucceſſit deportatio & bonorum ademtio, qua hodie volunt affici gradu ſublimiores; ſequẽte gradu qui erant capite puniebãtur, id eſt morte. Beſtijs obijciebantur humiliores. *Vult. com.*

etiamque ad eam lex Cornelia de ſicarijs pertinet, tanquam de eo lata primum, *Vult. Com. Inſt. hic.*

Quid eſt parricidium?

R. Parricidium propriè dicitur homicidium commiſſum inter parentes & liberos vtriuſque ſexus; quique eorum loco ſunt; *Quod parricidæ dicantur quaſi parentes cedentes*: Minus propriè inter collaterales & affines committitur; *puta inter fratres, ſorores, patrueles, conſobrinos, vxorem, virum, nurum, generum, vitricũ, priuignũ, ſocerum, patronum. Vult. Iuriſpr. eod. n. 6.*

Quæ pœna in parricidas ſtatuta?

R. Pœna huius delicti olim ex lege Pompeia fuit eadem quæ legis Corneliæ de ſicarijs: Ante eam alia more maiorum recepta, eaque ſingularis; reducta à Conſtantino, hic approbata ab Imperatore: Vt parricidia virgis ſanguinem ederetur, & poſtea culeo inſutus cum cane, gallo gallinaceo, vipera & ſimia in mare abijceretur. §. *6. hic. Quæ tamen non omnibus parricidis, ſed in ijs propriè ſic dictis locum habet; Ceteris legis Corneliæ pœna impoſita:* Hodie de conſuetudine variè puniuntur, gladio, rota, forcipibus; Vel etiam pœna ad imitationem veteris Romanæ ordinata, *Vveſ. par. hic. Treut. diſp. 3. de ſpeciebus. public. iudic. theſ. 7. lit. f.*

An ſolum hic ipſi parricidæ puniuntur?

R. Imò etiam puniuntur eiuſdem criminis conſcij & auxiliatores; mitius tamen conſcij; auxiliatores ordinaria pœna afficiuntur; vt etiam ipſi parricidæ ad actum proximum deducto conatu, licet euentus non ſit ſecutus. *l. 2. & 6. ff. h. t. Perez. hic. Bred. hic.*

De falſo.

Quid eſt falſi crimen, & qua lege coercetur?

R. Falſi crimen eſt actus doloſus imitandæ veritatis, eiuſque corrumpendæ gratia ad proximum decipiendum factus & adhibitus: §. *6. hic. Perez. eod.* Et hoc crimen coercetur lege Cornelia de falſis, *d. §. 6. hic. A Cornelio Sylla Dictatore lata & nominata, & potiſſimum quidem circa falſum in teſtamentis cõmiſſum. In cæteris inſtrumentis commiſſum ex SC. Liboniano vindicatur. Quod ipſum vt & cæteræ leges inſequentes & SC. quibus*

falsum vindicatũ, ad legem Corneliã est redactũ, Vult. ad § 5. 6. hic.

Quibus modis committitur falsum?

R. Modi varij sunt, qui duobus modis explicari possunt. 1. *Secundum ipsum modum per se consideratum*; puta quod fiat vel consensu, *quando quis alium circumuenit; puta rem alienam, vel eandem, licet propriam, duobus vendendo. l. 21. ff. ad l. Corn. de falsi.* Vel verbis, puta à iudice, *legibus contrariam sententiam ex corruptione, seu dolo malo ferendo; aut à teste similiter falsum in iudicio deponendo: l. 1. §. 2. l. 3. ff. eod.* Vel scriptis, à notario; *testamentum vel instrumentum aliquod falsum componendo, dictando, scribendo, &c. l. 2 ff. eod.* Vel facto, *quando quis nummos rasit, finxit, percussit falsos.* Vel vsu, seu potius abusu; *quando quis sciens & dolo malo rebus, circa quas falsum commissum, vtitur. l. 8. & 19. ff. eod. 2. Ratione obiecti circa quod falsum committitur*, quod est vel homo, 1. *quando partus falsus supponitur, l. 19. §. 1. l. 30. ff. eod. Vvesemb. par. eod. 2.* Vel nomen, *quando quis insignibus & priuilegijs, & titulis altioris ordinis vtitur, l. 13. pr. hic. l. vn. C. de mut. nom. dolose facta. b. 3. quando quis pecunia corruptus falsum perhibuit, vel verum malitiosè tacuit: d. l. 1. 20. hic. Vvesem. par. eod.* Vel res, puta 1. *quando quis siue veram, siue adulterinam monetam tudit cuius de ea re non est potestas, Vel etiã adulterinam sciens dolo malo expendit: l. 1. 2. 3. C. eod. de falsi. mon.* 2. scripturam, siue priuatam, siue publicam, eam abolet, *radit, immutat, aut alio modo quo minus veritas appareat faciendo, l. 1. 16. 23. 38. hic.* Vel mensurã, *iniusta vtitur, item pondere seu bilance: l. 32. hic. Vvesp. par. hic.* Itẽ alijs rebus quib. circa leges & constitutiones falsum cõmittitur. *vide* §. 7. *hic. Treut. eod. th. 8.*

Quomodo falsum committi debet vt huic legi locus sit?

R. Vt in omnibus publicis iudicijs, ita in hoc, vt lex locum habeat, dolus adesse debet; vt sine dolo commissum eadem non vindicetur.

Quæ est pœna commissi falsi?

R. Ex lege Cornelia olim erat deportatio & bonorum publicatio in libero homine; in seruo vltimum supplicium, §. 7. *hic. Treut. eod. Nouissimo iure, si heredes sint ascendentes aut descendentes, publicatio ista bonorum non habet locũ.* Hodie ferè arbitraria, & pro circumstantijs delicti varia est, vt certa in hoc iudicio præscribi non possit, *Vvesp. par. hic. num. 12.* ita vt

ad

ad mortem extendi possit, *Treut. eod.* Monetæ corruptæ pœna ob læsam maiestatem, ignis est, *l. 2. C. de falsim.*

Peculatu.

An præter adulterium, vim publicam & priuatam legibus suis Iulius Cæsar nullum aliud crimen coercuit?

R. Etiam peculatus crimen, quod est furtum pecuniæ publicæ vel fiscalis, vel sacræ (*licet rei sacræ furtum peculiare nomen sacrilegij acceperit*) vel religiosæ, ab eo factam, cuius ea pecunia non est. §. *9. hic. Perez. eod.*

Quid ergo hac lege Iulia prohibetur?

R. Ne quis ex pecunia sacra, religiosa, aut publica quid auferat, intercipiat, in rem suam vertat; aut faciat vt talis id committat cui lege non licet; neue quis aliquid argento, æri vel auro publico quid indat quo deterius fiat, vel in aliud fieri patiatur: *Vvesenb. par. ad l. Iul. pecul. Vult. ad §. 9. hic. Puta quod in re priuata furtum, hoc peculatus in re publica est.*

Qua pœna huius criminis?

R. Olim quidem fuit litis æstimatio in quadruplum; cui successit, ex lege Iulia, aquæ & ignis interdictio, deportatio; *l. vn. C. de pecul. Schn. & Vult. ad §. 9. hic.*

Quæ est pœna iudicis tempore administrationis publicas pecunias distrahentis?

R. Capitalis, nec horum tantum; sed etiam eorum qui ministerium ei ad hoc exhibuerunt, vel pecunias ab his subtractas sciētes susceperunt, *d. l. vnic.* Alijs qui in hanc legem inciderint deportationis est, vt dictum, pœna, §. *eod. Schneid. cod. Sed & quorum periculo & administrationi res est tradita non lege hac peculatus; sed de residuis tenentur. Schneid. eod. per ibi allegata, §. 9. hic.*

Sacrilegij meministi; dic quot modis sacrilegium accipiatur?

R. 1. Propriè quidem, pro furto rei publicæ & sacræ, & quidem ex loco sacro. 2. Minus propriè; idque primo, quando furripitur res priuatim sacra; vel profana ex loco sacro, Vel sacra ex loco profano. 2. quando sacræ ædes, vel res Ecclesiasticæ alio modo violantur. In prima autem explicatione sacrilegi ordinario, id est, vltimo supplicio, reliqui minus puniuntur, *l. 4. §. 2. l. 6 & 9. ff. ad l. Iul. pecul. Perez. eod.*

De

De plagio.

Quid eſt plagium, & qua lege coercetur?

R. Plagium committitur cum quis hominem ingenuum, vel libertinæ conditionis, vel etiam ſeruum alienum inuitum ſupprimit, vel vendit, vel ijs perſuadet vt à parentibus & domino aufugiant; idque ſciens & dolo malo; vt & qui eodem modo emit & in ea re ſocius fuit, *l.* 1.2.3.4.5.6. *ff. h. t. Vvef. par. ad l. Fabiam. de Plagiarijs.*

Qua eſt pœna huius criminis?

R. Plagiariorum pœna olim erat pecuniaria, *l fin ff. h.t.* Poſtea, ex criminis frequentia, cœpit eſſe capitalis; & plerumque exilium, ſeu in metallum damnatio, *l.7. C. eod. l fin. h.t.* Hodie duobus caſibus eſt vltimum ſupplicium. 1. quando venditur ſeruus alienus, vel liber homo alio aſportatur. 2. quando filius alterius ſuperſtite adhuc patre ſupprimitur, *l.6. & 7. C. h.t. Perez. hic.*

Quæ præterea crimina ab Imperatore hic recenſentur?

R. De ambitu repetundarum, annonæ, de reſiduis, quæ omnia ſuis ſingularibus coercentur, §. *reſtant præterea. hic.*

Quod eſt crimen ambitus, & qua lege coercetur?

R. Ambitus (*quod lege Iulia de ambitu coercetur*) crimen eſt ſuffragiorum ad honores impetrandos vel magiſtratum data pecunia corruptio; in eo poſitum, quod, cum honores & magiſtratus genere per ſe apud Romanos eſſet licitum, in vitio poneretur per pecuniam quærendi modus. *Vvef. par. ad l. Iul. de ambitu.*

Qua pœna huius criminis?

R. Ex lege Iulia. 1. ad quinquennium prohibentur honores petere. 2. etiam pœna eſt deportatio: interdum 100. aureorum; grauior ſi vis publica acceſſiſſet. *l. vnic. ad l. Iul. de amb.*

An non eſt aliud crimen huic affine iure Canonico, & qua eius pœna?

R. Omnino; & Simonia dicitur à Simone Mago; Eſtque crimen quod committitur cum aliquid pro ſpiritualibus exigitur & promittitur, quo tam accipiens, quam promit-

tens

tens tenetur; imò verò etiam consentiens. *Treut. eod. thes. 9. lit.* h. Pœna autem varia est: 1. tam dans quam accipiens deponitur, & honore sacerdotij priuatur, 2. interdum accipiens ad tempus excommunicatur aut arbitrariè punitur, vt & is cui propter Simoniam aliquid remittitur. Monachus Simoniacus de vno monasterio in aliud transfertur. Denique Simoniacus anathemate feritur. *cap. 1. & t. t. de Simon. Vult. ad §. sunt Præterea. hic.*

Repetundarum crimine.

Quod est crimen repetundarum, & qua lege coercetur?

R. Coercetur itidem lege Iulia; de quo tamen ante Lucius Piso legem tulit. Est verò crimen eorum, qui in publico officio constituti, pecunias domum, aut munus aliquod vt officium suum impartiantur, vel contra illud faciant, accipiunt. *Vult. ad d. §. Sunt præterea.*

Quæ pœna huius iudicij?

R. Ex hoc crimine duobus modis agi potest; Vel ciuiliter, in quadruplum; Vel criminaliter, & pœna est plerumque exilij, etiam pro delicti qualitate grauior, atque ita extraordinaria, *Vult. eod.*

Annonæ.

Quod est crimen annonæ & quæ pœna?

R. Annonæ crimen, *(quod etiam lege Iulia punitur)* est, quando aliquid annonam flagellat, id est frumenti aliarumque rerum ad annonam pertinentium emtionem aut venditionem cariorem reddunt, aut efficiunt quo minus eius abundans sit copia: Pœna autem quæ sit ex lege Iulia non satis constat: hodie est 20. aureorum, etiam relegatio, vel metalli, extra ordinem pro personarum & delicti qualitate, *Vult. eod.*

Residuorum.

Quod est crimen residuorũ & quâ lege coercetur & quæ pœna?

R. Coercetur & hoc lege Iulia, quo tenentur pecuniam publi-

publicam vſui publico deſignatam vel retinentes, vel in eum vſum non referentes, ſed in alium conferentes: Et eam ex publicis rationibus, aliaque ratione apud eos remanentem non reſtituentes, *l.2. & 4. §.3. ff. ad l. Iul. pecul. & redeſiduis Perez. eodem.* Pœna autem eſt in tertiam partem ſummæ reliquatæ. Ita puta, vt damnatus id quod debet ſoluat, & inſuper pœnæ loco tertiam partem quantitatis debitæ: Nonnunquam verò etiam in duplum eſt condemnatio, *l.4. §.2. ff. ad l. Iul. pecul. l.9. C. de erogat. mil. annon.* Et quidem iſta præter infamiam; *Perez. eod.*

An hæc iudicia, peculatus, de reſiduis, repetundarum etiam in heredes dantur?

R. Omnino, *l. vlt. ff. d. t. quia hic ablata pecunia principalis eſt quæſtio, quæ ad heredes tranſit: hi verò quatenus ex delicto defuncti facti ſunt locupletiores eo tenentur. ſec. ante dicta.*

De iudiciorum concurſu.

Fuerunt ita iudicia criminum diſtincta, annon ſæpe fit vt de eodem crimine diuerſa concurrant iudicia?

R. Omnino, ac inde fit vt idem crimen ad diuerſa genera referatur; Vt ſepulchri violati ad extraordinaria, popularia & publica iudicia, puta quod nullum ordinarium crimen ſit, de quo non extra ordinem agi poſſit. *Pacius diſp. 32. th. 10.*

Quot ſunt concurſuum genera?

R. Varia. 1. priuatorum iudiciorum inter ſe; *vt furti, & vi bonorum raptorum.* 2. eorundem cum extraordinarijs; *vt furti balnearij, de quo extra ordinem agi poteſt, quatenus vel furtum ſimpliciter, vel quatenus balnearium.* 3. Publicorum inter ſe; *ſic ſeditionis crimen, vel læſæ maieſtatis, vel ex lege Iulia de vi, aut eadem de ſicarijs argui poteſt.* 4. Plurimum ex diuerſo genere, *puta ſi in atrocibus iniurijs, vel priuatim, vel extra ordinem publicum inſtituitur iudicium, vt & de ſepulchro violato, quemadmodum dictum, vel populare, vel extraordinarium, vel publicum inſtituitur iudicium. Pac. eod. theſ. 11.*

Quando plures concurrunt actiones ſiue in ciuilibus, ſiue in criminalibus, an omnibus vti licet?

R. Quæ

℟. Quæ ſint regulæ in concurſu actionum obſeruandæ in ciuilibus ante explicatum: Quoad prætorias has addimus. 1. Pænali vti poteſt, qui egit rei perſecutoria actione. Et vice verſa. 2. qui vna pænali egit, non poteſt agere alia, niſi quatenus plus eſt in poſteriori. 3. Sic qui egit pænali eatenus poteſt agere mixta, quatenus in ea plus eſt quam in pænali; Et, vicè verſa, qui mixta egit actione, non poteſt agere pænali, niſi in ea plus ſit quam in mixta. Denique qui egit mixta non agit rei perſecutoria, *Pac. eod. theſ.* 13. & 14.

Cum exitum iudiciorum publicorum ante dictum, eſſe & corporum condemnationem & bonorum publicationem, quid iuris circa cadauera damnatorum?

℟. In mortuis ex pœna, humanitatis cauſſa inductum, vt cadauera cognatis non denegẽtur. Hodie non ſepeliuntur, niſi vel petitum id fuerit, vel à principe permiſſum; ſed ad exẽplum in furca relinquuntur, aut ad anatomen medicis cõceduntur, principis authoritate. *Vveſ. par. de cadau. punitorũ.*

Quid iuris circa bona publicata.

℟. In fiſcum rediguntur, id eſt ærarium publicum principatus, ſeu principis, *Vveſ. par. de bon. damn.*

De fiſci iure.

Quotuplex eſt fiſcus?

℟. Fiſcus, *(qui vt iam dictum, eſt ærarium principis & Reip. patrimonium, l. 6. ff. h. t.)* duplex conſtituitur; vel publicus, quatenus eſt ærarium principatus, ſeu Reip. Vel priuatus, qui eſt priuatum eiuſdem principis patrimonium, non Reipublicæ, *d. l. 6. Pac. eod. diſp.* 34.

Ex quibus cauſſis bona fiſco acquiruntur?

℟. Ex criminalibus quomodo acquirantur iam dictum; Acquiruntur verò præterea ex alijs; puta. 1. ſi fideicommiſſum incapaci in fraudem legum relictum. *l. pr. h. t.* 2. ſi heres hereditate ſit indignus. *d. l.* 1. 3. ſi teſtamentum vel codicilli quibus quid principi relictum. *d. l.* 1. Item aliud inſtrumentum ad fiſcum pertinens, ſurreptum ſit. *l.* 2. §. 1. *ff. eod.* 4. Si theſaurus inuẽtus in loco publico, principis, vel religioſo, *d. l.* 1. Alijſque pluribus modis, de quibus, *Pac. eod.*

An

An non fiscus multa habet priuilegia?

R. Imo verò in pluribus singulari iure vtitur; puta. 1. priuatos ad editionem instrumentorum cogit. 2. Conductores rerum publicarum inuitos detinet, si maximos fecerunt fructus. 3. Debitores debitorum suorum exigit. 4. Licet duplam euictionem promiserit, simplicem tantum præstat. 5. Alijs creditoribus soluta aufert, vt sibi satisfiat. 6. Semper habet ius pignoris, &c. *Pacius eod. thes. 26. vide t. t. D. & C. de iure fisci.*

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

FINIS.